UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 00001392 0

HANDBOUND
AT THE

UNIVERSITY OF
TORONTO PRESS

Digitized by the Internet Archive
in 2009 with funding from
University of Toronto

https://archive.org/details/s1s2operaomniare08platuoft

6775
I
83

LGr
P718St

PLATONIS

OPERA OMNIA.

RECENSUIT

ET

COMMENTARIIS INSTRUXIT

PA
4279
A2
1827
v.8
Sect.1-2

GODOFREDUS STALLBAUM.

VOL. VIII. SECT. I.

CONTINENS

THEAETETUM.

GOTHAE ET ERFORDIAE

SUMPTIBUS GUIL. HENNINGS.

MDCCCXXXIX.

LONDINI APUD BLACK ET ARMSTRONG.

PLATONIS

THEAETETUS.

RECENSUIT ET PROLEGOMENIS

ATQUE

COMMENTARIIS ILLUSTRAVIT

GODOFREDUS STALLBAUM.

28612

GOTHAE ET ERFORDIAE

SUMPTIBUS GUIL. HENNINGS.

MDCCCXXXIX.

LONDINI APUD BLACK ET ARMSTRONG.

ERFORDIAE
TYPIS HENNINGS & HOPF.
1839.

PROLEGOMENA

AD

THEAETETUM.

PROLEGOMENA

AD

THEAETETUM.

Nobilissimi sunt Platonis dialogi, qui Theaeteti, Sophistae ac Parmenidis nomine inscribuntur. Versantur enim in eo argumento, quod ad omnem philosophiae disciplinam merito censetur gravissimum; siquidem quid sit scientia veritatis quidve non sit eum ante omnia scire oportet, qui in sapientiae studio cum fructu aliquo elaborare voluerit. Neque haec quaestio aetate Platonis a philosophis neglecta, sed magna studiorum contentione agitata est. Tractarunt enim eam physici, tractarunt eandem Eleatici et Megarici, tractarunt etiam Socratici, sed omnes illi multum inter se dissentientes, neque quid rei esset uno eodemque modo exquirentes. Fuit autem fons dissensionis uberrimus in eo positus, quod scientiam non per se, sed ex iis rebus aestimabant, unde tanquam ex fonte suo hauriretur. Alii igitur illam ad ea referebant unice, quae sub sensus caderent oculisque nostris cernerentur; alii volebant inesse in eo, quod mente et intelligentia comprehenderetur; alii denique mediam quandam ingressi viam vel menti vel sensibus plus minusve tribuebant.

Tertio huic philosophorum generi ipse Plato quodammodo accenseri potest. Hic enim quanquam veritatis scientiam unice retulit ad id, quod vere esset, una-

que mente et ratione comprehenderetur, tamen nec sensibus nihil tribuendum iudicavit, verum iis opinionis certe speciem et verisimilitudinem concessit. Putavit enim per eos affici animum rebus externis, indeque eius παθήματα quaedam oriri, quae etiamsi scientiae expertia essent, tamen essent necessaria, ita ut iis mens adhiberet et quasi accommodaret, quae ipsa per se intellexisset. v. Theaetet. 191. C. D. 194. D. Sed incredibile tamen dictu est, quantum ratio Platonis ab aliorum sententia diversa fuerit. Quod enim ille scientiam ad unas ideas referebat, magna ei cum ceteris omnibus nata hinc controversia est, qui illas vel omnino non novissent vel certe non probarent.

Inprimis autem duae fuerunt illo tempore philosophorum familiae, quae ipsius sententiae mirifice adversarentur, altera Protagoreorum, omninoque eorum, qui sensuum auctoritatem sequerentur, altera Eleaticorum. Protagoras enim Heraclitum secutus omnia fluere existimabat ac praeterea statuebat sensus nostros ad hanc rerum mutationem ita se accommodare, ut semper cum iis convenirent atque gignerent eam quam vulgo diceremus scientiam. Itaque et hominem volebat esse omnium rerum quasi mensuram, siquidem quod quisque sentiret ac perciperet, id ei verum esset; et veritatem non esse per se iudicabat, sed ex genere eorum, quae ad aliquid referuntur, sive τῶν πρός τι; de quibus viri decretis praeter ea, quae Plato ipse ex eius sententia p. 151. E. — 160. E. Theaeteti acutissime exposuit, legendus inprimis est Sextus Empiricus Pyrrh. Hyp. I. 216 — 219. Adv. Mathem. VII. 59 — 64 et 369 — 388. coll. Diog. Laërt. X. 51. Cicer. Acad. II. 46. Ex quibus apertum est eum scientiam unice ad sensus atque visa retulisse, ita tamen, ut eius constantiam et firmitatem omnem funditus sustulerit, ideoque etiam illud παντὶ λόγῳ λόγον ἀντικεῖσθαι, quod postea fuit scepticismi principium, in sapientiae disciplinam primus invexerit. v. Diog. Laërt. IX. 51. ibique Menagium p. 243. Ab huius sententia non multum recesserunt, qui scientiam volebant esse in recta opinione per sensuum perceptiones orta vel etiam in recta opinione μετὰ λόγου: quorum qualis sententia fuerit, discimus ab ipso Platone Theaet. p. 187. A sqq. et 201. D. sqq. Nempe hi quoque scientiae originem a visis et sensibus repete-

bant, quanquam ad eam necessarium putarunt hoc, ut quis rerum cognitarum sibi conscius esset comparataeque scientiae posset idoneam reddere rationem.

Contrariam fere rationem sequebantur Eleatici. Inter quos primus, quod sciamus, exortus Parmenides est, qui humanam cognitionem duplicem esse videret: alteram, quae una mente et ratione contineretur, alteram, quae hauriretur sensibus atque opinionem tantummodo, non veri scientiam efficeret. Enimvero veritatis scientiam hic, et qui eum sequuti sunt, putarunt unice in eo, quod esset, quaeri oportere; quod quidem volebant esse unum, sempiternum, immutabile, ab omni secretum partium varietate et multitudine, propterea quod illud ipsum, quod esse intelligeretur, in se unum nec multiplex videretur. v. Karsten. Fragment. Parmenid. p. 300 sqq.

Neutra sententia Platoni probata est. Nam Protagorei quidem et qui his similes extiterunt, quum in visis et sensibus veri regulam inesse existimarent, et tamen omnem cognitionem mirifice labefactarent, eius desiderio haudquaquam satisfecerunt. Eleatici autem, etsi facile ipsi probaverunt quod fecissent rerum intelligibilium atque sensibilium discrimen, unde rationalis et empiricae derivabant cognitionis diversitatem, tamen de eo, quod esse diceretur, minus subtiliter visi sunt iudicare, adeoque sublata eius quod esset varietate veritatis scientiam tam angustis coarctare finibus, ut propemodum nulla relinqueretur. Itaque faciendum putavit, ut utriusque rationis, quippe illa aetate maxime celebratae, examen institueret, atque subtilius doceret, neque in visis inesse veritatis scientiam, neque immutabile illud Ens, quod statuerent Eleatici, ita esse comparatum, ut humanae menti plenam perfectamque praebere veritatis cognitionem existimari liceret. Quod ipsum dedita opera in Theaeteto, Sophista et Parmenide perfecit. Nam in Theaeteto eorum, qui scientiam ad sensus et opiniones deferrent, convicit errores; in Sophista, ubi ei res est cum Eleaticis, subtiliter causas aperuit, cur illud Eleaticorum Ens ad veritatis scientiam parum valere iudicari oporteret; in Parmenide autem, refutatis etiam aliorum opinionibus, suam ipsius de Ente sententiam dialectico acumine exposuit: quibus libris adiunxit denique Politicum, de quo suo loco ac tempore dicetur uberius.

Videmus igitur iam in universum quidem, quid tandem illud sit, quod Platonem ad hos libros scribendos commoverit et impulerit. Sed quemadmodum omnia eius scripta proxime cum ipsa hominum vita eiusque rationibus cohaerent, ut et nata inde videantur et rursus eodem referantur: ita etiam de Theaeteto ceterisque libris, quos memoravimus, idem iudicari oportet. Qui quidem non debentur incerti casus temeritati, sed eo tempore consignati vel certe inchoati sunt, quo in Platonis animo verae scientiae explorandae vindicandaeque studium externa rerum suarum condicione vehementissime excitatum erat. Quod quale sit, eo magis operae pretium est exponere, quod ex hac una re non exigua pars rectae eorum intelligentiae apta est atque suspensa. Putamus autem consilium eorum scribendorum natum Platoni esse, quo tempore post Socratis obitum una cum aliis Socraticis Megaris apud Euclidem commoraretur. Ibi enim facile potuit evenire, ut de his rebus inter illos frequenter sermones miscerentur atque controversiae agitarentur, quarum memoria in ipsius animo tanto firmius haereret, quo acrius esset disceptatum. Quanquam Theaeteti quidam loci non tantum ad illud tempus comparati sunt, quo philosophus libri scriptionem meditatus est, sed additi vel exornati uberius videntur postea, quum philosophus ex itineribus redux factus Theaetetum una cum Sophista et Parmenide in publicam lucem emittere constituisset: de qua re infra copiosius disputabitur.

Enimvero illae ipsae sententiae, quas Protagorei et Eleatici de rerum scientia habuerunt, tunc haud dubie etiam Megaris inter ipsos Socratis discipulos patronos suos atque defensores invenerunt. Nam Euclidem certe, Megaricorum principem, constat a Socratis ratione ita deflexisse, ut Eleaticos, inprimisque Parmenidem sectaretur. v. Diogen. Laërt. II. 124. Qua in re quousque processerit, ex eo intelligi potest, quod apud veteres scriptores saepe Eleaticorum et Megaricorum promiscue mentio iniicitur, neque alteri ab alteris accurate distinguuntur. v. Cicer. Academ. II. 42. ibique intpp. Neque veri est dissimile Megaricos de veritatis scientia et cognitione idem fere sensisse, quod senserunt Eleatici. Cuius rei disertum habemus testimonium Aristoclis apud Eusebium Praepar. Evang. XI. p. 510. C. et XIV. 756. C. ubi inter alia haec leguntur: *τοιαῦτα γάρ τινα*

πρότερον μὲν Ξενοφάνης καὶ Παρμενίδης καὶ Ζήνων καὶ Μέλισσος ἔλεγον, ὕστερον δὲ οἱ περὶ Στίλπωνα καὶ τοὺς Μεγαρικούς. Disertum item Sexti, quamvis taceatis, testimonium est. Quod enim ille libro VII. adversus Mathematicos, ubi varias de veri iudicio opiniones curiose enumerat, Megaricos silentio transmisit, tribuendum id sine ulla dubitatione illi ipsi veterum iudicio est, quo Megaricos et Eleaticos eosdem esse arbitrabantur. Quemadmodum autem Megarici defenderunt Eleaticorum de scientia eiusque fontibus opiniones: ita nec defuerunt inter Socraticos, qui similiter atque Protagorei et ceteri sensuum patroni de eadem re iudicarent. Quorum princeps fuit Aristippus, auctor familiae Cyrenaicae. Quo magis Platoni necessarium videri debuit, ut horum quoque rationem examinaret. Quanquam enim non aliunde constat ipsum Aristippum post Socratis mortem item Megaris commoratum esse: tamen eius sententia Platoni de his rebus commentanti ultro in mentem venerit prope necesse est, ut quae ipsius opinioni vehementer adversaretur. Etenim proxime sane illa accedebat ad decreta Protagorae, ut profecto quae de his apud Platonem disseruntur, item de illa iudicari debeant, certe de scientia ac veri cognitione in utrumque idem valeat. Quippe Protagoras, sicuti antea vidimus, hominem volebat esse rerum mensuram; similiter Aristippus omnia referebat ad *πάθη*, quorum tria faciebat genera: iucunda, quorum finis voluptas esset; molesta, quae haberent dolorem; media, in quibus nec bonum nec malum inesset. v. Sext. Emp. VII. 99. Abderites porro cognitionem et scientiam non ex ipsis rebus sed ex earum per sensus perceptione hauriri censebat; eadem fere sententia fuit philosophi Cyrenaici, qui sola *τὰ πάθη* existimabat esse *κατάληπτα* et *ἀδιάψευστα*, non item res, a quibus proficiscerentur. v. Aristocl. apud Euseb. Praep. Evang. XIV. p. 764. C sqq. Sext. Emp. adv. Mathem. VII. 190 sqq VI. 53. Diog. Laërt. II. 92. In quibus profecto summa cernitur similitudo sententiarum. Quanquam diffitendum non est, Cyrenaicos sensuum affectiones eatenus tantummodo pro veri norma et regula habuisse, quatenus vel dolorem vel voluptatem afferrent, in eaque re aliquantum discessisse a Protagora. Hic enim neglecta doloris et voluptatis ratione omnino sensus veri iudices constituit, atque *τὰς αἰσθήσεις*; iucundi et iniucundi sensum nihil respiciendum iu-

dicavit. v. Cicer. Academ. II. 46. Aristocl. apud Euseb. Praep Ev. XIV. 19. Gassendi Opera T. I. p. 72. Sed hoc quidem est eiusmodi, ut summa rei maneat eadem, neque esse arbitramur, cur ab Schleiermacheri sententia discedamus, qui prima Theaeteti parte, ubi Protagorae doctrina illustratur pariter atque convellitur, eadem opera Aristippum tangi et refutari statuit. Minus certo constat, quinam sint, quos philosophus secunda ac tertia sermonis parte significaverit. Neque enim auctores et principes novimus eorum, qui in recta opinione veri scientiam quaerebant; neque de Socraticis constat, qui hoc decretum assensu suo comprobaverint. Quanquam inter eos nec huius sententiae defensores defuisse facile ex eo colligas, quod Plato hunc locum sibi tam subtiliter accurateque examinandum sumsit. Accedit quod magnus sane fuit Socraticorum numerus, qui de scientia et veritate dedita opera disputaverunt. Commemorantur enim libri Critonis *περὶ τοῦ μαθεῖν*, *περὶ τοῦ γνῶναι* et *περὶ ἐπιστήμης*, apud Suidam in v. *Κρίτων*, et Diog. Laërt. II. 121; laudantur Simonis scriptiones *περὶ ἐπιστήμης*, *περὶ κτίσεως*, *περὶ τοῦ διαλέγεσθαι*, Diog. Laërt. II. 123 tribuuntur Simmiae Thebano libri *περὶ λογισμοῦ* et *ἀληθείας*, Diog. Laërt. II. 124; alia etiam huiuscemodi opera aliis Socraticis adscribuntur. Nec ineptum fuerit de Antisthene cogitare, quem Schleiermacherus censebat Platoni ob oculos versatum esse. Iam vero in tanta huius familiae opinionum discrepantia ecquis est quin sibi persuadeat, fieri utique potuisse, ut etiam de his rebus in varias partes disputaretur?

Diximus antea Theaeteti, Sophistae et Parmenidis scribendi consilium Platoni subnatum esse videri, quo tempore Megaris sit commoratus. Quod ne temere posuisse videamur, huius sententiae nostrae argumenta accuratius etiam explicanda sunt. Quod enim posuimus antea fieri utique potuisse, ut a Socraticis apud Euclidem Megaris versantibus de scientiae natura sermones miscerentur, siquidem hic philosophiae locus etiam in scholis Socraticorum magnopere celebratus fuerit; id etsi habet verisimilitudinis cuiusdam commendationem, tamen nondum eo nos perducit, ut sententiam illam nostram credamus certis niti argumentis et rationibus. Quocirca ea magis etiam stabilienda et communienda est argumentorum pondere.

Confirmatur autem illa, nisi fallor, quam maxime ipso Theaeteti exordio, quod quasi monumentum quoddam esse videtur temporis illius, a Platone Megaris exacti. Narratur enim Euclides Megarensis sermonem quendam litteris consignatum habuisse olim inter Socratem, Theodorum Mathematicum, Cyrenaeum illum, atque Theaetetum, iuvenem quendam Atheniensem, de scientiae natura habitum. Cuius sermonis Euclides nunc ipsum meminit ideo, quia Theaetetum ex pugna apud Corinthum commissa reducem modo excepit et comitatus est. Re audita Terpsio, item Megarensis, et fidelissimus quondam Socratis discipulus, continuo eum rogat, ut sibi quoque eius notitiam impertiat. Quod se facturum ille pollicetur. Itaque ambo in Euclidis aedes ingrediuntur, ubi servulo cuidam id imponitur muneris, ut totum illum sermonem ipsis audientibus protenus recitet. Hoc igitur libri exordium est; quod cur praemissum sit, ex ipso eius argumento nemo ne suspicari quidem nedum intelligere poterit. Adeo illud cum ipsa disputatione non cohaeret. Itaque relinquitur, ut propter fortuitam aliquam temporum rerumque condicionem additum esse coniiciamus. Quae qualis sit, non videmur temeraria tantum hariolatione assecuti esse. Nam primum quidem ita utique significavit philosophus, in Megarensi illo otio harum rerum quaestionem primum a se susceptam et institutam esse: deinde eadem opera etiam hoc prodidit et veluti in antecessum indicavit, cohaerere Theaetetum arctissime cum Sophista et Parmenide, qui libri propius attingunt Megaricorum philosophorum de natura eius, quod esse dicimus, opiniones. Quod utrumque nisi ita esse sumserimus, frustra sane de nexu laborabimus, quo exordium illud cum reliquo sermone contineatur.

At enim vero, inquit aliquis, huic sententiae tuae tamen illud adversatur, quod secundum Schleiermacherum quidem, gravissimum talium rerum iudicem, horum dialogorum non is fuit temporis et successionis ordo, quem tu esse statuisti. Nimirum Parmenidem quidem ille vult ante Theaetetum editum esse. Sit hoc ita; neque enim nunc quantumvis dissentiens pugnare volo *);

*) Vide interim Commentar. ad Theaetet. p. 181. D. 183. D. E.

de Sophista quidem ille nobiscum penitus consentit. Qui si post Theaetetum in lucem exiit, iam satis praesidii ad tuendam exordii illius elegantiam paratum habemus. Quod autem nostram de tempore, quo hi libri conscripti sunt, coniecturam non mediocriter communit, id positum est in quibusdam indiciis, unde de hac re coniecturam facere liceat. Nam primum quidem Protagoras ut iam mortuus commemoratur. Ex quo consequitur, ut Theaetetus post Olymp. XCIII, 3. = annum 410. a. Chr. n. scriptus esse iudicari debeat. Sed hoc levius. Plus momenti ad rem facit, quod in principio libri pugna ad Corinthum commemoratur, quae non videtur alia esse, quam quae a Domesthene adv. Leptinem §. 41. vocatur *ἡ μεγάλη μάχη πρὸς Λακεδαιμονίους, ἡ ἐν Κορίνθῳ*. Intelligitur igitur bellum illud, quod decem annis post Peloponnesiacum exarsit et vulgo Corinthium nominatur. Commissum autem apud Corinthum proelium est Diophanto Archonte anno 2. Olymp. 96. v. Xenoph. Hellen. IV. 2, 8. Diodor. XIV. 83. ibique Wesseling. Iam vero Plato annis tribus quatuorve proxime superioribus Italiam, Cyrenen et Aegyptum lustraverat, v. Diog. Laërt. III. 6, 7. Unde efficitur, ut hunc librum non ita multo post reditum in patriam evulgasse existimandus sit. Nam quominus statuamus longius praeteriisse temporis spatium, priusquam se ad eum scribendum vel publicandum accinxerit, certe illud impedit, quod exeunte sermone Socratis tanquam a Meleto accusati mentio inicitur; quod certe absurdum foret, si tum, quum haec scripta sunt, Socratis causa propter temporis diuturnitatem iam paene in hominum oblivionem abiisset. Itaque verisimile est utique Theaetetum circiter Olymp. 96. 3. vel 4. scriptum esse aut certe evulgatum. Quo sumto et probato inde a Socrate mortuo tum temporis sex septemve anni effluxisse putandi sunt, ut recens adhuc esset fati acerbissimi memoria, quo vir innocentissimus erat oppressus.

Atque hoc prorsus egregie concordat cum alia quadam re, quae ad res ipsius Platonis atque vitam pertinet. Quod enim Plato mortuo Socrate id consilii ceperat, ut missis publicis negotiis unice sapientiae studio vacaret — quippe desperaverat de civitatis adeo corruptae ac depravatae salute — id non defuisse videntur qui ei Niehbuhrii et Forchhammeri instar maxime tum

opprobrio verterent, quum ex primo itinere reversus doctrinae suae copias cum familiaribus ac discipulis communicare constituisset. Quid igitur ei prius et antiquius esse debuit, quam ut has hominum malevolorum criminationes repelleret atque philosophi in rerum divinarum contemplatione versantis dignitatem atque maiestatem in illustriore quadam luce collocaret? Atque hoc ipsum in Theaeteto sic ab eo factum esse videmus, ut hoc se defendendi consilium singulari quadam ac paene divina arte cum universi libri proposito copulaverit. Pertinet enim huc praeclarus ille locus inde a p. 172. C. usque ad p. 177. B., ubi vitae civilis atque philosophae discrimen ita illustratur, ut quanto haec illi anteponenda sit, non sine quadam acerbitate ostendatur. Quocum loco contendisse iuvabit etiam illa Gorg. p 484. D., ubi idem attingitur argumentum. Nimirum haec quamnam vim habeant, id sic demum penitus persentisces, ubi talem Platonis fuisse tum temporis condicionem memineris, qualem fuisse diximus: alioquin certe ea satis abrupta et praeter ullam necessitatem hic inculcata videbuntur.

Sed quoniam semel ad harum rerum tractationem delati sumus, hic statim alia quaedam exponere placet, quae ad argumentum Theaeteti illustrandum nonnihil valeant.

Perspicuum igitur vel ex iis erit, quae modo disputavimus, versari argumentum libri potissimum in eo, ut scientiam doceatur non in visis aut sensibus inesse neque cum opinionis verisimilitudine esse confundendam. Hoc autem dum copiose subtiliterque explicatur, egregio artificio Socratis de scientia disputantis ea imago adumbratur, ut in ipso non modo summa cernatur sciendi cupiditas, quae eum nunquam non ad quaestiones de rebus ad philosophiam pertinentibus instituendas impellat (conf. p. 169. A. B. C.); sed etiam insignis quaedam solertia et facultas conspicua sit, qua possit obvolutas mentis notitias ex ingeniis adolescentium parturientibus elicere et provocare. Ex quo illud habet explicationem, quod cum per totum sermonem tum in libri exordio obstetricia illa Socratis ars et describitur elegantissime et plurimum dilaudatur. Praeterea philosophum maxime docetur non curare res civiles et in oculos incurrentes, neque ideo defugere imperitae multitudinis convicia, sed in rerum a sensibus abductarum contemplatione defixum

id perpetuo agere, ut terrestris huius vitae miseriis liberatus ad quam maximam cum ipso Deo similitudinem pervenire studeat Quae magnopere cavendum est ne a principalis disputationis argumento abhorrere existimentur; sunt enim ad eius summam attemperata artificiosissime. Quid enim elegantius excogitari potest quam quod Socrates, qui vanas aliorum opiniones refellit et exagitat, ipse talis depingitur, qui et vera sciendi cupiditate sit maxime inflammatus et in aliorum animis optime possit veri scientiam excitare? Quid ad rem praesentem est accommodatius, quam quod veri philosophi eam mentem esse docetur, ut missa rerum externarum cura insatiabili veri, boni et honesti desiderio repletus indefesso studio animum suum ad res coelestes ipsumque Deum tanquam summum perfectionis exemplar convertat? Enimvero praeterquam quod isto modo vulgares hominum in philosophos calumniae repelluntur, simul etiam significatur, quidnam illud sit, in quo veri nominis philosophus veritatis ac scientiae fontem quaerendum esse censeat.

Regnat vero per totum sermonem urbanissima ac facetissima ironia. Ridentur enim Protagorei, carpuntur Heraclitei, exsibilantur omnes ii, qui decreta sua ad Homeri, Orphei aliorumque vatum antiquissimorum auctoritatem referebant; praeterea eorum, qui refelluntur, doctrina haud paucis locis quam clarissime explicatur et illustratur, quo commodius eadem deinde refutetur; quin etiam ridicula quaedam vel arguta illorum inventa sic afferuntur, ut ab ipso Socrate comprobari videantur, quum tamen eorum commemoratio neutiquam irrisione vacet: quorsum pertinent praeter alia maxime illa de cera animo impressa p. 191. C sqq. et de mentis aviario p. 197. C. D sqq. 200. C., quae errore perquam ridiculo a philosophiae Platonicae enarratoribus recentioribus pro ipsius Platonis decretis venditantur. Eandem irrisionis elegantiam ipsa disserendi ratio habet. Utitur enim Socrates ea dialectica, quae mirifice ad eorum attemperata est morem et consuetudinem, quorum opiniones coarguuntur. Itaque saepe per petulantiam quandam argutiis indulget, quibus isti haudquaquam abstinebant; saepe ex adversariorum mente disputat, sed ita tamen disputat, ut eos suis ipsorum capiat laqueis; saepe denique in disputando iisdem artificiis utitur, quibus illi uti consueverant, sicuti etiam in Menone, Cratylo, Euthydemo fieri meminimus. Quae omnia nisi quis diligenter observaverit, nae is mentem

Platonis nunquam assequetur; imo etiam philosophi perversitati scilicet succensebit, qui tales ineptias et garrulas nugas effutire non verecundatus sit. Sed nimirum isti suae ipsorum imprudentiae utique melius irascentur, qua non intellexerint, philosophum insigni cum arte seria iocis permiscuisse. Omnino enim dici non potest, quantum Platonis interpretationi offecerit, quod qui ad eum explicandum accesserunt, plerique omnes putaverint per omnia regnare severam quandam gravitatem, quae omnem iocandi et cavillandi excludat hilaritatem. Nimirum isti mirandum non est, quod saepenumero, ut est in proverbio, nubeculam pro diva Iunone amplexi sunt.

Verum tempus est tandem ad argumenti, quod in hoc libro tractatur, enarrationem accedere. Quae non veremur ne cui minus necessaria videatur. Est enim disputatio in Theaeteto instituta adeo flexuosa et per ambages ducta, ut cuique legenti gratum futurum sit quasi filum quoddam accepisse, cuius ope sermonis quasi iter tutius emetiri possit.

Finguntur igitur Theodorus, mathematicus Cyrenaicus, atque Socrates casu quodam convenisse in aliquo gymnasio. Videtur enim Theodorus tum temporis Athenis docuisse mathematica. Quippe erat ille maxime *γεωμετρικός* et *ἀστρονομικὸς καὶ λογιστικός τε καὶ μουσικός, καὶ ὅσα παιδείας ἔχεται.* Theaet. p. 145. A. Qui quod de his rebus cum Socrate colloquens inducitur, neutiquam est mirabile. Fuit enim amicus et familiaris Protagorae, ut legimus p. 161. B. 162. A. 168. E. imo eius rationem ita probabat, ut p. 164. E. mortuo Protagora tanquam patre, opinionum illius tutor extitisse dicatur: quod tamen ipse modeste ita detrectat, ut sese dicat ex philosophia ad geometricam confugisse, eamque laudem totam vult ad Calliam transferri. p. 169. E. Nihilosecius Heracliteos minus probabat, quippe nimis obscure disserentes. v. p. 179. C sqq. Quod mirum profecto non est in homine mathematicorum perspicuitati adsuefacto. Neque illud quisquam mirabitur, quod sese disserendi consuetudinem et usum nullum fere habere fatetur, p. 146. B., ideoque interlocutoris partes detrectat saepius et raro tantum in disputandi venit societatem. Nihilominus Plato disciplinae, quam profitebatur, tribuit plurimum; quam ob rem nec incredibile est, quod narrat Diogenes Laërt. III. 6.

cum Cyrenis a Platone studiose auditum fuisse. Hunc igitur Socrates interrogat de indole adolescentium scholas ipsius mathematicas frequentantium. Laudat Theodorus prae ceteris omnibus Theaetetum adolescentem ut optime moratum, quippe docilem, discendi cupidum, philosopha natura praeditum. Interim ipse intrat Theaetetus. Quem protenus compellat Socrates, magnaque laude afficit propter ea, quae modo ex Theodoro de eo accepisset. Quum vero propter scientiae maxime virtutem bene audiret, Socrates eum de scientiae vi et natura interrogat, eamque sibi ab eo vult explicari et illustrari.

Itaque Theaetetus rei periculum facit. Sed quum ipsum genus notionis ei afferendum illustrandumque sit, ille in eum delabitur errorem, ut singulas quasdam scientiae formas ac partes recenseat, in iisque ipsam scientiam inesse opinetur. P. 146. A — C. Verumtamen de fraude admonitus, ut habet ingenium ad philosophiae subtilitatem idoneum, ultro ipse suspicatur, quale sit quod Socrates desideraverit; quod quidem exemplo quodam geometrico declarare studet, P. 146. D — 148. D. Laetatur Socrates insigni hac adolescentis sollertia, qui sponte viderit, generalius quiddam ad scientiae definitionem requiri; quaerenti autem illi de definiendi difficultate respondet, hos esse parturientis ingenii dolores; opportune igitur fieri, ut ipse, quippe obstetricis filius, artem calleat obstetriciam, cuius ope ex aliorum animis interrogando eliciat, quae alioquin difficilius ingenii partu edantur. P. 148. E. — 151. D. qui locus est elegantissimus.

His expositis Socrates adolescentem denuo hortatur, ut, quid scientia sit, explicare conetur. Quo facto tres ille deinceps proponit rei definitiones, in quibus explicandis et redarguendis universa quae sequitur disputatio occupata est. Primum enim scientiam vult esse sensum; quo refutato eam quaerendam esse censet in recta opinione; sed hac quoque sententia repudiata denique eo devenit, ut eam dicat consistere in recta opinione *μετὰ λόγου*, quod ipsum tamen non magis recte ita statui a Socrate docetur.

Respondet igitur Theaetetus primum: scientiam inesse in sensu, quique aliquid sensibus perceperit, eum illius habere scientiam. P. 151. D. E. Quo accepto So-

crates hanc ipsam ait esse sententiam Protagorae, quamquam is rem aliis verbis significaverit. Hunc enim ita iudicare: hominem esse rerum omnium quasi mensuram, hoc est, tale quidque cuique esse, quale ipsi appareat. Fatetur Theaetetus se quoque alicubi tale quippiam legisse, suamque sententiam fere eodem redire. Quibus ita fixis atque stabilitis Socrates Protagorae sententiam ex omni parte explicare et illustrare instituit, ut ipse videatur eius patrocinium suscipere, P. 151. E. — 152, C. Et certe ipsius Abderitae doctrinam ab eo quam fidelissime referri vix est cur dubitemus.

Disputat autem ex illius mente et sententia fere haec, ut verum in visis tantum atque sensibus inesse efficiatur. Nihil quidquam per se aliquid aut unum idemque est; omnia enim referuntur ad alia; unde fit, ut nulli rei per se spectatae qualitas aliqua tribui queat; nam quod iam parvum appellamus, item magnum est, ac vicissim; quodque videtur grave, item leve habetur. De qua re Protagoras prorsus consentit cum Empedocle, Heraclito, Homero, Orpheo, Epicharmo, aliis. Itaque omnia ex motu et mutatione mutuaque ratione, qua cum aliis rebus continentur, oriri putanda sunt, quae vulgo esse dicimus, videlicet minus accurate loquentes. Nam per totam rerum naturam haec dominatur lex, fixa illa et immobilis, ut motu omnia oriantur, quiete intereant. Quod inter alia etiam intelligi licet ex coloris natura et causis. Nam color per se nullus est neque extra visum neque in visu, sed potius mutua visorum et oculorum necessitudine nascitur, dum percepta aliqua res sensum videndi aliquo modo afficit. Veluti albedo nec inest in re, quae alba vocatur, nec in ipso oculo; verum simulatque oculus ab re quapiam extrinsecus obiecta aliquo modo movetur, oculus fit videns, non item sensus vel visio, et res fit alba, non item albedo; quod si autem sublatus fuerit oculus et res ei obiecta cum motu, albedo nihil amplius erit. P. 152. D. — 153. E. Nec vero licet existimare ipsis rebus per se consideratis aliquid qualitatis inesse; docet enim vel exigua rerum observatio, unam eandemque rem sine ulla naturae suae mutatione ac sine nostra ipsorum vi aliam atque aliam nobis videri. Etenim sex tali ubi comparantur cum quatuor aliis, toto et dimidio his maiores sunt; sin autem cum duodenis comparantur, tantummodo dimidium conficiunt;

ex quo apparet luculentissime, unum eundemque numerum modo maiorem esse, modo minorem; quod profecto non posset ita accidere, si numeri in se absoluti certam aliquam constantemque magnitudinem in se comprehenderent. P. 154. A. — 155 E. Quocirca sic existimandum est: praeter motum et mutationem nihil esse, atque omnia inde originem trahere suam. Sunt vero motuum genera duo, alterum in agendo, alterum in patiendo conspicuum. Quae sicubi inter se invicem iunguntur, alterum sensus existit, alterum sensile. Etenim id quod movetur, ubi incurrit in oculum, visu eum replet, efficitque ut videat: ipsum autem simul aliquam nanciscitur qualitatem, ut quum albedine repletur, quo fit, ut album videatur, licet per se nec album nec nigrum sit; quo quidem colore tam diu insigne est, quamdiu conspicitur oculis. P. 154. A — 155. E. Itaque qualitates rerum omnes ex agentis et patientis coniunctione oriuntur, neque quidquam esse, sed fieri potius omnia dicenda sunt; P. 156. A. — 157. D. — Quocirca quidquid sentitur, id etiam re vera est, recteque iudicavit Protagoras hominem esse rerum omnium mensuram, h. e., suum cuique sensum idoneum esse veri iudicem atque arbitrum. — At enim vero hic aliquis opponat illud, quod homines saepenumero falsa sensibus suis percipiunt, ut quum insomniis, morbis, insania deluduntur falsa specie. Quae tamen obiectio fere nulla est. Nam quum rerum ipsarum veritas aliunde suspensa sit neque per se consistat, consequens est, ut qualis est qui sentit, talia sint etiam quae ab ipso sentiantur. Veluti si alicui aegrotanti aut insanienti vinum, quod biberit, amarum esse videatur, aut aliud quiddam aliter atque sano comparatum, tum vero illud revera est tale, quale esse videtur, siquidem esse idem est quod videri. Accedit quod quae somniantes aut insanientes percipere nobis videmur, falsa esse nullo modo demonstrari potest, quandoquidem nulla est veri nota, qua somnus a vigilia discernatur, morborum autem status, quum fere per breve tantum tempus durare soleat, tamen non debet diuturnitate iudicari atque aestimari; P. 157. E. — 161. B. Verum aliud quid huic Protagorae rationi opponi posse videtur. Erunt enim, qui censeant ex ea consequi hoc, ut sues, canes, denique bestias non minus sapere quam homines iudicari oporteat, ipsum autem hominem ipsis diis hoc nomine aequiparandum esse. Quos

tamen redarguere ex Protagorae doctrina non ita difficile est. Nam primum quidem istos homines monebimus deorum quidem nullam faciendam esse mentionem, quippe quum hi sint an non sint Protagoras anceps atque dubium relinquat. Deinde quod illi dictitant, indignum videri, si vel nequissima bestiola homini sapientia par esse existimetur, id non tam ex re et veritate, quam mero arbitrio et praeiudicata opinione ita statui respondebimus; P. 161. C. — 162. E. Alia etiam suppetit dubitatio. Dixerit enim quispiam: audire quidem nos peregrinarum linguarum voces nec tamen intelligere, ex eaque re apparere, sentire aliud quiddam esse atque scire et intelligere. Cui tamen responderi poterit: in talibus quidem rebus nihil quidquam sciri, nisi quod sentiatur; reliqua omnia nesciri; P. 163. A. B. Eadem facilitate alia possunt refutari, quae fortasse contra Protagoram proferantur. Nam si quis dixerit nos multa scire, quae aliquando didicerimus nec vero iam percipiamus sensibus nostris, sciri autem nihil, quod non amplius sentiatur; in promtu sane responsio est. Quippe memoriae vis longissime diversa est a sensu, quaeque nobis recordando scire videmur, neutiquam sunt illa ipsa, quae sensibus aliquando percepimus, ut profecto nobis nulla obtingat scientia sola recordatione. Non plus momenti habet quod aliquis opponat, sentiri multa obscure atque eminus, sciri autem ista ratione nihil. Nam qui quid obscure aut e longinquo percipit, is prorsus est diversus ab eo, qui clarius aut cominus idem sentit. Quippe facile est ad intelligendum hominum diversorum scientiam item diversam esse oportere. Praeterea hoc videtur pro vero poni posse, neminem ante alium scientia excellere, siquidem sicuti quidque cuique apparet, ita idem ei verum est. Quanquam non est infitiandum et ipsos homines et vero etiam bestias pro corporis animique condicione vel deteriores esse vel praestantiores. Nam qui aegrotat, is deteriore utitur condicione quam qui prosperam habet corporis valitudinem; medicus medicamentorum cognitione imperitum antecellit; philosophi et oratores indoctis sunt anteponendi, non quo ipsam rerum naturam certius accuratiusque perspectam habeant, sed quod, quae sint utilia, facilius perspiciunt et intelligunt. Quippe haec una est atque certissima sapientiae mensura. Nam quo magis quis aliis prodesse utili-

tatis cognitione et intelligentia potest, eo sapientior merito existimandus erit; P. 163. C. — 168. C.

Hactenus Socrates cum Theaeteto colloquens id egit, ut Protagorae sententiam quam clarissime exponeret et illustraret, celato suo ipsius de ea iudicio. Quibus expositis Theodorum excitat et cohortatur, ut ipse disserendi partes suscipiat. Quod posteaquam hic tandem pollicitus est, ille protenus impugnare et refellere instituit, quam adhuc illustravit doctrinam. Opponit autem ei fere haec.

Non omnes homines, inquit, semper vera opinantur, sed accidit saepenumero, ut etiam falsa percipiant ideoque secum ipsis de eadem re dissentiant. Ex quo perspicuum esse debet unum idemque et verum et falsum esse posse: quin ipsa Protagorae de veritatis scientia opinio, nisi ipse eam defendisset, pro falsa esset habenda. Ex eodem porro efficitur, ut quo quid pluribus probetur, eo magis verum videri debeat, ut profecto ipsius Protagorae ratio, quippe quae paucorum hominum habet assensionem, non multum veri continere putanda sit, adeoque falsa esse, propterea quod plurimis improbatur. Itaque dubium certe debet esse iis, qui a Protagora dissentiunt, quid tandem sit quod ille defendat, ut denique Veritas eius omnino in discrimen veniat maximum, ne non vera videatur. P. 168. C. — 171. D. Praeterea Socrates animadvertit ab ipso Protagora concedi hoc, ut alii aliis sapientiores multisque in rebus peritiores existimandi sint: quod si recte perpendatur, eius rationi plurimum officere. Neque illum negare arbitratur, non semper esse utilia, quae civitates communis utilitatis causa decernant et constituant; imo ultro eum concedere, inter eos, qui aliquid suadeant publice vel dissuadeant, habita ratione utilitatis multum interesse, ut ne hi quidem utile ab inutili certo rectoque iudicio discernere possint; quamvis de iustitia, de pietate, de probitate atque honestate ita statuant, ut quod cuique videatur, id pro vero probandum esse existiment; P. 171. D. — 172. C.

Hic Socrates repente sermonem abrumpens sese animadvertit ab alio dicendi argumento ad aliud devenisse ac veluti liberius oberravisse. Quod Theodorus ipsis ait ita obtigisse per otii abundantiam, qua fruantur,

quippe quae disserendi tempus nullis terminis coerceat. Quod Socrates reputans beatam praedicat sortem philosophorum, qui nulla temporum rerumque condicione prohibeantur, quominus liberrime de rebus ad philosophiam pertinentibus inter se disputent: quod secus esse ait in oratoribus, qui temporis angustiis in concionibus inclusi teneantur omninoque cum philosophis comparati propemodum servili condicione uti videantur. Sunt enim, inquit, istius modi homines fere a iuventute servili sentiendi agendique rationi adsuefacti: turpiter blandiuntur iudicibus atque populo tanquam dominis suis; rixantur et concertant inter se quam vehementissime; acute quidem vident quid utile sit, sed animos habent servitute corruptos et ad omnem abiectos pravitatem; mentiuntur enim atque fallunt, neque iniuriis abstinent. Tales igitur sunt istiusmodi homunciones, qui in iudiciis et concionibus volutantur, iidemque sibi videntur esse longe sapientissimi. Longe alia ratio verorum philosophorum est. Non curant illi quidem res civiles; non honores sibi expetendos arbitrantur; contemnunt nobilitatem ac divitias; negotiorum publice privatimque gerendorum imperiti sunt; nihili aestimant potentiam atque opes; denique res externas adeo non curant, ut ceteris hominibus eo nomine debeant ludibrium. Sed quid ipsa per se iustitia vel iniustitia sit, quidve sit in quo vera hominis felicitas cernitur, id vero illi ceteris omnibus melius perspectum habent; nam qui rempublicam tractant, in talium quidem rerum pervestigatione dare sese solent longe turpissime. Et certe si omnes philosophiae praestantiam agnoscerent, plus tranquillitatis ac minus malorum inter homines reperiretur. Sed nimirum malum nunquam inter homines prorsus exstirpari potest, quoniam aliquid sit necesse est quod bono sit contrarium. Libera tamen ab omni malo divina natura est. Quamobrem philosophus id sibi propositum esse arbitratur, ut ex his rebus terrenis quantocius ad ipsum deum aufugiat, hoc est, ei quam simillimus fieri conetur. Quod quidem ita fit, ut iustitiam et pietatem cum sapientia colat et exerceat. Est enim Deus quum omnino perfectissimus tum longe iustissimus, ut adeo iustissimus quisque hominum ei simillimus sit. Cuius rei cognitio veram sapientiam efficit, ad quam collata civilium rerum intelligentia humile quiddam et vulgare videtur. Quanquam enim, qui hac instructi sunt, sibi mirum quantum

sapere videntur, tamen revera insipiunt, siquidem iis ignotum est id, quod nemini ignotum esse debeat. Non enim sciunt neque credunt iniustitiam maximas manere poenas, ideoque longe infelicissimi sunt. Sed isti quum philosophiam reprehendere et accusare solcant, tamen ubi ipsis huius opinionis suae reddenda ratio est, omnis eos deficit eloquentia ac paene pueriliter balbutire solent; P. 172, C. — 177. B.

Haec igitur Socrates veluti in transcursu et per occasionem de vitae civilis et philosophae discrimine: quae quorsum tendant, iam antea exposuimus. Pertinent enim eo, ut convicia eorum refellantur, qui quum alios Socraticos tum maxime Platonem vituperassent, quod relicta republica sese philosophandi otio dare constituissent. Quanquam ea cum reliquo disputationis argumento utique cohaerent. Delatus enim Socrates in hunc locum eo erat, quod meminerat eorum, qui omnia aliunde suspensa esse, nihil per se constare arbitrati tamen illud certe non auderent affirmare, ea, quae civitas tanquam utilia constituerit, etiam revera ipsi fore utilia. Itaque hoc episodio simul significatur, quantum ab hac incerta et fluctuante utilitatis ratione discrepet verae philosophiae disciplina, quae iustum et honestum tanquam in se absolutum apud ipsum Deum quaerendum esse doceat. Persequamur ergo nunc cum ipso Socrate inchoatam huius rei disputationem. Is igitur inde a p. 178. A. hunc in modum disserere pergit.

Fatentur, inquit, isti homines ultro, civitatem de utilitate rerum ab ipsa sancitarum non posse certo statuere. Atque id revera sic se habere clarius etiam ex notione eius, quod utile vocamus, intelligi potest Nam quidquid utile est, id pertinet maxime ad temporis futuri rationes. Quas ipsas etiam respublica in scribendis sanciendisque legibus respicit. Ex quo consequens est, ut, si homo rerum omnium mensura sit, idem etiam futuri temporis metiatur rationes. Hic vero facile est animadvertere et observare, eum, qui rerum usum collegerit, imperitis multo rectius iudicare. Quod ipsum etiam Protagorae exemplo confirmatur. Is enim sese de eventu orationum iudicialium melius ceteris omnibus iudicare posse professus est, idque ei creditum esse magnus arguit discipulorum numerus, qui eius institutionem

ac disciplinam expetiverunt. Itaque ipse Protagoras debuit concedere, non quemlibet, sed tantummodo sapientem pro rerum mensura recte haberi posse; — 179. B.

Sed videndum est etiam de praesentibus sensuum affectionibus, in quibus Heraclitei veri cognitionem sitam esse putant, obscure tamen illi ac perplexe de his rebus disputantes. Nam eos quidem, qui sistunt omnia, non movent, in praesenti mittamus, illorum unice rationem nunc diligentius exploraturi. Discernenda igitur duo motuum genera sunt, quorum alterum pertinet ad qualitatem, ad loci permutationem alterum. Veluti quum quid vel ex alio in alium locum transgreditur in eoque circumagitur, vel ex alio aliud quid fit, ex albo nigrum, ex molli durum, et quae sunt id genus alia. Iam vero necesse est omnia utroque modo moveri: alioquin enim eadem movebuntur simul atque non movebuntur. Album igitur dum movetur, etiam mutetur necesse est; et visus dum movetur, etiam subit mutationem; similiterque alia omnia: nihil enim ulla ratione sibimet ipsi simile vel per ictum temporis permanet. Ex quo quid consequatur, sponte intelligitur. Nam, ut hoc utar, nihil nec album esse aut videri dici potest nec non album; sed album simul et non album videri et non videri dici debet: quo ipso sensuum omnis in iudicando cognoscendoque vero evertitur auctoritas; P. 179. B. — 183. C.

His expositis disserendi vices ad Theaetetum redeunt, quandoquidem Theodorus supra praedixerat se non diutius interlocutoris partes esse acturum, quam id propositae causae disceptatio postularet. Pergit tamen Socrates in examinanda et refellenda Protagorae ratione, quam novis etiam argumentis impugnare conatur. Etenim veri iudicium sensibus nostris non esse tribuendum neque scientiam ullam ab iis proficisci, id etiam ex ipsa eorum natura colligi posse censet. Quod hac argumentatione demonstrat. Unicuique sensui, inquit, propriae sunt suae perceptiones, veluti quaedam auribus tantum percipimus, alia naribus, alia oculis, alia aliis sensibus. Iam vero singulorum sensuum perceptiones saepenumero inter ipsas comparamus et quod pluribus commune est, in unum comprehendimus. Quod fieri sensuum instrumentis nullo modo potest: itaque relinquitur, ut mentem id sine sensuum ope facere statuamus. Etenim

mentis notiones, quales sunt similitudo ac dissimilitudo, identitas ac diversitas, *οὐσία* et *μὴ οὐσία*, aliae plurimae, non e sensibus pendent, sed illi uni propriae sunt. Itaque apparet mentis iudicium sensuum perceptionibus esse superius. Huc accedit, quod sensum quidem statim ut nati sumus habemus, intelligendi autem et ratiocinandi facultate eo tempore adhuc caremus, et quaenam extent quaeque utilia sint sero demum intelligimus et multo rerum usu addiscimus. Ex quibus omnibus certissime intelligitur scientiam nullo modo in visis atque sensibus inesse posse; P. 183 — 187. A.

Habes iam quae Socrates subtiliter sane et graviter contra Protagoram disputat, cuius rationem negari non potest iis vel maxime esse infirmatam atque labefactatam, ut mirandum non sit, post Platonis aetatem nullum usquam extitisse celebrioris nominis philosophum, qui eam totam et immutatam tueretur. Itaque iure deinceps ad aliorum de scientia opiniones examinandas transitur.

Venit autem secundo loco in disceptationem eorum sententia, qui scientiam putabant consistere in recta opinione. Qui quidem confutantur sic, ut suis ipsorum cavillationibus ludantur et ad erroris confessionem adigantur. Quod diligenter tenendum est, ne quis Platonem arguat tricis dialecticis nimium indulsisse. Quicunque autem fuerunt qui eam sententiam defenderent — de Antisthene eiusque amicis Schleiermacherus*) et Astius cogitarunt — certe eorum ratio sententiae Protagoreorum admodum cognata et affinis fuit. Opinionem enim sive *δόξαν* constat secundum Platonem item ad res sensibus subiectas pertinere: quae si recte percipiuntur atque iudicantur, recta oritur opinio; sin

*) Schleiermacherus p. 182. Die zweite Hälfte giebt starke Veranlassung, um eine ähnliche Polemik gegen Antisthenes darin zu vermuthen, von welchem wir, jedoch leider nur im Allgemeinen, wissen, dass er den Satz behauptet habe, „es sei nicht möglich irgend einem Satz mit Erfolg zu widersprechen“; eine Polemik, die hier in dem Abschnitt von der falschen Vorstellung anzufangen scheint.

aliter, falsa opinio nascitur. v. Timaeum p. 37. B. ibique annotat. Fuerunt igitur, qui sensuum perceptiones vellent ita scientiam afferre, ut cum iis rectum mentis iudicium coniunctum esset. Quorum sententiam age videamus, quomodo Socrates apud Platonem examinet.

Orditur igitur ille exinde disputationem suam, ut ante omnia, num opinio ulla falsa esse possit, exquirendum statuat. Disputat autem in eam sententiam, ut captiosis argumentationibus, quales adhibebant fortasse ii, cum quibus hic Platoni res est, efficere studeat nullam omnino falsam esse opinionem; ex quo consequens est, ut nec scientia in recta opinione consistere existimanda sit. Ac primum quidem hac utitur argumentatione.

De quibus rebus aliquid opinamur, eas aut scimus aut nescimus. Iam vero falsa opinio oritur aut sic, ut quae quis ignorat pro aliis habeat, quae item ignorat; aut eo modo, ut quae novit alia esse ducat pariter ipsi cognita; aut denique sic, ut quae ignorat pro aliis quibusdam rebus sibi cognitis habeat. Quorum omnium quum nihil recte statui queat, consequitur, ut falsa opinio reperiatur nulla; P. 187. B — 188. C.

Idem efficitur etiam alia argumentatione, siquidem in opinionis natura exploranda non tantum scientiae sed etiam essentiae rationem habere licet. Ponamus igitur falsam opinionem esse eam, qua opinamur aliquid, quod non est. At vero id poni sic neutiquam licet. Quemadmodum enim fieri nullo modo potest, ut quis videat, et tamen nihil videat: ita etiam qui opinatur, aliquid certe opinetur necesse est, quique nihil opinatur, is sane plane nullam habet opinionem. Itaque de eo, quod non est, nulla potest esse opinio. Ex quo efficitur, ut falsa opinio non in eo cernatur, quod id, quod non est, opinemur; P. 188. D — 189. B.

Tertia suppetit ratio falsae opinionis indagandae. Fieri enim potest, ut ea cernatur in notionum mente informatarum permutatione. Quae videamus an usquam locum habeat. Possunt autem in tali permutatione aut res utraeque, quae ab animo quasi secum ipso colloquente cogitantur, inter se permutari, aut alterutra tantummodo obversatur cogitantis animo. Si alterutra

tantum cogitatur atque permutatur, eveniet quod modo fieri posse negavimus, ut id, quod non est, opinemur: sin autem utraeque confunduntur, ipsi nobiscum mirifice pugnabimus, quandoquidem pulcrum pro turpi, bonum pro malo, equum pro bove, unitatem pro numero binario habebimus, id quod ne somniantes quidem ac delirantes facere novimus; P. 189. B — 190. E.

Superest, ut falsa opinio oriri possit ex sensorum et mentis notitiarum permutatione. Fac igitur animo nostro inesse quasi ceream tabulam, in qua rerum imagines imprimantur, alii quidem minorem, alii maiorem; huic puriorem, illi impuriorem; huic humidiorem, alteri sicciorem vel duriorem. In hac tabula quamdiu eorum, quae sentimus, imagines inscriptae sunt, tamdiu meminimus atque scimus quae sensibus nostris percepimus. Iam vero perlustrantes modos omnes, quibus permutatio visorum et mentis imaginum fieri possit (de quibus v. Comment. p. 192. B.), facile reperiemus; errorem ita demum locum habere, si in alterutra parte sensuum accedat perceptio non satis accurata aut prior cognitio parum sufficiat. Veluti Theaetetum et Theodorum, quorum imagines animo impressas teneo, ubi post longum temporis intervallum vel eminus conspicio, utrique eam, quae ipsi debetur, adhibere conor imaginem, qua utrumque agnoscam; sed a recto aberro, dum Theaetetum esse Theodorum opinor; aut quum alterutrum tantum conspicio, licet utriusque imagines menti impressae sint, alterius simulacrum per errorem ad alterum transfero atque ita Theaetetum, quem conspicor, Theodorum esse puto. Causam huius rei viri sapientes perhibent (p. 194. D) eam quam finximus in animo inesse ceram, quae si satis magna et bene praeparata est, veras diuturnasque imagines suscipit; sin est mollior, durior, sordidior, tum vero imagines habet parum fideles atque firmas: unde fit, ut alii sint dociles, memores, acuti, rectarum opinionum capaces, alii contra indociles, obliviosi, hebetes et ad errores suscipiendos proclives P. 191. A — 195. B.

His vero ita explicatis et magno acumine illustratis Socrates repente mutat sententiam et de eorum veritate dubitare incipit. Arbitratur enim falsae opinioni latiorem ambitum vindicandum esse, quam quem modo angu-

stioribus finibus circumscripserint. Neque enim in una visorum et mentis notitiarum confusione illam sedem quasi suam habere existimat, sed etiam tum existere posse, quum solae mentis notitiae inter sese permutentur. Quod quidem sic ostendere conatur. Fac, inquit, aliquem interrogatum, septem et quinque res in unam iunctae quamnam summam conficiant, tibi respondere undecim; et facile videbis ipsas numerorum notitias animo comprehensas ab eo inter se confundi. Itaque relinquitur, ut aut nullam omnino esse falsam opinionem statuamus, aut fieri utique posse, censeamus, quod antea negavimus, ut quis id quod sciat, item nesciat; P. 195. B — 196. C.

Theaetetus difficilem admodum hanc esse optionem conqueritur. Neque immerito. Omnia enim iam dialecticis argutiis mire perturbata iacent. Itaque Socrates praeter omnem exspectationem huius quidem disputationis filum abiiciendum censet, atque illud potius audendum ait, ut statim de ipsius scientiae vi ac natura quaeratur. Enimvero falsam opinionem manifestum est non posse accurate definiri, nisi explorata scientiae vi et natura. Quocirca Socrates experiendum esse putat, num quid scientiae definitione, a qua in superioribus exorsi sint, ad rem praesentem proficiatur; P. 196. C — 197. B.

Volunt igitur nunc *quidam* (quinam fuerint, incertum,) scientiam nihil aliud esse, quam ut quis rerum notitiam et cognitionem habeat. Nos tamen dicamus possideat. Differt enim habere et possidere eo, quod quae habemus, iis iam utimur; sed quae possidemus, iis pro arbitrio nostro nunc vel utimur vel etiam non utimur. Quod ex columbarii exemplo intelligitur. Nam columbae, quae in eo habitant, possidentur; sed quae de illis apprehenduntur, eas habemus. Comparemus igitur mentis nostrae notitias cum avibus, mentem autem cum aviario aliquo, in quo illae versentur. Itaque eas mentis notitias, quas quis quasi in aviario suo incluserit, ab eo possideri dicemus; hoc est: earum rerum notitias ab eo teneri, quae ab ipso cognitae fuerint; sed quae ex iisdem illis apprehenduntur, eas iam haberi, siquidem scientiae studium est quasi quaedam mentis notitiarum venatio. Veluti qui arithmeticam didicit, nec

tamen iam eam ad aliquid adhibet, is eam possidet; sed qui illam nunc ipsum ad usum revocat, is eandem habet, ideoque quaerit tanquam insciens id quod iam novit. Ex quo liquidum est, duplicem quasi notitiarum esse venationem: alteram, quae possessionis causa fit, alteram, quae possessori ipsi utilis est, quando is apprehendit et manibus tenere cupit quod iam dudum possederit. Quippe potest aliquis quod dudum noverat, iam certo aliquo tempore animo suo quasi repraesentare, repetens quasi atque tenens id, quod etiamsi diu possedisset, tamen non in promtu habebat. Itaque falsa opinio, his ita positis, hoc modo exoritur: Ex iis omnibus, quas quis possidet, mentis notitiis ille aliquam quaerens et habere, id est ad usum adhibere, studens aliam pro ea, quam voluit, apprehendit, eoque modo in delectu, quem instituit, fallitur; P. 197. B — 199. B.

Conatus igitur iam Socrates est ex ipsius scientiae natura falsae opinionis originem declarare atque patefacere. Verum ne in his quidem acquiescendum putat. Nam quod isto modo falsa opinio ex permutatione earum, quas mens humana hausit, notitiarum repetitur, id ei permirum videtur. Quippe ita ipsius iudicio sumitur, quod sumi nullo modo licet, eum, qui sciat quod quaerat, inter sciendum tamen aliud quid illius loco accipere, eoque ipso falli et in fraudem induci. Neque quidquam prodest, si quis rerum notitias tum veras tum falsas menti humanae immiserit. Nam qui falsa opinatur, is certe minime sibi videbitur falsas rerum notitias cum veris permutavisse: de quo quid iudicandum sit, ex superioribus clarum et perspicuum esse debet; P. 199. B — 200 D. Itaque rursus id agendum censet, ut antequam falsae opinionis ratio exquiratur, quid sit scientia, certius accuratiusque decernatur.

Persistit Theaetetus in sententia antea proposita, qua eam contineri statuerat in recta opinione. Quamobrem Socrates hoc iudicium eius nunc tandem prorsus confutare instituit. Docet enim iudicis et oratoris exemplo, inter scientiam et rectam opinionem magnum discrimen intercedere. Nam oratores non solere iudicibus verum tradere, sed iisdem id quod ipsi velint persuadere. Et tamen accidere subinde, ut iudices recte vereque decernant; quod eos semper facturos esse,

si scientiam veri teneant. Itaque apparere luculentissime, scientiam et opinionem multum inter se differre; P. 200. D — 201. C.

Hac argumentatione commotus Theaetetus tertiam tandem affert scientiae definitionem. Censet enim scientiam nihil esse aliud quam veram opinionem μετὰ λόγου; P. 201. D. Quod quidem ipse Theaetetus p. 206. C. D. triplici modo interpretatur. Socrates tamen nihil horum omnium ad patefaciendam scientiae naturam pertinere arbitratur.

Ac primum quidem huius sententiae interpretatio ab Theaeteto proponitur haec, ut μετὰ λόγου intelligatur cum explicatione verbis expressa. Quam quidem parum idoneam esse Socrates exinde docet, quod quisque homo, quid de quaque re sentiat, verbis exprimere possit, ideoque omne tollatur inter scientiam et veram opinionem discrimen, quale statuendum esse in superioribus sit concessum; P. 206. D — E. coll. 208. D.

Aliam igitur Theaetetus profert rei explicationem. Nam μετὰ λόγου ait significare: ita ut totum per partes declaretur ideoque rei elementa enumerentur. Velut quum quis de currus natura interrogatus recenset ligna, ex quibus fabricatus est, rotas, alias eius partes; aut quum de Socratis nomine rogatus singulas eius literas ac syllabas recenset, P. 207. A. Quam sententiam Socrates impugnat ita, ut iam antea eius, qui illam tuebatur, de his rebus opinionem paucis illustraverit (P. 201. D — 206. D.). Fuit autem haec. Elementa ac principia rerum nullam ferunt definitionem, sed tantum nominationem propriam habent. Sed quae ex iis composita sunt, ea per illa ipsa elementa explicari ac definiri possunt, quo ipso fiunt γνωστά. Itaque principia et elementa solis sensibus percipiuntur seclusa mentis cognitione; sed quae inde conflata sunt, de iis vera opinio cum definitione perspicuaque mentis cognitione locum habet. Atque haec ipsa scientia est, quum in elementa illa vera opinio tantum conveniat. Quod quo clarius appareat, iuvabit vocabula eorumque elementa, hoc est, litteras, consideravisse. Etenim syllaba quaeque per litteras, ex quibus constat, definitur atque cognoscitur; litterae ipsae vero percipiuntur

quidem, sed definitionem sanequam nullam habent neque mente cognoscuntur. Quae quidem sententia a Socrate inde a p. 207. A. hunc in modum impugnatur. Syllaba aut singulis litteris constat, aut totum quiddam est, quod ex singulis elementis prodiit. Illud si probaveris, eum, qui certam et perspicuam habet syllabae cognitionem, concedendum erit pariter etiam singulas litteras novisse oportere, eamque scientiam prius etiam hausisse quam totius syllabae cognitionem. Sin autem syllabam totum quiddam esse putaveris, quod ex singulis elementis conflatum sit, absurdum quiddam statui ex hac argumentatione apparebit. Syllaba enim ita demum totum aliquod est, ut e singulis litteris in unum coniunctis extiterit. Totum vero quid tandem aliud est quam partes simul comprehensae? Quippe totum vocatur, in quo nihil deest, quod ad rei naturam requiritur, idque etiam vocamus omne. Itaque totum et omne nihil differunt. Omne vero et omnia idem sunt. Ita omnes milites conficiunt omnem exercitum, hoc est totum, et omnes numeri omnem, id est, totam vel integram efficiunt summam. Quum igitur omnia sint totum, partes alicuius rei totum eius esse facile apparet. Ex quo rursus intelligi debet, si totum cognoscatur, etiam partes cognoscantur necesse esse, neque posse totius alicuius scientiam locum habere, nisi adsit elementorum, ex quibus constat, clara cognitio: imo tanto evidentior erit totius cognitio, quo quis accuratius singula illa cognoverit. Accedit quod ista ratione neutiquam scientia gigni videtur. Quamvis enim accuratissima instructus sis litterarum notitia ex iisque syllabas componere didiceris, tamen in scribendis vocabulis error locum habet. Poteris enim utique in scribendo Theaeteti nomine errare; P. 207. A — 208. B.

Restat tertia ratio, qua illud *μετὰ λόγου* interpretemur. Potest enim definitio esse, qua notae afferuntur, quibus res, de qua agitur, a ceteris omnibus discernatur. Quod tamen et ipsum eiusmodi est, ut reprehensioni locum concedat. Nam primum quidem ita sequitur, eum, qui hominem quempiam probe noverit, nisi notas omnes perspectas habuerit, quibus a reliquis discernatur, eum plane non novisse: quod certe adversatur vitae quotidianae experientiae. Nam cum recta opinione certe iam coniuncta esse debet notarum, quibus res di-

stinguantur, notitia. Deinde absurdum est dicere et affirmare, scientiam esse rectam opinionem cum definitione coniunctam. Nam definitio eo pertinet, ut quis habeat rei scientiam. Itaque si quis dixerit scientiam esse rectam opinionem definitioni iunctam, nihil aliud dicet nisi hoc, scientiam esse rectam opinionem iunctam scientiae, quo nihil sane illustratur; idem enim per idem exponitur ac definitur; P. 208. C — 210. B.

Explosis his definitionibus Socrates sibi iam tempus ad persequendam disputationem porro suppetere negat: urgere enim iudicium, in quo sibi propter Meleti accusationem comparendum sit. Itaque finito sermone amicos rogat, ut postridie ad continuandum colloquium redire velint; P. 210. C. D.

Retulimus breviter Theaeteti Platonici argumentum. Quo ipso confirmatum esse putamus quod supra de totius libri proposito iudicavimus. Nam clarius etiam nunc apparet, id in eo agi a Platone, ut sensuum perceptiones per se doceatur nullo modo ad veram scientiam comparandam valere ac ne tum quidem ad eam prodesse, si cum recta opinione atque definitionis explicatione coniunctae sint. Quod etsi Plato sic demonstravit, ut adversariorum opiniones magnam partem dialecticis tricis et argutiis diluerit, quippe quibus illi ipsi utebantur; tamen dubitari non potest, quin vel sic quod ei erat propositum felicissime sit assequutus. Nam illud quidem utique clarum ac perspicuum omnibus esse debet, separavisse eum perceptionem sensuum omnem ab ea ditione, qua scientia et cognitio veritatis, quae recte diceretur, inclusa esset.

Institutam quaestionem in quibusnam libris philosophus continuaverit et expleverit, antea dictum est. Restat ut paucis significemus, quibus scriptionibus ei quasi praelusisse videatur. Videmur autem non prorsus a vero aberrare, Menonem, Protagoram, Gorgiam, Euthydemum et Cratylum huc referentes. Quippe ab eius loci pervestigatione, qui est de virtutis doctrina et scientia, philosophum putamus pedetentim accessisse ad exquirendam ipsius scientiae naturam; quod eo magis ita facere potuit, quia ei etiam in illa re tractanda maxime cum Protagoreis et Heracliteis res fuit, adeoque attingenda quaestio de scientiae natura, ut in qua virtutem maxime positam esse a Socrate accepisset. Longioris tamen haec

res disputationis est, quam ut hic pertractari possit. Itaque satis erit nunc paucis significasse, quod fortasse alio tempore argumentorum expositione certius confirmaturi sumus. Nam vel sic appariturum existimamus, quantum nos recedamus a Schleiermacheri ratione, qui eum fecit ordinem scriptorum Platonis, ut Phaedrus, Lysis, Protagoras, Laches, Charmides, Euthyphro, Parmenides, Apologia Socratis, Crito, Io, Hippias minor, Hipparchus, Alcibiades II., Gorgias, Theaetetus, Meno, Euthydemus, Cratylus, Sophista, et Politicus sese ordine deinceps excipiant. Quam rationem nobis prorsus improbari, alio loco aperte professi sumus.

EDITIONES.

Platonis dialogi duo, Cratylus et Theaetetus, Graece. E recensione H. Stephani varietate lectionis animadversionibusque criticis brevibus illustrati ab Io. Frider. Fischero. Lipsiae, 1770. 8.

Platonis dialogi duo, Gorgias et Theaetetus. Emendavit et annot. instruxit L. F. Heindorf. Accedit Auctarium animadversionum Philippi Buttmanni. Berolini, 1805. 8. Repetita huius libri editio est curante Buttmanno ibid. 1829. ubi Platonis orationem ope codicum ab Im. Bekkero collatorum passim refinxit.

Ineptus est liber quippe ineptiarum plenissimus, qui inscribitur sic:

Ueber das Wahre, Gute und Schöne, drei Dialogen des Platon, Theaetetus, Philebus und Hippias d. Gr., übersetzt u. erläutert von F. Hülsemann. Leipz. 1807. 8. 2 Bnde. De minoribus quibusdam scriptis Theaetetum illustrantibus v. Hoffmanni Lexicon Bibliogr. T. III. in v. Plato. Nos iis omnibus caruimus.

CODICES.

Im. Bekkerus tredecim libris mss. usus est hisce:

Bodleiano s. Clarkiano, quem excussit Gaisford.

Coisliniano n. 155. signat. *T.*

Vaticano n. 225. sign. Δ.

Veneto n. 8. sing. Δ.

Veneto n. 184. sign. Ξ.

Veneto n. 185. sign. Π.

Veneto n. 189. sign. Σ.

Vindobonensi n. 31. sign. Y.

Parisiensibus n. 1808. (B.) 1809. (C.) 1811. (E.) 1812. (F.) 1814. (H.).

Bodleiani, Parisini B. Vaticani 225. Δ. Venetorum ΞΠ. lectionibus nos quoque usi sumus a Gaisfordo et Bastio excerptis. Praeterea adhibuimus

Florentinos quattuor a. b. c. i. Zittaviensem a Rudolpho comparatum, Palatini et Darmstadini lectiones a Creuzero in Melett. Antiquit. Discipl. Vol. I p. 108. et p. 100 sqq. evulgatas.

His igitur libris emendatior oratio maxime debetur. Praestantissimus est Bodleianus, quocum fere consentiunt Vaticanus Δ. et Venetus Π. ita ut hi tres nunc recensioni verborum tanquam fundamentum subiecti sint.

ΘΕΑΙΤΗΤΟΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΕΥΚΛΕΙΔΗΣ, ΤΕΡΨΙΩΝ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ,
ΘΕΟΔΩΡΟΣ, ΘΕΑΙΤΗΤΟΣ.

Ed. Fisch.

Cap. I. *Ἆρτι, ὦ Τερψίων, ἢ πάλαι ἐξ ἀγροῦ;* 142

ΤΕΡ. Ἐπιεικῶς πάλαι. καὶ σέ γε ἐζήτουν κατ' *ed. Steph.*
ἀγορὰν καὶ ἐθαύμαζον, ὅτι οὐχ οἷός τ' ἦ εὑρεῖν.

P. 142. *οὐχ οἷός τε ἦ εὑρεῖν*] V. *ἦν*. Sed Bodl. Coisl. Flor. a. Vat. *A*. Ven. *A* pr. *ἦ*. Idem habet Par. B. cum nota marg. *ἀντὶ τοῦ ἦμην*. Receptam scripturam firmant qui pro *ἦ* habet *εἶ*, quod natum ex itacismo. Tenent autem hoc Vindob. V. Zitt. Flor. i. indeque natum quod est in Par. H *εἶν*. Idem fere de proximo *ἦ* dictum esto, pro quo item vulgo *ἦν* scribebatur.

P. 142. *Εὐκλ. Ἆρτι, ὦ Τερψίων* —] Euclides est celeberrimus ille conditor scholae Megaricae sive eristicae, qui clarissimis Socratis discipulis una consensione annumeratur. v. Diogen. Laërt. II. 47. 106. Cicer. Acad. II. 42. Is quum iam adolescens ad Socratem pervenisset, magistri audiendi causa saepenumero Megaris Athenas commeavit, id quod ex hoc ipso loco intelligi potest. Atque hoc ita ab eo vel cum vitae discrimine factum esse auctor est Gellius N. A. VI. 10. cuius narrationi haud scimus an Spaldingius in Vindiciis Megaricorum p. 3. iniuria fidem omnem detraxerit. Mortuo Socrate, quum discipuli eius metu triginta tyrannorum Athenas relinquerent, plerique in iisque etiam Plato Megaram ad Euclidem confugerunt, qui eos benigne excepisse narratur. v. Diogen. Laërt. II. 160. III. 6. ibique Menag. Bentleii Opusc. Philol. p. 54. Quam fidelis fuerit Socratis familiaris et amicus, etiam ex eo intelligitur, quod illi morienti dicitur affuisse Phaedon. p. 59. B. Ex quo quidem loco etiam cognoscimus, cur Plato eum hic cum Terpsione convenire iusserit. Fuit enim hic quoque homo Socratis amantissimus: quapropter et ipse magistri sermonibus ultimo vitae die ab eo habitis interfuisse narratur. Quanquam ceterum nihil aliunde de eo constat, ut ab uno Platone nomen viri ad posteritatis me-

ΕΥ. Οὐ γὰρ ἦ κατὰ πόλιν.

ΤΕΡ. Ποῦ μήν;

ΕΥ. Εἰς λιμένα καταβαίνων Θεαιτήτῳ ἐνέτυχον φερομένῳ ἐκ Κορίνθου ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου Ἀθήναζε.

ΤΕΡ. Ζῶντι ἢ τετελευτηκότι;

Β ΕΥ. Ζῶντι καὶ μάλα μόγις· χαλεπῶς μὲν γὰρ ἔχει καὶ ὑπὸ τραυμάτων τινῶν, μᾶλλον μὴν αὐτὸν αἱρεῖ τὸ γεγονὸς νόσημα ἐν τῷ στρατεύματι.

Β. καὶ μάλα μόγις] V. μόλις. Recte Par. CEF. et Flor. c. i. supra versum μόγις. Proximum γάρ om. Ven. Σ. Ven.

moriam servatum sit. Iam vero Terpsion a Platone fingitur ruri prope Megara habitasse atque subinde ventitasse in urbem. Ibi quum aliquando Euclidem, quem visere vellet, frustra apud forum quaesisset, forte accidit, ut hic ex itinere, in quo Theaetetum invenem Atheniensem esset comitatus, rediens in veterem amicum incideret. Inter viam autem Euclides mentionem iniicit sermonis cuiusdam aliquando inter Theaetetum, quem nunc ipsum prosequutus erat, atque Socratem habiti: cuius audiendi Terpsio est cupidissimus, praesertim quum Euclides fateatur argumentum eius a se diligenter litteris consignatum esse. Itaque ambo in Euclidis domum ingrediuntur, ubi sermo ille a puero Euclidis audientibus ipsis recitatur. De primis exordii huius verbis comparasse iuvabit Criton. p. 43. A. ΣΩ. ἄρτι δὲ ἥκεις ἢ πάλαι; ΚΡ. ἐπιεικῶς πάλαι, ubi v. ann. — ἦ κατὰ πόλιν, Megaris. De omisso articulo v. ad. Phaedr. p. 227. B. Schaefer. ad Demosth. Appar. I. 384. V. p. 670. Sic etiam κατ' ἀγοράν, sicuti est ἐν ἀγορᾷ apud Demosth. contr. Conon. p. 1258. 22. et 1266. 22. ed. Reisk. v. Schaefer. Apparat. T. V. p. 373. Neque aliter deinde dicitur εἰς λιμένα; ubi frustra requiras εἰς τὸν λιμένα, etsi utique portus Megarensis intelligitur. Etenim ante multa id genus nomina vulgari consuetudine et sermone quotidiano usurpata usus ita tulit, ut articulus fere omitteretur, siquidem satis fuit rem nominavisse neque desiderata est notionis accuratior finitio ac determinatio. De portu illo v. Diodor. Sic. XII. 66.

Β. Ζῶντι ἢ τετελευτηκότι] Ita iocabundus interrogat, quia praegressum φερομένῳ ambigue dictum est. Redibat autem Theaetetus, ut videtur, ex pugna illa Corinthia anno 394. a. Chr. n. Olymp. 96. 3. ab Atheniensibus eorumque sociis adversus Spartanos commissa, in qua quantam illi cladem acceperint, edocemur a Xenophonte Hellen. IV. 2, 17. Itaque Theaetetum consequitur ante hoc ipsum tempus scribi nullo modo potuisse. Imo ille compositus sit necesse est posteaquam philosophus ex primo itinere in Aegyptum, Cyre-

TEP. Μῶν ἡ δυσεντερία;

ΕΥ. Ναί.

TEP. Οἷον ἄνδρα λέγεις ἐν κινδύνῳ εἶναι.

ΕΥ. Καλόν τε καὶ ἀγαθόν, ὦ Τερψίων· ἐπεί τοι καὶ νῦν ἤκουόν τινων μάλα ἐγκωμιαζόντων αὐτὸν περὶ τὴν μάχην.

TEP. Καὶ οὐδέν γ' ἄτοπον, ἀλλὰ πολὺ θαυμαστότερον, εἰ μὴ τοιοῦτος ἦν. ἀτὰρ πῶς οὐκ αὐτοῦ Μεγαροῖ κατέλυεν; C

Ξ. pr. non male.

nen et Italiam suscepto redux factus erat. v. Diog. III. 6, 7. Nam ipsum Platonem in Atheniensium exercitu militavisse, quum ad Corinthum pugnatum est, testantur Diog. III. 8. et Aelian. Varr. Hist. VII. 14, ubi v. Perizon. Quocirca non multum videmur a vero aberrare librum statuentes circiter octennio post Socratis mortem exaratum esse existimantes. Ceterum *καί* in verbis *καὶ μάλα μόγις* non copulandi sed intendendi vi et significatione positum est.

αὐτὸν αἱρεῖ τό γ. νόσημα] Schol. *καταλαμβάνει, νῦν δὲ τὸ καταπονεῖ.* Est igitur Lat. occupatum tenet, confici eum: unde apparet non opus fuisse commento Serrani *εἶλε* restitui iubentis. Mox *ἐπεί τοι καὶ νῦν ἤκουον* est: enimvero etiam nunc audiebam, de quo vocalium usu exposuimus ad Hipp. mai. p. 288. C.

πολὺ θαυμαστότερον, εἰ μὴ τ. ἦν] Schol. et Thom. Mag. in *Ἄτοπον* post *θαυμαστότερον* addunt *ἦν*, quod tamen in nullo Platonis codice reperitum est. Neque nos illud cum Heindorfio et Schaefero ad Demosth. Appar. T. II. p. 324. necessarium existimamus: imo ne poterat quidem commode inferri propterea, quod ad *Καὶ οὐδέν γε ἄτοπον* non imperfectum, sed praesens *ἐστί* intelligendum relinquitur. Itaque utroque loco reticetur verbum, quanquam ad alterum adiectivum sane non *ἐστί* sed *ἦν* cogitatione addendum est. Ne vero aliquis *ἂν ἦν* requirat, cavebunt, opinor, quae scripsimus ad Sympos. p. 190. C. Latine item dixeris: mirabilius fuerat.

C. *ἀτὰρ πῶς οὐκ αὐτοῦ Μεγαροῖ κατέλυεν*] h. e. qui factum est, ut non hic Megaris deverterit? Eandem breviloquentiam habes Criton. p. 43. B. *εἶτα πῶς οὐκ εὐθὺς ἐπήγειράς με;* Ibid. A. *θαυμάζω, ὅπως ἡθέλησέ σοι ὁ τοῦ δεσμωτηρίου φύλαξ ὑπακοῦσαι;* ubi v. annn. Istud *Μεγαροῖ* facile aliquis coniiciat ex glossemate natum esse: in quo tamen multum fallatur. Euthydem. p. 271. C. *οὗτοι τὸ μὲν γένος — ἐντεῦθέν ποθέν εἰσιν ἐκ Χίου.* Phaedr. p. 229. B. ubi v. annn.

ΕΥ. Ἠπείγετο οἴκαδε· ἐπεὶ ἔγωγ' ἐδεόμην καὶ συνεβούλευον, ἀλλ' οὐκ ἤθελε. καὶ δῆτα προπέμψας αὐτόν, ἀπιὼν πάλιν ἀνεμνήσθην καὶ ἐθαύμασα Σωκράτους, ὡς μαντικῶς ἄλλα τε δὴ εἶπε καὶ περὶ τούτου. δοκεῖ γάρ μοι ὀλίγον πρὸ τοῦ θανάτου ἐντυχεῖν αὐτῷ μειρακίῳ ὄντι, καὶ συγγενόμενός τε καὶ διαλεχθεὶς πάνυ ἀγασθῆναι αὐτοῦ τὴν φύσιν. καί μοι ἐλθόντι Ἀθήναζε τούς τε λόγους, οὓς διελέχθη
D *αὐτῷ, διηγήσατο, καὶ μάλα ἀξίους ἀκοῆς, εἶπέ τε, ὅτι πᾶσα ἀνάγκη εἴη ταῦτον ἐλλόγιμον γενέσθαι, εἴπερ εἰς ἡλικίαν ἔλθοι.*

P. 143. *ἐπανηρώτων τὸν Σωκράτην*] V. *Σωκράτη*. Al-

Δοκεῖ γάρ μοι ὀλίγον—] Recte interpretatur Heindorfius: Nam si bene memini, quo modo *δοκεῖν* non ita raro usurpatur. v. Menon. p. 71. C. Protagor. p. 317. C. Menex. p. 236. B. Symp. p. 173. B., quibus locis etiam per ni fallor interpretari licet.

D. *εἴπερ εἰς ἡλικίαν ἔλθοι*] h. e, ad aetatem maturam; si adolevisset. v. ad Charmid. p. 154. A. Proxima vere emendarunt Heindorfius atque Heusdius Specim. Crit. p. 27. Vulgo enim verba, *Καὶ ἀληθῆ — εἶπε*, ad Euclidis referebantur orationem, adversante usu vocabuli *ἀτάρ*, quod sic in responsione positum habes p. 142. B. 147. C. 154. D. Phaedr. p. 227. A. Men. p. 79. C. Soph. p. 232. D. Protagor. p. 339. C. al. Post *οἱ λόγοι* in locum commatis non dubitavimus interrogandi signum substituere, quod hic repudiavit Heindorfius. Ita enim sermo plus vigoris et alacritatis nanciscitur, qualem habere decet eiusmodi orationem. v. Charmid. p. 172. B. Menon. p. 71. D. et quae de hoc loquendi genere exposuerunt Boeckh. in Min. p. 53. et Hermann ad Lucian. De histor. conscr. p. 27.

οὕτω γε ἀπὸ στόματος] sic memoriter, libro non adhibito, ut recte interpretatur Heindorf. Sic Phaedr. p. 272. C. *ἀλλ' οὕτι νῦν γε οὕτως ἔχει*. Infra p. 158. B. *νῦν οὕτως ἐν παρόντι*. Gorg. p. 464. B. *οὕτως ὀνομάζειν οὐκ ἔχω σοι*. ubi vid. anu. De *ἀπὸ στόματος* v. Ruhnk. ad Tim. Gloss. p. 43. et Boisson. ad Eunap. p. 307. In proximis diligenter observandum discrimen est, quod Euclides inter *ἐγραψάμην* et *ἔγραφον* constituit. Nam *ἐγραψάμην* dicit de eo, quod ipse in suum usum commentabatur, ut memoriae succurreret; *ἔγραφον* autem de illo, quod literis sic consignabat, ut aliis quoque posset prodesse. Praeterea tenendum *εὐθύς* cohaerere cum *οἴκαδ' ἐλθών*, ut sit, statim ut domum rediissem; de quo loquendi genere hodie vel pueris noto, olim etiam doctis hominibus non perspecto, satis erit indicasse quae ad Phaedon. p. 70. A. notavimus.

ΤΕΡ. Καὶ ἀληθῆ γε, ὡς ἔοικεν, εἶπεν. ἀτὰρ τίνες ἦσαν οἱ λόγοι; ἔχοις ἂν διηγήσασθαι;

ΕΥ. Οὐ μὰ τὸν Δία, οὔκουν οὕτω γε ἀπὸ στόματος· ἀλλ' ἐγραψάμην μὲν τότ' εὐθὺς οἰκαδ' ἐλ- 143
θὼν ὑπομνήματα, ὕστερον δὲ κατὰ σχολὴν ἀναμιμνησκόμενος ἔγραφον, καὶ ὁσάκις Ἀθήναζε ἀφικοίμην, ἐπανηρώτων τὸν Σωκράτην ὃ μὴ ἐμεμνήμην, καὶ δεῦρο ἐλθὼν ἐπηνωρθούμην, ὥστε μοι σχεδόν τι πᾶς ὁ λόγος γέγραπται.

ΤΕΡ. Ἀληθῆ· ἤκουσά σου καὶ πρότερον, καὶ μέντοι ἀεὶ μέλλων κελεύσειν ἐπιδεῖξαι διατέτριφα δεῦ-

teram formam tuentur *ΑΞΣΥ*, RCEFH. Ziti. Flor. b. c. i.

P. 143. *δεῦρο ἐλθὼν ἐπηνωρθούμην*] Verbum *ἐπανορθοῦσθαι* corrigendi notione usurpatum egregie illustravit Astius Commentar. ad Gorg. Opp. Plat. T. XI. p. 106.

Ἀληθῆ· ἤκουσά σου καὶ πρότερον —] Hic nescio quid acciderit Heindorfio, qui et *ἀληθῆ* ineptum esse arbitratur et post *ἤκουσα* desiderat *γάρ*. Nam quod illud attinet, quidni Terpsioni verum esse affirmare liceat, quod plus semel ab amico audivisset? Id vero recte sic facit, ut simplici *ἀληθῆ* utatur, quod in responsione non infrequens est. De Rep. I. 332. A. *Ἀποδοτέον δέ γε αὖθ' ὁπωστιοῦν τότε, ὁπότε τις μὴ σωφρόνως ἀπαιτοῖ; Ἀληθῆ, ἦ δ' ὅς.* Ibid. p. 334. D. 341. D. V. p. 459. C. 460. D. al. De hac igitur re nostra quidem iudicio nulla iam poterit locum obtinere dubitatio aut controversia. Quod autem vir doctus *γάρ* desideravit, non recordatus est creberrimum illum loquendi usum, quo ea, quae superioribus vel illustrandis vel confirmandis adiiciuntur, nullo intercedente copularum vinculo subiungi consueverunt. Cuius usus exempla nuper ex uno Platone in Indicibus singulis Voluminibus additis voc. Asyndeton tam multa consignavimus, ut profecto actum ageremus, si rem denuo illustrare conaremur. Quum igitur loci corrigendi nulla necessitas sit, merito etiam viri docti coniecturam supervacaneam arbitrabimur, qua scribendum censuit *Ἀλλ' ἤδη ἤκουσά σου κ. π.* Quin etiam absurdam eam arguere liceret, si quidem id ageremus hoc tempore.

διατέτριφα δεῦρο] Buttmannus et Heindorfius interpretantur sic: atque semper te hortaturus, ut librum mihi ostenderes, huousque moratus s. cunctatus sum. Quo sensu *δεῦρο* utique ponitur in formula *δεῦρ' ἀεί*, de qua dixit Valcken. ad Eurip. Phoenissa p. 413. Num usquam per se sic positum sine *μέχρι* reperiatur, nos quidem dubitamus vehementer. Praeterea hac interpretatione probata *ἀεί* parum commode inculcatum est. Quid enim hoc est: huc-

ρο. ἀλλὰ τί κωλύει νῦν ἡμᾶς διελθεῖν; πάντως ἔγωγε καὶ ἀναπαύσασθαι δέομαι, ὡς ἐξ ἀγροῦ ἥκων.

B ΕΥ. Ἀλλὰ μὲν δὴ καὶ αὐτὸς μέχρι Ἐρινοῦ Θεαίτητον προὔπεμψα, ὥστε οὐκ ἂν ἀηδῶς ἀναπαυοίμην. ἀλλ' ἴωμεν, καὶ ἡμῖν ἅμα ἀναπαυομένοις ὁ παῖς ἀναγνώσεται.

B. μέχρι Ἐρινοῦ] Bodl. Vat. Δ. Ven. ΞΣ. Vind. Υ. Zitt. ἐρείνου. Flor. i. αἱρεῖν οὗ, ut est etiam in Ven. Α. Par. Η. Inde prodit ἐρινοῦ. Vulgo erat ἐρινεοῦ.

usque (hodie) moratus sum ἀεὶ μέλλων κελεύσειν ἐπιδεῖξαι? Ergone dum morabatur, semper in eo erat, ut amicum de libro sibi ostendendo rogare vellet? At enim vero peregre aberat Euclides, non aderat praesens: qui ergo homini sanae mentis tale quid in animum venire potuit? Ad haec tertium quiddam accedit, quod iniicit scrupulum. Vereor enim magnopere, ne in tali sententiarum nexu διατέτριφα sine aliquo adverbio loci poni non potuerit: quod cur ita statuam, facile sentient, qui totum locum una serie et perpetuitate perlegerint. Itaque dubium non est, quin alia verborum interpretatio anquirenda sit. Ea vero non longe arcessenda est, sed in medio posita. Habitabat Terpsio inde ab aliquo tempore ruri, unde identidem ventitare in urbem solebat. Iam vero quum dudum audivisset de libro Euclidis, quoties in urbem venerat, diutius ibi erat commomoratus, sperans fore, ut cum illo fortuito conveniret in loco aliquo publico, sibique opportunitas aliqua offerretur eum rogandi, ut sibi librum ostendere vellet. Quocirca verba sic interpretanda sunt: et vero semper (h. e. quotiescunque in urbem veniebam) huc veni atque aliquantisper commoratus sum a te petiturus, ut mihi librum ostenderes. De loquutione διατρίβειν δεῦρο v. ad. Ion. p. 530. A.

πάντως ἔγωγε καὶ ἀναπ.] De hoc asyndeto, quod non raro in asseveratione locum habet, ubi sententia a πάντως orditur, v. Timaeus p. 26. E. Sympos. p. 173. B. De Rep. VI. p. 504. E. al. Mox Ἐρινεοῦ loci nomen est, ubi Proserpinam ferebant a Plutone raptam esse. v. Pausan. I. p. 19. 31. 36. 38. 92. ed. Kühn. Strabo p. 605. et 610 sqq. ed. Almelov. — ἅμα ἀναπαυομένοις, inter requiescendum. — ὁ παῖς, sc. anagnostes. Nisi cum Heindorfio intelligere malueris servulum, quem secum habebat Euclides.

B. Τὸ μὲν δὴ βιβλίον —] Posteaquam domum ingressi sunt, Euclides protenus promit librum, in quo Socratis cum Theodoro sermones a se perscripti sunt. Describit autem paucis colloquii formam et rationem. Dicit enim sese loquentes ita induxisse, ut omnia agi, non narrari viderentur, ideoque nusquam κἀγὼ εἶπον, ἦ δ' ὅς, et similia interposuisse. Quod ipsum etiam Cicero in simili causa Lael. c. 1. de se fatetur.

τῷ τε γεωμέτρῃ Θεοδώρῳ —] Theodorus Cyrenai-

ΑΕΡ. Ὀρθῶς λέγεις. —

ΕΥ. Τὸ μὲν δὴ βιβλίον, ὦ Τερψίων, τουτί· ἐγραψάμην δὲ δὴ οὕτωσι τὸν λόγον, οὐκ ἐμοὶ Σωκράτην διηγούμενον ὡς διηγεῖτο, ἀλλὰ διαλεγόμενον οἷς ἔφη διαλεχθῆναι. ἔφη δὲ τῷ τε γεωμέτρῃ Θεοδώρῳ καὶ τῷ Θεαιτήτῳ. ἵνα οὖν ἐν τῇ γραφῇ μὴ

Σωκράτην διηγούμενον] V. *Σωκράτη*. Par. F. *Σωκράτην*. conf. 143. A.

cus, ipso Platone teste p. 145. A., erat maxime *γεωμετρικός*, tum etiam *ἀστρονομικὸς καὶ λογιστικός τε καὶ μουσικός, καὶ ὅσα παιδείας ἔχεται*. Itaque mirum accidere non debet, quod in tribus dialogis, Theaeteto, Sophista et Politico, ita loquens inducitur, ut rerum gravissimarum disputationi intersit. Quum vero, utpote mathematicae disciplinae severitati addictus, Socratica disserendi ratione minus esset exercitatus ideoque videretur subinde tardior, de quo v. p. 146. B. 155. A., sapientissime Plato ei audiendi potius quam disserendi partes tribuit. Quanquam ille ita erat in philosophiae studiis versatus, nihil ut eum in hoc genere litterarum lateret. Quocirca in Theaeteto, ubi invitus et multa reluctans in disputationis societatem venit, ita disserens inducitur, ut Protagorae opiniones defendat gravissime earumque gerat patrocinium: quanquam tandem a Socrate ita ad incitas redigitur, ut eum confutatum esse omnibus appareat. Hominem fuisse tristiorem et morosiorem facile suspiceris ex p. 145. E. ubi *παίζειν* dicitur non fuisse *τρόπος Θεοδώρου*. Nimirum est haec vis assidui severiorum litterarum studii, ut animum facile a vitae communis hilaritate reddat alienum ei-que nescio quid austerae gravitatis et tristitiae conciliet. Verum hoc certe Platonis animum a Theodoro non potuit alienare, qui et viri virtutes plurimi aestimavit, et disciplinas mathematicas, quas profitebatur, in tanto honore habuit, ut eas ad sapientiae studium plurimum posse iudicaret. Narrat Diogenes Laërt. II. 8, 103: Platonem, quo tempore Cyrenis commoratus fuerit, Theodorum de mathematicis disserentem audivisse. Quod ipsum tradit etiam Apulēius De Habit. Doctr. Plat. p. 2. ed. Elm. Et quod, inquit, Pythagoreorum ingenium adiutum aliis disciplinis sentiebat, ad Theodorum Cyrenas, ut geometriam discere t, est profectus. Cui narrationi fuerunt qui fidem denegarent. Nos quidem nullam videmus huius dubitationis causam, quae iusta et idonea sit. Nam etsi philosophus iam dudum hauserat mathematicorum cognitionem, tamen fieri potuit, ut, posteaquam sensisset, quantum illa ad Pythagoreorum sententias illustrandas valerent, subtiliorem Theodori institutionem, iam Athenis cognitam et perspectam, vehementius expeteret et optaret. Et certe ex Theaeteto nostro narratio illa temere confingi non

C παρέχοιεν πράγματα αἱ μεταξὺ τῶν λόγων διηγήσεις περὶ αὐτοῦ τε, ὁπότε λέγοι ὁ Σωκράτης, οἷον Καὶ ἐγὼ ἔφην ἢ Καὶ ἐγὼ εἶπον, ἢ αὖ περὶ τοῦ ἀποκρινομένου, ὅτι Συνέφη ἢ Οὐχ ὡμολόγει, τούτων ἕνεκα ὡς αὐτὸν αὐτοῖς διαλεγόμενον ἔγραψα, ἐξελὼν τὰ τοιαῦτα.

TEP. Καὶ οὐδέν γε ἄπο τρόπου, ὦ Εὐκλείδη.

EY. Ἀλλά, παῖ, λαβὲ τὸ βιβλίον καὶ λέγε. —

D Cap. II. *ΣΩ.* Εἰ μὲν τῶν ἐν Κυρήνῃ μᾶλλον ἐκηδόμην, ὦ Θεόδωρε, τὰ ἐκεῖ ἄν σε καὶ περὶ ἐκείνων ἀνηρώτων, εἴ τινες αὐτόθι περὶ γεωμετρίαν ἢ τινα ἄλλην φιλοσοφίαν εἰσὶ τῶν νέων ἐπιμέλειαν

C. ἄπο τρόπου] Sic Vat. et Ven. *II.* Vulgo ἀπὸ τρόπου. v. Schäfer. Melett. critt. p. 51 sq. et ad Gregor. Corinth. p. 210 sq. Vulgatum tenuit Bekkerus.

D. περὶ ἐκείνων ἀνηρώτων] ἂν ἠρώτων Bodl. Vat. Ven. *II.*

potuit, ut eam ex alio fonte promanavisse verisimillimum videatur. De Theaeteto, iuvene praeclari ingenii, sed modesto eo et docili, Plato ipse deinceps tam egregie exposuit, ut ad hominis indolem penitus perspiciendam nihil prorsus desideretur. Neque quidquam refert hic de eo addere quae Suidas memoriae prodidit; quocirca hoc unum agendum est, ut praeclarus qui sequitur locus quam accuratissime cognoscatur.

C. περὶ αὐτοῦ τε ὁπότε λέγοι —] His respondent verba: ἢ αὖ περὶ τοῦ ἀποκρινομένου. Itaque post τε per quandam structurae mutationem ἢ infertur. Cuius rei exempla dedit Boeckhius ad Pindar. Nott. critt. p. 352. consignavimus ipsi ad Menon. p. 95. B. Ion. p. 535. D.

Καὶ οὐδέν γε ἄπο τρόπου] Accentum in ἄπο τρόπου retraximus, nec praeter codicum fidem, ex praeceptis grammaticorum, de quibus v. Schaefer. Melett. critt. p. 51 sq. et Gregor. Corinth. p. 210 sq. Usum formulae cognosces ex iis, quae scripsimus ad Phileb. p. 34. A. et Reip. V. p. 470. B. Contrarium est πρὸς τρόπου.

D. εἴ τινες αὐτόθι — ἐπιμέλειαν ποιούμ.] Dictionem, ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι περί τι vel περί τινος vel etiam τινός, ex Isocrate, Themistio, Philostrato, aliisq. illustravit Boissonad. ad Eunap. p. 320. Addere licebit Tim. p. 24. B. Symp. p. 185. B. De Rep. VI. p. 488. D. Politic. p. 310. C. al. Deinde ἢ τινα ἄλλην φιλοσοφίαν est: aut aliam aliquam liberalem disciplinam. Hesychius: Φιλόσοφος· ὁ πάντων πειραθείς, φιλομαθής. φιλοσόφους δὲ φασὶ καὶ τοὺς ἀοιδούς, τοὺς κιθαριστὰς καὶ μουσικούς. De latiore vocabuli usu egregie ex-

ποιούμενοι· νῦν δέ — ἧττον γὰ› ἐκείνους ἢ τούσδε φιλῶ, καὶ μᾶλλον ἐπιθυμῶ ‹ἰδέναι, τίνες ἡμῖν τῶν νέων ἐπίδοξοι γενέσθαι ἐπιεικεῖς· ταῦτα δὴ αὐτός τε σκοπῶ καθ' ὅσον δύναμαι, καὶ τοὺς ἄλλους ἐρωτῶ οἷς ἂν ὁρῶ τοὺς νέους ἐθέλοντας ξυγγίγνεσθαι. σοὶ δὴ οὐκ ὀλίγιστοι πλησιάζουσι, καὶ δικαίως· ἄξιος γὰρ τά τε ἄλλα καὶ γεωμετρίας ἕνεκα. εἰ δὴ οὖν τινὶ ἐνέτυχες ἀξίῳ λόγου, ἡδέως ἂν πυθοίμην. E

ΘΕΟ. Καὶ μήν, ὦ Σώκρατες, ἐμοί τε εἰπεῖν καὶ σοὶ ἀκοῦσαι πάνυ ἄξιον, οἵῳ ὑμῖν τῶν πολιτῶν μειρακίῳ ἐντετύχηκα. καὶ εἰ μὲν ἦν καλός, ἐφοβούμην ἂν σφόδρα λέγειν, μὴ καί τῳ δόξω ἐν ἐπιθυ-

σοὶ δὴ οὐκ ὀλίγιστοι πλ.] δὴ Bodl. Coisl. Vat. Ven. *ΑΠΣ*, Par. *Y*. Par. BCEH. Zitt. Flor. a. b. c. i. Vett. editt. σοὶ δὲ οὐκ ὀλ. In Flor. i. scriptum ὀλίγοστοι, et in Par. FH. ὀλιγοστοί,

posuit Morus ad Isocrat. Panegyr. c. 1. p. 11. ed. Baiting. Hinc in Menexen. p. 234. A. παιδεύσεως καὶ φιλοσοφίας ἐπὶ τέλει ἡγεῖ εἶναι; De elliptico νῦν δέ sequente γάρ dictum ad Apolog. Socrat. p. 38. E. Euthyphr. 11. C. conf. Heusd. Specim. Crit. p. 7sqq. Thiersch. Specim. Edit. Symp. p. 35. sqq.

τίνες ἡμῖν — ἐπίδοξοι —] quinam nostrorum faciant spem fore, ut existant laudabiles. Nam ἐπίδοξος apud posterioris tantum Graecitatis scriptores de glorioso et illustri, apud Atticos autem de eo, qui spem aliquam commovet, usurpari solet. v. Ammonius p. 53. Herodian. apud Pierson. ad Moer. p. 471. Thom. Mag. i. v. Phrynichus p. 132. ibique Lobeck.

ἄξιος γὰρ τά τε ἄλλα] Int. εἶ, de qua ellipsi conf. Protagor. p. 351. E. δίκαιος ἔφη, σὺ ἡγεῖσθαι· σὺ γὰρ καὶ κατάρχεις τοῦ λόγου. Gorg. p. 487. D. ὅτι οἷος παῤῥησιάζεσθαι. v. Schaefer. ad Lamb. Bos. p. 664 sq. et ad Gregor. Corinth. p. 152 sq. Hac secundae verbi personae omissione offensus olim Heindorfius εἰ post ἕνεκα excidisse ratus est.

E. οἵῳ ὑμῖν τῶν πολιτῶν μ.] Stephanus invitis libris ἡμῖν. Non videmus causam idoneam. Loquitur enim Theodorus sic, ut Athenienses respiciat, sicut antea ipse Socrates, τίνες ἡμῖν τῶν νέων. Dativi usus, hodie pervulgatus, de quo v. Astius ad Legg. p. 9. Heindorf. ad h. l. et ad Sophist. p. 272. Hermann. ad Pindari Olymp. I. v. 91. al. Similiter atque h. l. Thucydides I. 70. (δοκεῖτε) οὐδ' ἐκλογίσασθαι, πρὸς οἵους ὑμῖν Ἀθηναίους ὄντας — ὁ ἀγὼν ἔσται. — Mox ἐν ἐπιθυμίᾳ αὐτοῦ εἶναι i. q. ἐρᾶν αὐτοῦ.

μίᾳ αὐτοῦ εἶναι· νῦν δέ, καὶ μή μου ἄχθου, οὐκ ἔστι καλός, προσέοικε δὲ σοὶ τήν τε σιμότητα καὶ τὸ ἔξω τῶν ὀμμάτων· ἧττον δὲ ἢ σὺ ταῦτ' ἔχει.
144 ἀδεῶς δὴ λέγω. εὖ γὰρ ἴσθι, ὅτι ὧν δὴ πώποτε ἐνέτυχον — καὶ πάνυ πολλοῖς πεπλησίακα — οὐδένα πω ἠσθόμην οὕτω θαυμαστῶς εὖ πεφυκότα. τὸ γὰρ εὐμαθῆ ὄντα, ὡς ἄλλῳ χαλεπόν, πρᾷον αὖ εἶναι διαφερόντως, καὶ ἐπὶ τούτοις ἀνδρεῖον παρ'

P. 144. πρᾷον αὖ εἶναι] αὖ om. Coisl. Ven. ΑΞΣ. Vind. Par. FH. Zitt. Flor. b. i.

νῦν δέ, καὶ μή μοι ἄχθου, οὐκ ἔστ. κ.] Cohaerent aptissime haec: νῦν δὲ οὐκ ἔστι, quae opposita sunt praegresso, εἰ μὲν ἦν καλός. Criton. p. 44. E. καὶ καλῶς ἂν εἶχε· νῦν δὲ οὐδέτερα οἷοί τε. Alcibiad. II. p. 142. B. εἶχεν ἄν τινα λόγον· νῦν δὲ καὶ πολὺ τοὐναντίον. Plura dabit Hermann. ad Lucian: De Hist. Scrib. p. 226. Itaque liquidum est per parenthesin interpositum esse καὶ μή μοι ἄχθου, ut frustra locum sanissimum tentaverit Heusdius Specim. Crit. p. 10. qui scribendum putavit: νῦν δέ· οὐ γάρ ἐστι καλός — ἀδεῶς δὴ λέγω, καὶ μή μοι ἄχθου· εὖ γὰρ ἴσθι. Imo vero καὶ μή μοι ἄχθου Theodorus interponit deprecandae invidiae gratia, quoniam Theaetetum arbitratur non pulcrum esse utpote Socrati similem. De Socratis facie vide quos laudavimus ad Sympos. p. 215. A.

P. 144. τὸ γὰρ εὐμαθῆ ὄντα —] Locus sanissimus, etsi fortasse ἄλλῳ in ἄλλως, alias, mutaveris, quae est egregia Astii coniectura. Nam post τὸ γὰρ εὐμαθῆ — παρ' ὁντινοῦν per anacoluthiam quandam deinceps infertur ἐγὼ μὲν οὖν ἂν ᾠόμην γενέσθαι κ. τ. λ., ut illa per se seorsum ponantur. Cuiusmodi constructionem notavimus ad Remp. I. p. 331. B. Parmenid. p. 128. B., notavit item ad h. l. Heindorfius. Illud ὡς ἄλλῳ χαλεπὸν autem per breviloquentiam explicandum, ut sit idem quod ὡς ἄλλῳ χαλεπός ἐστι, in quo erravit Heindorfius iuxta cum aliis. Sensus verborum igitur hic est: Docilem enim aliquem, sicuti aliis (s. alias) difficilis solet esse istiusmodi homo, insigniter contra facilem esse ac praeterea generosum fortemque praeter ceteros omnes talem ego hominem nec fuisse putarem nec vulgo existere solere video. De ἂν ᾠόμην v. Matthiae Gr. §. 599 2. b. coll. §. 504. Illud παρ' ὁντινοῦν est magis quam quivis alius. Lachet. p. 183. D. οὗτον δ', ὡς ἔοικε, παρὰ τοὺς ἄλλους — δεδυστυχήκασιν. Ion. p. 539. E. ἃ τῷ ῥαψῳδῷ προσήκει καὶ σκοπεῖσθαι καὶ διακρίνειν παρὰ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους. Theag. p. 128. B. τοῦτο μέντοι τὸ μάθημα παρ' ὁντινοῦν ποιοῦμαι δεινὸς εἶναι. Dein quod ὀξεῖς, ἀγχίνοι et μνήμονες iunguntur,

ὀντινοῦν, ἐγὼ μὲν οὔτ' ἂν ᾠόμην γενέσθαι οὔτε ὁρῶ γιγνομένους· ἀλλ' οἵ τε ὀξεῖς ὥσπερ οὗτος καὶ ἀγχῖνοι καὶ μνήμονες ὡς τὰ πολλὰ καὶ πρὸς τὰς ὀργὰς ὀξύρροποί εἰσι, καὶ ἅττοντες φέρονται ὥσπερ τὰ ἀνερμάτιστα πλοῖα, καὶ μανικώτεροι ἢ ἀνδρειότεροι φύονται, οἵ τε αὖ ἐμβριθέστεροι νωθροί πως ἀπαντῶσι πρὸς τὰς μαθήσεις καὶ λήθης γέμοντες. ὁ δὲ οὕτω λείως τε καὶ ἀπταίστως καὶ ἀνυσίμως ἔρχε- B

ἀγχῖνοί καὶ μνήμονες] V. ἀγχινοι, quod ex Coisl. et Vat. mutatum.

audias Anonymum De vita Pythagorae p. 64. ed. Kiessl. τρία μέρη εὐμαθίας· ἀγχίνοια, μνήμη, ὀξύτης. μνήμη μὲν οὖν ἐστι τήρησις ὧν ἔμαθέ τις, ὀξύτης δὲ ἡ ταχύτης τῆς διανοίας, ἀγχίνοια δὲ τὸ ἐξ ὧν ἔμαθέ τις ἃ μὴ ἔμαθε θηρεύειν. Charmid. p. 160. A. ἡ δὲ ἀγχίνοια οὐχὶ ὀξύτης τίς ἐστι τῆς ψυχῆς; Tria illa philosophus coniunxit etiam De Republ. VI. p. 503. C. quo loco item monet homines cogitandi celeritate insignes ingenii impetum non facile posse compescere, adeoque ad superbiam esse procliviores.

ἅττοντες φέρονται ὥσπερ τὰ ἀν. πλ.] De formis ἄΐσσω, ἄᾶσσω, ἄσσω, ἅττω multi multa scripsere, quae si cui cognoscere volupe fuerit, is adeat Hemsterhus. ad Arist. Plut. p. 251. Pierson. ad Moer. p. 301. Valckenaer. ad Phoeniss. v. 1388. ad Hippolyt. v. 1352. Markland. ad Eur. Supplic. v. 962. Porson. ad Hecub. v. 31. Boisson. ad Philostr. Her. p. 302. 456. 600. Ceterum conf. ann. ad Alcib. I. p. 118. B. Locum hunc Platonis a multis imitatione expressum esse docuerunt viri docti ad Longinum p. 229 sq. ed. Weisk. ad verbum exscripsit Themistius Or. I. 18. ed. Dindorf. De duplici comparativo μανικώτεροι ἢ ἀνδρειότεροι conf. Matthiae Gr. §. 456. De Latinis v. Ruddimannum Institutt. Gram. II. p. 103. Interpreteris: non tam fortes sunt quam furiosi ac vehementes. Rationem et causam huius usus in attractionis vi et efficacia quaerendam esse vix est quod moneamus.

B. οἵ τε αὖ ἐμβριθέστεροι] Intelliguntur graves et constantes, id quod ex oppositione intelligitur. Alias sunt tardi. Dein πως ne quis moleste ferat aut mutatum esse, interpretanda est vocula nescio quomodo, nescio qua de causa. v. Reisig. et Wunder. ad Sophocl. Oed. Col. v. 1151. Praeclara vero imago est, qua Theaetetus dicitur tam levi quasi, tamque aequabili gressu ad propositum sapientiae finem pergere, ut similis sit hoc nomine oleo tacito continuoque motu sine strepitu labenti. Elegantiam loci vehementer placuisse posterioris aetatis scriptoribus, ex imitationis exemplis videre licet, quae notavit Ruhnkenius ad Lon-

ται ἐπὶ τὰς μαθήσεις τε καὶ ζητήσεις μετὰ πολλῆς πραότητος, οἷον ἐλαίου ῥεῦμα ἀψοφητὶ ῥέοντος, ὥρτε θαυμάσαι τὸ τηλικοῦτον ὄντα οὕτω ταῦτα διαπράττεσθαι.

ΣΩ. Εὖ ἀγγέλλεις. τίνος δὲ καὶ ἐστι τῶν πολιτῶν;

ΘΕΟ. Ἀκήκοα μὲν τοὔνομα, μνημονεύω δὲ οὔ. C *ἀλλὰ γάρ ἐστι τῶνδε τῶν προσιόντων ὁ ἐν τῷ μέσῳ. ἄρτι γὰρ ἐν τῷ ἔξω δρόμῳ ἠλείφοντο ἑταῖροί τέ τινες οὗτοι αὐτοῦ καὶ αὐτός, νῦν δέ μοι δοκοῦσιν ἀλειψάμενοι δεῦρο ἰέναι. ἀλλὰ σκόπει, εἰ γιγνώσκεις αὐτόν.*

ΣΩ. Γιγνώσκω· ὁ τοῦ Σουνιέως Εὐθρονίου ἐστί, καὶ πάνυ γε, ὦ φίλε, ἀνδρὸς οἷον καὶ σὺ τοῦτον διηγεῖ, καὶ ἄλλως εὐδοκίμου, καὶ μέντοι καὶ οὐσίαν μάλα πολλὴν κατέλιπε. τὸ δ' ὄνομα οὐκ οἶδα τοῦ μειρακίου.

D *ΘΕΟ. Θεαίτητος, ὦ Σώκρατες, τό γε ὄνομα· τὴν μέντοι οὐσίαν δοκοῦσί μοι ἐπίτροποί τινες διε-*

B. *μετὰ πολλῆς πραότητος*] V. *πολλῆς τῆς πρ.* Articulum fere solus Ven. Ξ. tuetur.

C. *ἄλλως εὐδοκίμου*] Bodl. Ven. *Π.* pr. et Vat. *εὐδόκιμον.*

gin. l. c., quaeque hoc certe habent utilitatis, ut vanas de receptae scripturae veritate dubitationes omnes tollant funditus. Illud *ἀνυσίμως* ut penitus intelligatur, recordandum est *ἀνύειν* sive *ἀνύτειν* saepenumero a Graecis usurpari sic, ut suppresso nomine *ὁδόν* pervenire significet: de quo usu loquendi v. Hermann. ad Sophocl. El. v. 1344. Wunder. ad Oedip. Col. v. 1546. Lobeck. ad Aiac. v. 606. Itaque *ἀνυσίμως* est: sicut iter conficiatur felici successu; nos dicimus: fortschreitend. — Ad *ὥρτε θαυμάσαι* intell. subiectum indefinitum *τινά*, quam in rem Heindorfius apte comparat Aristoph. Plut. v. 810. *τὰ σκευάρια πλήρη ἐστίν, ὥρτε θαυμάσαι*; Quanquam si rem ad vivum resecueris, ne intelligendum quidem putabis *τινα*, quum indefiniti subiecti significatio in ipso Infinitivo aliunde pendente contineatur. v. ad Gorg. p. 456. D. Remp. p. 591. al. Mox de *εὖ ἀγγέλλεις* conf. De Rep. IV. p. 432. D. *εὖ ἀγέλλεις, ἢ δ' ὅς.* Hipp. Mai. p. 299. B. *καλῶς δὴ λέγετε.* — *Τίνος δὲ καὶ ἐστι,*

φθαρκέναι. ἀλλ' ὅμως καὶ πρὸς τὴν τῶν χρημάτων ἐλευθεριότητα θαυμαστός, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Γεννικὸν λέγεις τὸν ἄνδρα. καί μοι κέλευε αὐτὸν ἐνθάδε παρακαθίζεσθαι.

ΘΕΟ. Ἔσται ταῦτα. Θεαίτητε, δεῦρο παρὰ Σωκράτη.

ΣΩ. Πάνυ μὲν οὖν, ὦ Θεαίτητε, ἵνα κἀγὼ ἐμαυτὸν ἀνασκέψωμαι, ποῖόν τι ἔχω τὸ πρόσωπον. φησὶ γὰρ Θεόδωρος ἔχειν με σοὶ ὅμοιον. ἅτερ εἰ E νῷν ἐχόντοιν ἑκατέρου λύραν ἔφη αὐτὰς ἁρμόσθαι ὁμοίως, πότερον εὐθὺς ἂν ἐπιστεύομεν ἢ ἐπεσκεψάμεθ' ἄν, εἰ μουσικὸς ὢν λέγει;

ΘΕΑΙ. Ἐπεσκεψάμεθ' ἄν.

ΣΩ. Οὐκοῦν τοιοῦτον μὲν εὑρόντες ἐπειθόμεθ' ἄν, ἄμουσον δέ, ἠπιστοῦμεν;

ΘΕΑΙ. Ἀληθῆ.

ΣΩ. Νῦν δέ γ' οἶμαι, εἴ τι μέλει ἡμῖν τῆς τῶν προσώπων ὁμοιότητος, σκεπτέον, εἰ γραφικὸς ὢν λέ- 145
γει ἢ οὔ.

ΘΕΑΙ. Δοκεῖ μοι.

D. *Γεννικὸν λέγεις*] V. *Γενικόν*, praeter fidem codicum. Dein Ven. *A. παρακαθέζεσθαι*, et Par. F. corr. *Σωκράτην*.

sed cuiusnam *tandem* est? C. *ἆρτι γὰρ ἐν τῷ ἔξω δρόμῳ*] Vides colloquium habitum fingi in gymnasio aliquo. Eadem scena est sermonis in Charmide aliisque Platonis libris. De Socrate in eiusmodi locis versari solito v. ad Charmid. p. 153. A. B. Euthyphr. p. 2. A. Ingrediuntur igitur adolescentes palaestram posteaquam foras in porticu eam circumdata, ubi fortasse erat *ἀλειπτήριον*, corpus unxerunt, quippe et ipsi cum aliis iuvenibus certaturi. Nam palaestras fuisse porticibus circumdatas vel ex Vitruvio cognoscas Architect. V. 11. conf. Mercurial. Gymn. I. 9. *Δρόμοι* vero non tantum curricula sunt, verum etiam ambulacra et porticus, de qua re v. Ruhnken. ad Tim. p. 89.

E. *εἰ νῷν ἐχόντοιν ἑκατέρου λύραν*] In his ne quis *ἑχοντος* requirat, tenendum est *ἑκατέρου* per appositionem adiungi vocibus *νῷν ἐχόντοιν*. De aoristo *ἐπεσκεψάμεθ' ἄν* post imperfectum usurpato v. ad Menon. p. 72. B. Dein pro *λέγει* Heindorfius de coniectura scripsit *λέγοι*. Sed recte vul-

ΣΩ. Ἦ οὖν ζωγραφικὸς Θεόδωρος;

ΘΕΑΙ. Οὐχ, ὅσον γέ με εἰδέναι.

ΣΩ. Ἆρ' οὐδὲ γεωμετρικός;

ΘΕΑΙ. Πάντως δήπου, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Ἦ καὶ ἀστρονομικὸς καὶ λογιστικός τε καὶ μουσικὸς καὶ ὅσα παιδείας ἔχεται;

ΘΕΑΙ. Ἔμοιγε δοκεῖ.

ΣΩ. Εἰ μὲν ἄρα ἡμᾶς τοῦ σώματός τι ὁμοίους φησὶν εἶναι ἐπαινῶν πῃ ἢ ψέγων, οὐ πάνυ αὐτῷ ἄξιον τὸν νοῦν προσέχειν.

ΘΕΑΙ. Ἴσως οὔ.

B ΣΩ. Τί δ' εἰ ποτέρου τὴν ψυχὴν ἐπαινοῖ πρὸς ἀρετήν τε καὶ σοφίαν; ἆρ' οὐκ ἄξιον τῷ μὲν ἀκούσαντι προθυμεῖσθαι ἀνασκέψασθαι τὸν ἐπαινεθέντα, τῷ δὲ προθύμως ἑαυτὸν ἐπιδεικνύναι;

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν, ὦ Σώκρατες.

P. 145. ὅσον γέ μὲ εἰδέναι] Bekkerus γ' ἐμέ ex Par. BC. restituit. sed. v. infra.

ὁμοίους φησὶν εἶναι] Sic Bodl. Vat. Ven. Π. Editt. omnes

gatum defendit Dissen. Disquisitt. philolog. I. p. 13. conf. Matthiae Gr. §. 507. 3. coll. §. 529.

P. 145. Οὐχ, ὅσον γέ με εἰδέναι] Sic Aristoph. Nubb. v. 1264. οὐχ, ὅσον γέ μ' εἰδέναι. Sed pronomine cum vi posito Lucian. Tim. 52. ὅσα γε καὶ ἡμᾶς εἰδέναι. Id. Iov. Trag. 10. οὐχ, ὅσα γε κἀμέ ὁρᾶν. Aristoph. Eccles. v. 150. ὅ τι κἀμ' εἰδέναι. — καὶ ὅσα παιδείας ἔχεται, et quae cum eruditione coniuncta sunt, ut Reip. I. p. 329. A. III. 389. E. Politic. p. 289. A. al. Mox πότερος est alteruter, de quo usu v. ad Charmid. p. 171. B.

B. ἆρ' οὐκ ἄξιον τῷ μὲν ἀκ.] Intell. ἐστίν. Neque enim cum Astio scribendum putamus ἆρ' οὐκ ἂν ἄξιον, quum post optativum etiam alibi indicativus inferatur. Quod qua lege et condicione ita fiat, explicare conati sunt Matthiae Gr. §. 524. ann. 3. Rost. Gr. §. 121. B. — τῷ δέ sc. τῷ ἐπαινεθέντι.

Ὥρα τοίνυν, ὦ φίλε Θεαίτ.] Eandem prorsus orationis formam habes Apolog. Socrat. p. 42. A. ἀλλὰ γὰρ ἤδη ὥρα ἀπιέναι, ἐμοὶ μὲν ἀποθανουμένῳ, ὑμῖν δὲ βιωσομένοις. Mox μὴ παίζων ἔλεγεν est num iocabundus dixerit.

C. μὴ ἀναδύου τὰ ὁμολογημένα] Recte Heindorfius: ne retracta quod pepigisti. Sic Euthydem. p. 302. E. οὐκ ἔστι γάρ μοι ἀνάδυσις. Suidas: Ἀναδύομαι· φεύγω, ἀναβάλλομαι, μεταβουλεύω.

Cap. III. ΣΩ. Ὥρα τοίνυν, ὦ φίλε Θεαίτητε, σοὶ μὲν ἐπιδεικνύναι, ἐμοὶ δὲ σκοπεῖσθαι· ὡς εὖ ἴσθι, ὅτι Θεόδωρος πολλοὺς δὴ πρός με ἐπαινέσας ξένους τε καὶ ἀστοὺς οὐδένα πω ἐπῄνεσεν ὡς σὲ νῦν δή.

ΘΕΑΙ. Εὖ ἂν ἔχοι, ὦ Σώκρατες· ἀλλ' ὅρα μὴ παίζων ἔλεγεν. c

ΣΩ. Οὐχ οὗτος ὁ τρόπος Θεοδώρου. ἀλλὰ μὴ ἀναδύου τὰ ὁμολογημένα σκηπτόμενος παίζοντα λέγειν τόνδε, ἵνα μὴ καὶ ἀναγκασθῇ μαρτυρεῖν· πάντως γὰρ οὐδεὶς ἐπισκήψει αὐτῷ. ἀλλὰ θαῤῥῶν ἔμμενε τῇ ὁμολογίᾳ.

ΘΕΑΙ. Ἀλλὰ χρὴ ταῦτα ποιεῖν, εἰ σοὶ δοκεῖ.

ΣΩ. Λέγε δή μοι· μανθάνεις που παρὰ Θεοδώρου γεωμετρίας ἅττα;

ΘΕΑΙ. Ἔγωγε.

φησιν ὁμοίους.' Mox Par. CH. ὁποτέρου.

B. Πάνυ μὲν οὖν] οὖν om. Steph.

πάντως γὰρ οὐδεὶς ἐπισκήψει αὐτῷ] nemo eum falsi testimonii accusabit. Nam id repetendum ex praegresso μαρτυρεῖν. Expectabas ἐπισκήψεται. Nam ἐπισκήπτειν τινί fere est mandare alicui, fidei alicuius committere; ἐπισκήπτεσθαί τινι autem cum genitivo criminis, veluti τῶν ψευδομαρτυριῶν, dicitur de accusatione, qua quis quasi incumbit alteri. v. Pollux VIII. 36. 118. ibique intpp. Vales. ad Harpocrat v. ἐπεσκήψατο. Ind. Graecit. in Antiphont. T. VII. p. 904 sq. ed. Reisk. Neque tamen quisquam erit adeo temerarius, ut activum verbum invitis libris mutandum arbitretur, siquidem verba activa simili modo etiam alibi intransitive usurpantur, veluti ἀφιέναι, ἐφιέναι, ἐκβάλλειν, et alia, quae etsi disparis generis sunt, tamen non ita sunt dissimilia, ut cum ἐπισκήπτειν comparari omnino non possint. v. Lobeck. ad Aiac. v. 250. p. 188 sqq. ed. 2. Atque istud ipsum ἐπισκῆψαι active sic posuit Aeschines adv. Timarch. p. 142. ed. Reisk. cuius loci etiam Heindorfius meminit: ᾗ οὐδὲ ψευδομαρτυριῶν θέμις ἐστὶν ἐπισκῆψαι, ubi Reiskius ἐπισκήψασθαι dedit, probante etiam Bremio; qui tamen, si huius loci fuisset memor, haud dubie aliter fuit de hac re iudicaturus. Grammaticus Bekker. I. p. 139. Ἐπισκήπτω: παραγγέλλω, δοτικῇ. Λίωνος τρίτον βιβλίον· „ὥσπερ καὶ Ῥωμύλος ἡμῖν ἐπέσκηψεν:" ἐπὶ δὲ τοῦ παρακαλεῖν πρὸς αἰτιατικήν. Ἀππιανὸς τρίτῳ Αἰγυπτιακῶν· „ἐπι-

D ΣΩ. Καὶ τῶν περὶ ἀστρονομίαν τε καὶ ἁρμονίας καὶ λογισμούς;

ΘΕΑΙ. Προθυμοῦμαί γε δή.

ΣΩ. Καὶ γὰρ ἐγώ, ὦ παῖ, παρά γε τούτου καὶ παρ' ἄλλων, οὓς ἂν οἴωμαι τι τούτων ἐπαΐειν. ἀλλ' ὅμως τὰ μὲν ἄλλα ἔχω περὶ αὐτὰ μετρίως, σμικρὸν δέ τι ἀπορῶ, ὃ μετὰ σοῦ τε καὶ τῶνδε σκεπτέον. καί μοι λέγε· ἆρ' οὐ τὸ μανθάνειν ἐστὶ τὸ σοφώτερον γίγνεσθαι περὶ ὃ μανθάνει τις;

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΣΩ. Σοφίᾳ δέ γ' οἶμαι σοφοὶ οἱ σοφοί.

ΘΕΑΙ. Ναί.

E ΣΩ. Τοῦτο δὲ μῶν διαφέρει τι ἐπιστήμης;

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον;

ΣΩ. Ἡ σοφία, ᾗ οὐχ ἅπερ ἐπιστήμονες, ταῦτα καὶ σοφοί;

D. παρά γε τούτου] Bekkerus Ficino auctore scripsit τε; sed vide infra.

E. ἐπιστήμη καὶ σοφία] Sic Bodl. Vat. Ven. *II*. Sed vett. editt. inverso ordine σοφία καὶ ἐπιστήμη.

σκήπτω σὲ τῆς ἀξιώσεως." Ceterum mireris Astium coniectantem: ἐπισκήψει αὐτῷ ψευδομαρτυριῶν. Quasi vero hoc non sponte intelligatur, quum praecedant haec: ἵνα μὴ καὶ ἀναγκασθῇ μαρτυρεῖν.

D. παρά γε τούτου, καὶ παρ' ἄλλων —] Heindorfius, Bekkerus, Astius sine codicum suffragiis παρά τε τούτου scripserunt. Quod factum nollem. Commemorat enim Socrates primum Theodorum cum insignis laudis significatione. Tum addit etiam alios, qui easdem artes teneant, ita quidem, ut se ne ab his quidem significet discere dedignaturum esse. Ego quoque, inquit, ab hoc quidem certe (doctore tam praeclaro) lubenter didicerim, atque etiam ab aliis, quos existimem etc. Minus igitur elegans est istud παρά τε τούτου. Mox de ἀπορεῖν cum accusativo consociato v. ad Euthydem. p. 301. B. Phaedon. p. 84. C. et 85. A. B. Frustra Heindorfius legendum coniecit σμικρόν δ' ἔτι.

E. ἅπερ ἐπιστήμονες, ταῦτα καὶ σοφοί] Int. ἐσμέν. De qua ellipsi v. ad Remp. VI. 499. D. Paullo post Astius legendum proposuit λαβεῖν ἱκανῶς παρ' ἐμαυτοῦ. Sed λαβεῖν τι παρ' ἑαυτῷ est animo aliquid comprehendere et intelligere, quod alibi etiam dicitur λόγῳ vel νῷ τι λαβεῖν. Phileb. p. 50. C. ἆρ' οὐ πίστεως χάριν, ὅτι τήν γε ἐν τοῖς φόβοις καὶ ἔρωσι καὶ τοῖς ἄλλοις ῥᾴδιον κρᾶσιν ἐπιδεῖξαι, λαβόντα δὲ τοῦτο παρὰ σαυτῷ

ΘΕΑΙ. Τί μήν;

ΣΩ. Ταὐτὸν ἄρα ἐπιστήμη καὶ σοφία;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Τοῦτ' αὐτὸ τοίνυν ἐστὶν ὃ ἀπορῶ καὶ οὐ δύναμαι λαβεῖν ἱκανῶς παρ' ἐμαυτῷ, ἐπιστήμη ὅ τί ποτε τυγχάνει ὄν. ἆρ' οὖν δὴ ἔχομεν λέγειν αὐτό; τί φατέ; τίς ἂν ἡμῶν πρῶτος εἴποι; ὁ δὲ ἁμαρτών, καὶ ὃς ἂν ἀεὶ ἁμαρτάνῃ, καθεδεῖται, ὥσπερ φασὶν οἱ παῖδες οἱ σφαιρίζοντες, ὄνος· ὃς δ' ἂν περιγένηται ἀναμάρτητος, βασιλεύσει ἡμῶν καὶ ἐπιτάξει ὅ τι ἂν βούληται ἀποκρίνεσθαι. Τί σιγᾶτε; οὔ τί που, ὦ Θεόδωρε, ἐγὼ ὑπὸ φιλολογίας ἀγροικίζομαι, προθυμούμενος ἡμᾶς ποιῆσαι διαλέγεσθαι καὶ φίλους τε καὶ προσηγόρους ἀλλήλοις γίγνεσθαι; 146

P. 146. οἱ παῖδες οἱ σφαιρίζοντες] Alterum οἱ om. Ven. *A*.

ἡμᾶς ποιῆσαι διαλ.] V. ὑμᾶς, quod mutatum e Bodl. Vat. Ven. *II*. Dein Steph. coni. εὐπροσηγόρους.

ἀφεῖναί με κ. τ. λ. h. e. hoc autem intellecto dimissurum esse me etc.

P. 146. τίς ἂν ἡμῶν πρῶτος εἴποι] Speciosa sane primo adspectu coniectura est Schleiermacheri ὑμῶν legendum putantis. Sed re diligentius pensitata facile reperies, magnam in hoc ἡμῶν inesse elegantiam atque urbanitatem. Socrates enim quo magis interlocutores ad respondendum excitet, se quoque cum iis communiter rem indagaturum esse simulat. Neque in codd. ὑμῶν repertum est.

ὥσπερ φασὶν οἱ παῖδες οἱ σφαιρίζοντες] Schol. Ὄνος κάθου, ἐπὶ τῶν πράγματι (τινι) ἡττωμένων. εἴρηται δὲ ἀπὸ τῶν παίδων τῶν σφαιριζόντων καὶ τὸν νικηθέντα εἰς ὄνον καθιζόντων. Plura dabunt Eustathius ad Odyss. p. 1601. v. 40 sqq. ed. Rom. = p. 304. ed. Lips. et Pollux IX. 106. ubi v. intpp. Ante σφαιρίζοντες aliquis dubitet num οἱ articulus abiiciendus sit. Sed repetito articulo locum habet appositio, quae fit discriminandi causa, hoc sensu: pueri, nimirum ii qui pilo ludunt, non, ut vos, cum aliis disserunt.

οὔ τί που, ὦ Θεόδωρε, ἐγὼ ὑπὸ φ.] De his particulis v. ad Sympos. p. 194. B. Dein ἡμᾶς ποιῆσαι pro ὑμᾶς ποιῆσαι optimi praebuerunt codices. Enimvero Socrates cur Theodorum atque Theaetetum ceterosque qui taciti adesse fingantur inter se familiares reddere cuperet, nulla profecto causa

B ΘΕΟ. Ἥκιστα μέν, ὦ Σώκρατες, τὸ τοιοῦτον ἂν εἴη ἄγροικον, ἀλλὰ τῶν μειρακίων τι κέλευέ σοι ἀποκρίνεσθαι. ἐγὼ μὲν γὰρ ἀήθης τῆς τοιαύτης διαλέκτου, καὶ οὐδ' αὖ συνεθίζεσθαι ἡλικίαν ἔχω· τοῖσδε δὲ πρέποι τε ἂν τοῦτο καὶ πολὺ πλεῖον ἐπιδιδοῖεν· τῷ γὰρ ὄντι ἡ νεότης εἰς πᾶν ἐπίδοσιν ἔχει. ἀλλ', ὥςπερ ἤρξω, μὴ ἀφίεσό τοῦ Θεαιτήτου, ἀλλ' ἐρώτα.

ΣΩ. Ἀκούεις δή, ὦ Θεαίτητε, ἃ λέγει Θεόδωρος, ᾧ ἀπιστεῖν, ὡς ἐγὼ οἶμαι, οὔτε σὺ ἐθελήσεις, C οὔτε θέμις περὶ τὰ τοιαῦτα ἀνδρὶ σοφῷ ἐπιτάττοντι νεώτερον ἀπειθεῖν. ἀλλ' εὖ καὶ γενναίως εἰπέ· τί σοι δοκεῖ εἶναι ἐπιστήμη;

B. Ἥκιστα μέν] μέν add. Bodl. Vat. Ven. ΞΠΣ. Vindob. Zittav.

μειρακίων τι κέλευε] V. τινα, quod propter auctoritatem Bodl. Vat. Ven. Λ. Vind. Par. FH. Zitt. Flor. b. i. et pr. Coisl. Ven. ΠΣ. Par. B. in τι mutavimus. Dein vulgo ἀποκρίνασθαι. Praesens tuentur codd. omnes.

λέγει Θεόδωρος] V. ὁ Θεόδωρος; articulum fere solus Ven. Ξ. tuetur.

erat, quandoquidem Theodorus magister fuit Theaeteti, ceteri iuvenes autem ipsius sodales. Sed semet ipsum optabat vel maxime cum iis sermones miscere posse, praesertim quum p. 145. D. dixisset sua potissimum causa de scientiae natura disputationem instituendam esse. Veram rationem perspexit Heindorfius, qui de coniectura volebat ἡμᾶς restituit. Idem vir doctus bene refutat Stephanum εὐπροσηγόρους requirentem. Enimvero vulg. προσηγόρους satis tuentur quae notavit Marklandus ad Tyr. Max. XI. 8. p. 637. = p. 206. ed. Lips.

B. τῶν μειρακίων τι κέλευε] Nisi libri et plurimi et praestabiliores τι perscriptum haberent, tenuissem equidem τινά, quod propter insolentiorem generis discrepantiam in τι mutatum esse videri potest. v. ad Lachet. p. 180. E. coll. Bast. Epist. Crit. p. 282. Nunc tamen codicum lectiones perlustrantibus nobis secus visum est, quandoquidem in aliquot libris τινά ex correctione ortum animadvertimus. — τῆς τοιαύτης διαλέκτου, Socraticae disserendi rationis. Usum vocis διάλεκτος tetigimus ad Symp. p. 203. A. — Ad οὐδ' αὖ συνεθίζεσθαι intell. αὐτῇ.

εἰς πᾶν ἐπίδοσιν ἔχει] Formula ἐπίδοσιν ἔχειν est incrementi esse capacem; crescere et augeri posse. Mox Ἀκούεις δή dicitur

ΘΕΑΙ. *Ἀλλὰ χρή, ὦ Σώκρατες, ἐπειδήπερ ὑμεῖ; κελεύετε. πάντως γάρ, ἄν τι καὶ ἁμάρτω, ἐπανορθώσετε.*

Cap. IV. *ΣΩ.* *Πάνυ μὲν οὖν, ἄν πέρ γε οἷοί τε ὦμεν.*

ΘΕΑΙ. *Δοκεῖ τοίνυν μοι καὶ ἃ παρὰ Θεοδώρου ἄν τις μάθοι ἐπιστῆμαι εἶναι, γεωμετρία τε καὶ ἃς νῦν δὴ σὺ διῆλθες, καὶ αὖ σκυτοτομική τε καὶ αἱ τῶν ἄλλων δημιουργῶν τέχναι, πᾶσαί τε καὶ* D *ἑκάστη τούτων, οὐκ ἄλλο τι ἢ ἐπιστήμη εἶναι.*

ΣΩ. *Γενναίως γε καὶ φιλοδώρως, ὦ φίλε, ἐν αἰτηθεὶς πολλὰ δίδως καὶ ποικίλα ἁνθ' ἁπλοῦ.*

ΘΕΑΙ. *Πῶς τί τοῦτο λέγεις, ὦ Σώκρατες;*

C. *ἄν πέρ γε οἷοί τε ὦμεν*] *γε* vulgo deerat, quod tamen codd. longe plurimi tuentur.

D. *Γενναίως γε καὶ φ.*] Vett. editt. *Γενναίως μοι καὶ φιλ.* Pro *μοι* codd. longe plurimi in iisque optimi *γε* suppeditarunt.

Πῶς τί τοῦτο λ.] Editt. *πῶς; τί τοῦτο λ.* Mox Steph. pro *σκυτικήν* legendum censuit *σκυτοτομικήν*. Sed *σκυτεῖς* et *σκυτοτόμοι* iidem sunt, et *σκυτική* est etiam Politic. p. 274. B.

ut apud oratores post testimonia vel litteras recitatas *ὁρᾶτε, ἀκούετε, συνίετε*, alia similia: in quibus non habet locum interrogatio. Itaque recte Heindorfius hic quoque signum interrogandi sustulit. De *ἀπειστεῖν*, immorigerum esse, v. ad Apol. Socr. p. 29. C.

C. *οὔτε θέμις περὶ τὰ τοιαῦτα* —] Pergere debebat: *οὔτε θέμις ἅτε περὶ τὰ τοιαῦτα σοφῷ ὄντι*. Sed liberius conformans orationem nulla amplius Theodori habita ratione sententiam universe enuntiat ideoque *νεώτερον ἀπειθεῖν* subiungit, ita quidem, ut *ἀπειθεῖν* idem sit quod praegressum *ἀπειστεῖν*. Dein *νὴ καὶ γενναίως* ut *εὖ καὶ ἀνδρείως* infra p. 157. D. et Charmid. p. 160. D. ubi v. annn.

D. *οὐκ ἄλλο τι ἢ ἐπιστήμη εἶναι*] Expectaveras *ἐπιστήμαι εἶναι*. Sed numerus praedicati postremo isti *ἑκάστη* accommodatus est, quae ratio constructionis est pervulgata. Vides vero Theaetetum in scientia definienda eodem modo peccare, quo alibi sophistae eorumque discipuli peccare arguuntur. Nam quum generalis scientiae notio sit indicanda, ille enumerat potius singulas quasdam scientiae partes ac formas; quae, pro rerum scientiae subiectarum varietate, sane innumerae esse possunt. Quod ipsum Socrates urbane et facete reprehendit verbis: *Γενναίως γε καὶ φιλοδώρως κ. τ. λ.*

ΣΩ. Ἴσως μὲν οὐδέν· ὁ μέντοι οἶμαι, φράσω. ὅταν λέγῃς σκυτικήν, μή τι ἄλλο φράζεις ἢ ἐπιστήμην ὑποδημάτων ἐργασίας;

ΘΕΑΙ. Οὐδέν.

Ε ΣΩ. Τί δ' ὅταν τεκτονικήν; μή τι ἄλλο ἢ ἐπιστήμην τῆς τῶν ξυλίνων σκευῶν ἐργασίας;

ΘΕΑΙ. Οὐδὲ τοῦτο.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἐν ἀμφοῖν, οὗ ἑκατέρα ἐπιστήμη, τοῦτο ὁρίζεις;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Τὸ δέ γε ἐπερωτηθέν, ὦ Θεαίτητε, οὐ τοῦτο ἦν, τίνων ἡ ἐπιστήμη, οὐδὲ ὁπόσαι τινές. οὐ γὰρ ἀριθμῆσαι αὐτὰς βουλόμενοι ἠρόμεθα, ἀλλὰ γνῶναι ἐπιστήμην αὐτὸ ὅ τί ποτ' ἐστίν. ἢ οὐδὲν λέγω;

E. *Τὸ δέ γε ἐπερωτηθέν*] *γε* additum nuper est ex Coisl. Par. F. Flor. a. b. c. t. et marg. Par. B.

P. 147. *ὅ τῶν ἱπνοπλαθῶν καὶ π.*] V. *κορυπλάθων*. Sed *ἱπνοπλαθῶν* vel *ἱπνοπλάθων* Bodl. Coisl. Vat. Ven. *ΑΞΠΣ*. Vind. Par. BCEFH. Zitt. Flor. a. b. c. i. quorum tamen nonnulli *κορυπλάθων* in marg. adscriptum habent. Ald. Bas. 1. *κορυπλάσθων*.

Conferas similem locum Menon. p. 72. A. De *Πῶς τί τοῦτο λέγεις* v. ad. Hipp. mai. p. 297. E. Alcib. I. p. 132. E. ubi quod diximus subinde etiam *τί πῶς* usurpari, causam rei cognoscas ex talibus locis, qualis est Soph. el. Oed. Col. v. 1099. *τί φῄς; πῶς εἶπας;* Respondetur vero *Οὐδέν*; quia maxime ratio habetur verborum *τί τοῦτο λέγεις*. Mox ad *ὃ μέντοι οἶμαι* intell. *λέγειν*, hoc sensu: quod vero mihi videor dicere. Errant enim si qui accusativum ex *οἶμαι* suspensum esse opinantur.

E. *Οὐδὲ τοῦτο*] Int. *ἄλλο τι λέγω*, ut recte vidit Heindorf. Paullo post quod post *τίνων* deinde *ὁπόσαι* infertur, relativum post interrogativum, multa id genus exempla indicavimus ad Crito. p. 48. A. — *ἐπιστήμην αὐτὸ ὅ τί ποτ' ἐστίν*, ipsam scientiae vim et naturam. v. ad Sympos. p. 211. C. Phaedon. p. 75. B. D.

P. 147. *εἴ τις ἡμᾶς τῶν φαύλων — εἰ ἀποχρῶν.*] De duplici protasis condicione, quae ita locum habet, ut alterum orationis membrum ex altero pendeat, quaedam notavimus ad Phaedon. p. 67. D. Menon. p. 72. B. 74. B. Pro *ὁ τῶν ἱπνοπλαθῶν* vulgo legebatur *ὁ τῶν κορυπλαθῶν*, quod ex proximis huc translatum arbitramur. Bas. 2. *ἱπνοπλαστῶν*, quod pariter atque *κορυπλάστης* ab Atticistis damnatur, sicuti ex Moeride p. 234. et Thoma p. 552. patet. conf. Ruhnken. ad Tim. p. 149 s. qui Timaeum censet locum sic scriptum reperisse:

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν ὀρθῶς.

*ΣΩ. Σκέψαι δὴ καὶ τόδε. εἴ τις ἡμᾶς τῶν φαύλων τι καὶ προχείρων ἔροιτο, οἷον περὶ πηλοῦ, 147
ὅ τί ποτ' ἐστίν, εἰ ἀποκριναίμεθα αὐτῷ πηλὸς ὁ τῶν χυτρέων καὶ πηλὸς ὁ τῶν ἰπνοπλαθῶν καὶ πηλὸς ὁ τῶν πλινθουργῶν, οὐκ ἂν γελοῖοι εἴμεν;*

ΘΕΑΙ. Ἴσως.

*ΣΩ. Πρῶτον μέν γέ που οἰόμενοι συνιέναι ἐκ τῆς ἡμετέρας ἀποκρίσεως τὸν ἐρωτῶντα, ὅταν εἴπωμεν πηλός, εἴτε ὁ τῶν κοροπλαθῶν προσθέντες εἴτε ἄλλων ὁντινωνοῦν δημιουργῶν. ἢ οἴει, τίς τι συν- Β
ίησί τινος ὄνομα, ὃ μὴ οἶδε τί ἐστιν;*

ΘΕΑΙ. Οὐδαμῶς.

ΣΩ. Οὐδ' ἄρα ἐπιστήμην ὑποδημάτων συνίησιν ὁ ἐπιστήμην μὴ εἰδώς.

Bas. 2. ἰπνοπλαστῶν. v. Moeris et Timaeus in v. κοροπλάθος et ἰπνοπλάθος.

γελοῖοι εἶμεν] Sic Bodl. Vat. pro soloeco ὦμεν. Plurimi libri ἦμεν, quod natum per itacismum ex εἶμεν. Verum iam Heindorfius restituit.

πηλὸς ὁ τῶν χυτρέων καὶ πηλὸς ὁ τῶν ἰπνοπλάθων καὶ πηλὸς ὁ τῶν κοροπλάθων κ. τ. λ. Nimirum grammaticus hic legit ἰπνοπλαθῶν et paullo inferius κοροπλαθῶν: ergo utrumque in Lexicon suum retulit. Quod vero mox τῶν κοροπλαθῶν iniicitur mentio, quum tamen hic ἰπνοπλάθαι cum aliis memorentur, in eo profecto nemo offendet, nisi qui putaverit non licuisse Socrati exemplorum varietate pro arbitrio abuti. De variis πηλουργῶν generibus, figulis, plasticatoribus h. e. fictilium simulacrorum auctoribus, qui hic dicuntur κοροπλάθαι, fornacalium operum fictoribus, conf. Dioscorid. V. 87. Isocrat. Orat. De Antidos. initio. Pollux VII. 103. X. 189. Harpocrat. et Suidas. Apud Harpocrat. haec leguntur: Ἰπνός· μέρος τι τῆς οἰκίας οὕτω καλεῖται, τὸ λεγόμενον παρ' ἡμῖν μαγειρεῖον. ἔστι γοῦν δρᾶμα Φερεκράτους Ἰπνός, ἢ Παγκυγίς, ἐν ᾧ δηλοῦται τοῦτο, ὅτι μέρος ἐστὶ τῆς οἰκίας. λέγεται δὲ κυρίως ἰπνὸς ἡ κάμινος, ὅθεν καὶ ἰπνοπλάθους τινὰς ὀνομάζουσιν.

Πρῶτον μέν γέ που οἰόμενοι] Repetendum ex antecedentibus γελοῖοι ἂν εἶμεν. Ad συνιέναι, quod Heindorfius supplendum censet ὅ τί ποτ' ἐστὶ πηλός s. τὸ τοῦ πηλοῦ ὄνομα, non opus est profecto tali supplemento, quandoquidem obiecti significatio continetur in verbis: ὅταν εἴπωμεν πηλός. De οἴει orationi rectae interposito v. ad Remp. VI. p. 486.

ΘΕΑΙ. Οὐ γάρ.

ΣΩ. Σκυτικὴν ἄρα οὐ συνίησιν ὃς ἂν ἐπιστήμην ἀγνοῇ, οὐδέ τινα ἄλλην τέχνην.

ΘΕΑΙ. Ἔστιν οὕτω.

ΣΩ. Γελοία ἄρα ἡ ἀπόκρισις τῷ ἐρωτηθέντι ἐπιστήμη τί ἐστιν, ὅταν ἀποκρίνηται τέχνης τινὸς C ὄνομα. τινὸς γὰρ ἐπιστήμην ἀποκρίνεται, οὐ τοῦτ' ἐρωτηθείς.

ΘΕΑΙ. Ἔοικεν.

ΣΩ. Ἔπειτά γέ που ξὺν φαύλως καὶ βραχέως

C. VII. p. 530. B. IX. p. 590. C. X. p. 660. C. al.

C. *φαύλως καὶ βραχέως ἀποκρ.*] Non idem est *φαύλως* quod *ἁπλῶς*, sicuti putabat Heindorfius, sed significat potius vulgari levique modo, unde Legg. XI. 929. A. *μὴ φαύλως* et *μὴ ἰδιωτικῶς* coniungitur. Similiter interpretanda sunt quae collegit Ruhnken. ad Tim. Gloss. p. 269 sq. Dein *ἐν τῇ τοῦ πηλοῦ ἐρωτήσει* insolentius dictum pro vulgari, *ἐν τῇ περὶ τοῦ πηλοῦ ἐρωτήσει*. Nec tamen desunt alia genitivi sic cum nominibus obiectivo positi exempla: vide quae collegimus ad Apolog. Socrat. p. 26. B. Quibus inspectis non iam cum Heindorfio *περὶ* excidisse suspicaberis.

γῇ ὑγρῷ φυραθεῖσα] Lobeckius ad Aiac. v. 239. p. 182. ed. 2. „*Εἰκῇ πάντα φύρειν, πάντα φύρων ταὶ σιγχέων*, dici solet, non *φυρᾶν*. v. Aeschyl. Prom. 448. Arist. Ranu. 945. Plat. Phaed. p. 97. B. Legg. XII. 950. A. Phileb. p. 15. B. Themist. Or. XXI. 260. C. M. Anton. III. 16. Aelian. H. A. III. 24. cf. Wyttenbach. ad Plut. T. I. 625. Iacobs Lectt. Stob. p. 88. sed massam aqua aliove liquore imbuere *φυρᾶν*, ut Aeschyl. Sept. 48. Arist. Nubb. 979. Aristot. Probl. XXI. 11. et 16. Themist. Orat. XXXII. 359. D. contraria his locis exempla aut antiquitate auctoris excusantur aut mendi suspicionem afferunt." — *τὸ δὲ ὅτου*, sc. *πηλός ἐστιν*. — *νῦν γε οὕτω*, nunc sic primo adspectu, re nondum accuratius perpensa. v. ad Phaedon. p. 62. A.

ἡμῖν ἐναγχος εἰς ἠλθε διαλεγομένοις] De *εἰςέρχεταί μοι* et *ἐμέ* v. Hermann. ad Lucian. De Hist. Conscr. p. 18. Socrates iste natu minor, qui inter Theaeteti familiares fuit, in Politico interlocutoris partes habet; quod non temere ita a Platone institutum esse vel ex loco Sophist. p. 218. intelligitur.

D. *Περὶ δυνάμεών τε ἡμῖν Θεόδωρος*] *Δυνάμεις* sunt potentiae, quas vocant mathematici, et quidem secundae potentiae s. quadratae, ut Epinom. p. 991. A. Euclid. XIII. 13 sqq Theon. Smyrn. De Music. c. 17 al. Harum potentiarum quum sensissent adolescentuli varias esse atque multiplices rationes, faciendum

ἀποκρίνασθαι περιέρχεται ἀπέραντον ὁδόν. οἷον καὶ ἐν τῇ τυῦ πηλοῦ ἐρωτήσει φαῦλόν που καὶ ἁπλοῦν εἰπεῖν, ὅτι γῇ ὑγρῷ φυραθεῖσα πηλὸς ἂν εἴη, τὸ δ' ὅτου ἓἂν χαίρειν.

Cap. V. *ΘΕΑΙ. Ῥᾴδιον, ὦ Σώκρατες, νῦν γε οὕτω φαίνεται· ἀτὰρ κινδυνεύεις ἐρωτᾶν οἷον καὶ αὐτοῖς ἡμῖν ἔναγχος εἰσῆλθε διαλεγομένοις, ἐμοί τε καὶ τῷ σῷ ὁμωνύμῳ τούτῳ Σωκράτει.* D

ΣΩ. Τὸ ποῖον δή, ὦ Θεαίτητε;

ΘΕΑΙ. Περὶ δυνάμεών τι ἡμῖν Θεόδωρος ὅδε

putarunt, ut eas ad certa quaedam genera revocarent. Quod est *συλλαβεῖν εἰς ἕν*, communi et generali notione comprehendere, *ὅτῳ πάσας ταύτας δυνάμεις προσαγορ.* cui nomen potentiarum istarum omnium tribueremus. De *ὀνομάζειν τί τινι, προσαγορεύειν τί τινι, καλεῖν τί τινι* v. ad Cratyl. p. 383. E. Iam vero omnes illas *δυνάμεις* intellexerunt duplicis esse generis, siquidem *ὅσαι μὲν γραμμαῖ τὸν ἰσόπλευρον καὶ ἐπίπεδον ἀριθμὸν τετραγωνίζουσι*, eas *μήκους* esse definiverunt, *ὅσαι δὲ τὸν ἑτερομήκη*, eas voluerunt proprie esse *δυνάμεις*. Itaque adolescentes *τὸν ἀριθμὸν πάντα διχα διέλαβον*, h. e. in duas dispescuerunt classes omnem numerorum compositorum multitudinem; sic enim *τὸν ἀριθμὸν πάντα* intelligendum. v. ad Phaedon. p. 104. B. Dubitari vero non potest, quin agatur de numeris rationabilibus et irrationabilibus radicum quadratarum. Quorum rationes illustrantur sic, ut nomina e geometria repetantur, sicuti hodie quoque in ea arithmetices parte fieri solet, quae est de numeris quadratis atque cubicis. Quod si tenemus, facillima sane erit huius loci interpretatio. Etenim *ἡ τρίπους* et *πεντέπους δύναμις* est latus quadrati tripedalis et quinquepedalis; quod non est *μήκει σύμμετρον*, h. e. commensurabile, lateri unius pedis. Quod numeris expressum valet hoc: quadrata radix numeri ternarii aut quinarii est irrationalis. Euclides Elem. libri. X. in. *Εὐθεῖαι δυνάμει σύμμετροί εἰσιν, ὅταν τὰ ἀπ' αὐτῶν τετράγωνα τῷ αὐτῷ χωρίῳ μετρῆται.* et paullo post: *Τούτων ὑποκειμένων δείκνυται, ὅτι τῇ προτεθείσῃ εὐθείᾳ ὑπάρχουσιν εὐθεῖαι πλήθει ἄπειροι σύμμετροί τε καὶ ἀσύμμετροι, αἱ μὲν μήκει καὶ δυνάμει αἱ δὲ δυνάμει μόνον.* quae iam Heindorfius opportune comparavit. Itaque adolescentuli excussis variis potentiarum exemplis ipsi intelligere coeperunt duplex earum genus esse discernendum, siquidem alii numeri essent perfecte quadrati, veluti $9 = 3 \cdot 3$. et $4 = 2 \cdot 2$., qui *μήκει* sunt *σύμμετροι*, propterea quod latera eorum habentur aequalia; alii imperfecte quadrati, utpote sola nati potentia, quoniam inaequalibus nascuntur factoribus, ut $12 = 6 \cdot 2$ vel $2 \cdot 6$ et 6, quod efficitur ternario numero bis

ἔγραφε, τῆς τε τριποδος πέρι καὶ πεντέποδος, ἀποφαίνων ὅτι μήκει οὐ ξύμμετροι τῇ ποδιαίᾳ, καὶ οὕ-

sumta, qui non *μήκει*, sed *δυνάμει* tantum inter se conveniunt, ideoque sunt *ἑτερομήκεις*. Theon. Smyrn. p. 40 sqq. ed. Gelder. Res illustrior fiet appositis figuris geometricis.



Sit igitur linea **c** unius pedis; erit quadratum eius **a**. Iam vero ratio numerorum $9 = 3 \cdot 3$ figura declaretur. Itaque lineam pingas **a b**, quae duplo maior sit quam linea **c**, h. e. tripedalis. Super ea describas □ **a b c d**. Ita **a b** erit τὸ *μῆκος* quadrati. Quodsi vero nunc quadratum **a** cum **a b c d** contenderis, illud facile reperies in hoc toties contineri, quoties unitatis numerus numero novenario comprehenditur, speciem autem emergere talem, quae recte *τετράγωνος*, *ἰσόπλευρος* et *ἐπίπεδος* appelletur, quae ipsa nomina Theaetetus rectissime ad numeros transtulit. Atque indidem erit perspicuum, quid significent verba: *τὸν μὲν δυνάμενον ἴσον ἰσάκις γίγνεσθαι* (qui pares habet factores, ut $16 = 4 \cdot 4$, $25 = 5 \cdot 5$, $36 = 6 \cdot 6$.) *τῷ τετραγώνῳ τὸ σχῆμα ἀπεικάσαντες τετράγωνόν τε καὶ ἰσόπλευρον προσείπομεν.* Tales igitur numeri, quum non solum potentia sed etiam latere sint commensurabiles, a pueris secundum *μῆκος* dicuntur esse definiti. Sunt enim perfecte quadrati. Alios autem iidem censuerunt comparandos esse figurae *προμήκει*, h. e. oblongae, quos dixerunt *ἑτερομήκεις*, ab ipsa specie, quam referre viderentur, atque *δυνάμεις*, quia potentia sola, non item laterum longitudine essent commensurabiles. Intelliguntur nimirum numeri, quorum factores sunt inaequales, veluti $12 = 2 \cdot 6$. Quod et ipsum facilius erit intellectu, ubi figuris fuerit illustratum. Utamur ergo exemplo numeri duodenarii, cuius ratio haec sit: $12 = 2 \cdot 6$ vel $6 \cdot 2$.



Ut igitur appareat, quamnam numerus ille figuram ac speciem habeat, res sic instituenda. Primum designetur linea unius pedis, qualis sit **c**. Tum pingatur linea bipedalis **a b**, quae respondeat factori minori 2. Huic tertia adiungatur linea, quae sex pedes habeat, **c d**: eam apertum est respondere factori numeri senarii. Quibus ita praeparatis ex lineis **a b** et **c d** componatur rectangu-

τω κατὰ μίαν ἑκάστην προαιρούμενος μέχρι τῆς ἑπτακαιδεκάποδος· ἐν δὲ ταύτῃ πως ἐνέσχετο. ἡμῖν

lum **a b c d**; *τῇ ποδιαίᾳ* autem lineae **c** adiiciatur quadratum **a**. Iam ubi □ **a** cum rectangulo **a b c d** contenderis, illud utique toties in hoc contineri videbis, quoties unitas inest in numero duodenario: sed figura, quibus haec ratio repraesentatur, non habet laterum aequalitatem, verum oblonga est. Itaque numeri 12 = 2 . 6 non *μήκει*, sed *δυνάμει* tantummodo *σύμμετροι* sunt, atque duodenarius ipse *προμήκης*. Atque ita perspicua fore putamus etiam postrema illa: *ὡς μήκει μὲν οὐ ξυμμέτρους ἐκείναις, τοῖς δ' ἐπιπέδοις ἃ δύναται*, h. e. sed valore planorum. Nam sic *δύνασθαί τι* sensu mathematico accipiendum, ut Reipubl. VIII. p. 546. B. *αὐξήσεις δυνάμεναι — τρεῖς ἀποστήσεις*. Neque etiam multum molestiae facessent verba: *ἀλλ' ἢ πλείων ἐλαττονάκις ἢ ἐλάττων πλεονάκις γίγνεται*, siquidem eorum constructio haec est: *ἀλλ' ὃς γίγνεται (ὡς) πλείων ἐλαττονάκις ἢ (ὡς) ἐλάττων πλεονάκις*, veluti numerus 12, quum oritur ex 2 . 6, nascitur ille ex numero maiore per minorem multiplicato, ac vicissim quum per 6 . 2 efficitur, numerus binarius *πλεονάκις* sumtus duodenarium procreat. Sequuntur verba: *μείζων δὲ καὶ ἐλάττων ἀεὶ πλευρὰ αὐτὸν περιλαμβάνει*, in quibus ante omnia tenendum *αὐτὸν* sic dici, ut a relativa constructione ad demonstrativam transeatur, quandoquidem vulgaris ratio exigebat: *ὃν δὲ μείζων καὶ ἐλάττων ἀεὶ πλευρὰ περιλαμβάνει*. Sed hanc constructionis rationem non esse infrequentem, vel ea docebunt quae adscripsimus ad Phaedon. p. 113. C. Hipp. mai. p. 289. E. Praeterea *πλευρὰν* observandum est ita usurpari, ut factores numerorum intelligantur, quorum alter semper maior, alter minor est: qui quidem numerum dicuntur *περιλαμβάνειν*, eo modo, ut supra in rectangulo **a b c d** conspicuum est. De numeris *πλευρικοῖς* v. Iamblich. in Nicomach. Arithm. p. 128. B. — 130. D. ed. Tennull. Reliqua sunt denique haec: *καὶ τὰ περὶ στερεὰ ἄλλο τοιοῦτον*, quae liquidum est intelligi oportere de numeris cubicis, quorum eadem atque superiorum ratio est. Epinom. p. 990. D. *τοὺς τρὶς ηὐξημένους (ἀριθμοὺς) καὶ τῇ στερεᾷ φύσει ὁμοίους*. Rebus ipsis utcunque explanatis iam tandem superest, ut de singulis verbis, quae aliquam difficultatem habere videantur, nonnihil admoneamus. Itaque primum pro vulg. *τὸ μὲν δυνάμενον* vere correxit Stephanus *τὸν μὲν δυνάμενον*, quod verum esse nunc eo minus dubitari poterit, quod libri manuscripti nuper collati fere uno consensu eam correctionem firmarunt. Fuit tamen qui post *μέν* additum vellet *γάρ*. Sed non haerendum esse in hoc asyndeto abunde demonstrabunt, quae de hoc loquendi genere ad Gorgiam p. 464. B. Remp. V. p. 470. B. Cratyl. p. 439. C. disputavimus. Itaque haec quidem sana sunt et prorsus incorrupta. Gravior dubitatio mota est de verbis *μεταξὺ τούτου, ὧν καὶ τὰ τρία κ. τ. λ.* Etenim Io. Wolfg. Müllerus in libro: Kommentar über zwei dunkle mathemat. Stellen in Platos Schriften (im

οὖν εἰςῆλθέ τι τοιοῦτον, ἐπειδὴ ἄπειροι τὸ πλῆθος
αἱ δυνάμεις ἐφαίνοντο, πειραθῆναι ξυλλαβεῖν εἰς ἕν,
E ὅτῳ πάσας ταύτας προσαγορεύσομεν τὰς δυνάμεις.

ΣΩ. Ἦ καὶ εὕρετέ τι τοιοῦτον;

ΘΕΑΙ. Ἔμοιγε δοκοῦμεν. σκόπει δὲ καὶ σύ.

ΣΩ. Λέγε.

ΘΕΑΙ. Τὸν ἀριθμὸν πάντα δίχα διελάβομεν.
τὸν μὲν δυνάμενον ἴσον ἰσάκις γίγνεσθαι τῷ τετρα-
γώνῳ τὸ σχῆμα ἀπεικάσαντες τετράγωνόν τε καὶ
ἰσόπλευρον προσείπομεν.

ΣΩ. Καὶ εὖ γε.

ΘΕΑΙ. Τὸν τοίνυν μεταξὺ τούτου, ὧν καὶ τὰ
148 τρία καὶ τὰ πέντε καὶ πᾶς ὃς ἀδύνατος ἴσος ἰσά-
κις γενέσθαι, ἀλλ' ἢ πλείων ἐλαττονάκις ἢ ἐλάττων
πλεονάκις γίγνεται, μείζων δὲ καὶ ἐλάττων ἀεὶ πλευ-
ρὰ αὐτὸν περιλαμβάνει, τῷ προμήκει αὖ σχήματι
ἀπεικάσαντες προμήκη ἀριθμὸν ἐκαλέσαμεν.

ΣΩ. Κάλλιστα. ἀλλὰ τί τὸ μετὰ τοῦτο;

ΘΕΑΙ. Ὅσαι μὲν γραμμαὶ τὸν ἰσόπλευρον καὶ

D. προσαγορεύσομεν τὰς δυνάμεις] Sic Bodl. Vat. Ven. ΞΠΣ. Vind. Par. BEFH. Zitt. Flor. c. i. cum Ald. Bas. 1. 2. Sed Steph. προσαγορεύσωμεν. Aliquot libri προσαγορεύομεν vel προσαγορεύσαιμεν.

E. Τὸν μὲν ἀριθμὸν πάντα δ.] V. τὸ μέν, quod in τὸν μὲν mutandum esse iam Stephanus vidit. Idque praestant utique Bodl. Vat. Ven. ΞΠΣ. Vind. Par. BCH. Zitt. Flor. a, b.

ὧν καὶ τὰ τρία] Steph. ᾧ, operarum errore. Dein vett.

Theaetet u. Meno). Norimberg. 1797. 8., ubi hunc ipsum locum subtiliter quidem nec tamen sine erroris accessione tractavit, pro τούτου scribendum censuit τούτων, commotus haud dubie plurali ὧν, quem non videret quorsum oporteret referri, Sed ne hac quidem correctione opus esse censemus. Etenim τούτου pertinet ad τὸν δυνάμενον ἴσον ἰσάκις γίγνεσθαι ἀριθμόν, quod ipsa sententia evincit. Pluralis ὧν autem, etsi alicui in οὗ mutandus videatur, tamen paratam habet defensionem ex illo loquendi genere, de quo scripsimus ad Rempubl. VIII. p. 554, A. Θηπαυροποιὸς ἀνήρ, οὓς δὴ καὶ ἐπαινεῖ τὸ πλῆθος. Itaque ὧν est: inter cuiusmodi numeros. Alia rei exempla suppeditabunt Porsonus et Schaefer. ad Eurip. Orest. V. 910. p. 84. sq. ed. 3. Germ. Quocirca nec hic quidquam loco suo movendum. Venimus denique ad verba Ὅσαι μὲν γραμμαί. Mirabile enim alicui videatur, quod lineae tri-

ἐπίπεδον ἀριθμὸν τετραγωνίζουσι, μῆκος ὡρισάμεθα, ὅσαι δὲ τὸν ἑτερομήκη, δυνάμεις, ὡς μήκει μὲν οὐ ξυμμέτρους ἐκείναις, τοῖς δ' ἐπιπέδοις ἃ δύνανται. B καὶ περὶ τὰ στερεὰ ἄλλο τοιοῦτον.

ΣΩ. Ἄριστά γ' ἀνθρώπων, ὦ παῖδες, ὥστε μοι δοκεῖ ὁ Θεόδωρος οὐκ ἔνοχος τοῖς ψευδομαρτυρίοις ἔσεσθαι.

ΘΕΑΙ. Καὶ μήν, ὦ Σώκρατες, ὅ γε ἐρωτᾷς περὶ ἐπιστήμης, οὐκ ἂν δυναίμην ἀποκρίνασθαι ὥσπερ περὶ τοῦ μήκους καὶ τῆς δυνάμεως. καίτοι σύ γέ μοι δοκεῖς τοιοῦτόν τι ζητεῖν. ὥστε πάλιν αὖ φαίνεται ψευδὴς ὁ Θεόδωρος.

ΣΩ. Τί δαί; εἴ σε πρὸς δρόμον ἐπαινῶν μη- C δενὶ οὕτω δρομικῷ ἔφη τῶν νέων ἐντετυχηκέναι, εἶτα διαθέων τοῦ ἀκμάζοντος καὶ ταχίστου ἡττήθης, ἧττόν τι ἂν οἴει ἀληθῆ τόνδ' ἐπαινέσαι;

ΘΕΑΙ. Οὐκ ἔγωγε.

ΣΩ. Ἀλλὰ τὴν ἐπιστήμην, ὥσπερ νῦν δὴ ἐγὼ

edit. *ἰσάκις ἴσος*, adversantibus codicibus plurimis.

P. 148. B. *τοῦ μήκους καὶ τῆς δυνάμεως*] Sic Bodl. Vat. Ven. *Π.* Vett. editt. *τοῦ μήκους τε καὶ τ. δ.*

C. *οὕτω δρομικῷ ἔφη τῶν ν.*] *ἔφη* vulgo post *μηδενὶ* illatum post *δρομικῷ* posuimus auctoritate Bodl. Vat. Ven. *ΣΠΣ.* Vind. Zitt.

ἀληθῆ τόνδ' ἐπαινέσαι] V. *ἀληθῶς*, quod tenent fortasse Florentini, ex quibus nihil discrepantiae enotatum.

buantur numeris. At enim vero *γραμμαί* nunc esse videntur quae alias vocari solent *πλευραί*. Pro quibus Plato *γραμμαί* dixit propterea, quod statim *τὸν ἰσόπλευρον ἀριθμόν* memorat. Itaque haec quoque nihil habent, in quo quis iure offendat. Sed haec satis sunto de loco, qui dignus copiosiore explicatione non immerito videbatur.

P. 148. B. *οὐκ ἔνοχος τοῖς ψευδομ.*] Respicit ad superiora illa p. 145. C.

C. *εἶτα διαθέων*] h. e. in cursus certamine. Est enim multis verbis cum *διά* compositis haec vis et significatio, ut certaminis notionem contineant. v. Hermann. ad Viger. p. 856. ed. 3. Kuster. ad Aristoph. Equitt. 1400. Valckenar. ad Theocrit. p. 95. Wyttenbach. ad Select. Histor. p. 379. et ad Plutarch. De discern. adul. ab amico p. 473 = 372. ed. Lips. — *τοῦ ἀκμάζοντος καὶ ταχίστου*, ab eo, qui validus sit at-

ἔλεγον; σμικρόν τι οἴει εἶναι ἐξευρεῖν καὶ οὐ τῶν πάντῃ ἄκρων;

ΘΕΑΙ. Νὴ τὸν Δί' ἔγωγε καὶ μάλα γε τῶν ἀκροτάτων.

ΣΩ. Θαῤῥεῖ τοίνυν περὶ σαυτῷ καί τι οἷον Θεόδωρον λέγειν, προθυμήθητι δὲ παντὶ τρόπῳ τῶν τε ἄλλων πέρι καὶ ἐπιστήμης λαβεῖν λόγον, τί ποτε τυγχάνει ὄν.

ΘΕΑΙ. Προθυμίας μὲν ἕνεκεν, ὦ Σώκρατες, φανεῖται.

Cap. VI. ΣΩ. Ἴθι δή· καλῶς γὰρ ἄρτι ὑφηγήσω· πειρῶ μιμούμενος τὴν περὶ τῶν δυνάμεων ἀπόκρισιν, ὥσπερ ταύτας πολλὰς οὔσας ἑνὶ εἴδει περιέ-

οὐ τῶν πάντῃ ἀκρῶν] Bodl. Vat. Ven. Π. ἀκριβῶν, errore.

que velocissimus: ita enim vis articuli declaranda est.

καὶ οὐ τῶν πάντῃ ἀκρῶν] Quod libri aliquot iique praestantissimi habent ἀκριβῶν, id manifestum est ex glossemate fluxisse: a cuiusmodi vitiis nec Bodleianum codicem liberum esse atque immunem alibi demonstrasse videmur documentis certissimis. Cavendum igitur in eiusmodi locis est, ne, quod illi offerunt, id protenus arripiamus et tanquam unice verum amplectamur. Id quod hoc in loco accidit Winckelmanno ad Euthydem. p. 106. qui ἄκρων putat ob sequens τῶν ἀκροτάτων invectum esse. Enimvero hoc ipsum profecto eiusmodi est, ut scripturam ἄκρων omnino postulet atque flagitet. Nam si ἀκριβῶν scribatur, perquam inepte deinde subsequetur καὶ μάλα γε τῶν ἀκροτάτων. Accedit quod facilius intelligitur, qui factum sit, ut ex ἄκρων nasceretur ἀκριβῶν, quam qua ratione ἀκριβῶν mutatum sit in ἄκρων. Etenim ἀκριβῶν, ut dixi antea, ex interpretatione vocabuli ἄκρων ortum est. Dein animadvertes repetitum γε, utrobique tamen illud vim suam servans. De Rep. I. p. 335. B. καὶ πάνυ γε, ἔφη, τούς γε πονηροὺς τε καὶ ἐχθροὺς δεῖ βλάπτειν. Gorg. p. 502. A. δῆλον δὴ τοῦτό γε, ὦ Σώκρατες, Κινησίου γε πέρι. Phileb. p. 62. E. πολύ γε διαφέρει πρός γε ἀσφάλειαν πρώτας τὰς ἀληθεῖς ἀφεῖναι. ubi v. ann. Hoc loco vim voculae persentisces verbis sic explicatis: Νὴ τὸν Δί' ἔγωγε οἶομαι, καὶ μάλα γε τῶν ἀκροτάτων εἶναι οἶομαι.

Θαῤῥεῖ τοίνυν περὶ σαυτῷ] Θαῤῥεῖν περί τινι non inusitate dici docebit Matthiae Gr. §. 589. 6. conf. ad Phaedon. p. 114. D. Dein observes dictionem λόγον λαμβάνειν περί τινος, rationem alicuius rei percipere, aliquid intelligere, quam habes etiam De Rep. III. p. 401. D. VII. p. 534. B. Legg. I. p. 645. B. Pro τί ποτε τυγχάνει ὄν expectabas τί π. τ. οὖσα. sed participium sic praedicato non raro accommodatur; v. ad Menon. p. 79. E.

λαβες, οὕτω καὶ τὰς πολλὰς ἐπιστήμας ἑνὶ λόγῳ προσειπεῖν.

ΘΕΑΙ. Ἀλλ' εὖ ἴσθι, ὦ Σώκρατες, πολλάκις Ε δὴ αὐτὸ ἐπεχείρησα σκέψασθαι, ἀκούων τὰς παρὰ σοῦ ἀποφερομένας ἐρωτήσεις· ἀλλὰ γὰρ οὔτ' αὐτὸς δύναμαι πεῖσαι ἐμαυτὸν ὡς ἱκανῶς τι λέγω, οὔτ' ἄλλου ἀκοῦσαι λέγοντος οὕτως, ὡς σὺ διακελεύει, οὐ μὲν δὴ αὖ οὐδ' ἀπαλλαγῆναι τοῦ μέλλειν.

ΣΩ. Ὠδίνεις γάρ, ὦ φίλε Θεαίτητε, διὰ τὸ μὴ κενὸς ἀλλ' ἐγκύμων εἶναι.

ΘΕΑΙ. Οὐκ οἶδα, ὦ Σώκρατες· ὅ μέντοι πέπονθα λέγω.

ΣΩ. Εἶτα, ὦ καταγέλαστε, οὐκ ἀκήκοας ὡς 149

Ε. τοῦ μέλλειν] Bodl. Vat. Ven. Π. μέλειν. male. Marg. Par. BCE. Flor. a, c. εὑρεῖν, quod etiam Schol. habet.

Προθυμίας μὲν ἕνεκα] h. e. si res in una animi mei voluntate posita est; quemadmodum nostrates dicunt, der Bereitwilligkeit halber. Nubem exemplorum ostendimus ad Remp. I. p. 329. B.

Ε. ἀλλὰ γὰρ οὔτ' αὐτὸς δύναμαι —] Non male Ficinus: „Verum neque mihi ipse persuadere possum idoneum ad ista me esse satisve habere, neque alium audire, ut tu praecipis disputantem, neque tamen ab inquisitione desistere.“ Ad τοῦ μέλλειν, pro quo libri plurimi errore μέλειν habent, intelligendum relinquitur ἱκανῶς τι λέγειν. Solet enim μέλλειν in posterioribus enuntiatorum membris ita elliptice poni, ut verbum infinitivi modi e superioribus repeti et intelligi debeat. v. Lambert. Bosius Animadversionn. ad Scriptores quosdam Graecos. Franeq. 1715. 8. p. 55 sq. et Hemsterhus. ad Lucian. Dialogg. Mort. XXV. in. Frequens est apud Platonem formula, τί δ' οὐ μέλλουσι; Aristoph. Plut. v. 551. ἀλλ' οὐχ ὁ ἐμὸς τοῦτο πέπονθεν βίος· οὐ μὰ Δί', οὐδέ γε μέλλει. int. πάσχειν. Thucyd. III. 55. οὐδὲν ἐκπρεπέστερον ὑπὸ ἡμῶν οὔτε ἐπάθετε οὔτε ἐμελλήσατε. Dinarch. in Demosth. p. 96. οὔτ' ἐμὲ ἀπέφηνεν ἡ βουλή, οὔτ' ἐμέλλησεν. int. ἀποφαίνειν. Aristotel. Rhetor. I. 12. ἢ ποιησάντων κακῶς ἢ μελλησάντων. ex quibus exemplis, ut hoc in transcursu moneamus, omnibus erit clarum et perspicuum, erravisse Buttmannum Gram. Gr. T. I. p. 324. ubi verbi μέλλειν aoristo unam solam cunctandi vim ac significationem propriam esse iudicavit. Demosth. Epist. IV. in. θεῶν ἐστὶ φλαῦρον μηδὲν μηδέποτε ἐν παντὶ τῷ αἰῶνι μήτε παθεῖν μήτε μελλῆσαι. Pro οὐ μὲν δή cave οὐ μέντοι requiras. Nam οὐ μέντοι dicitur cum asseveratione, ut sit, nec tamen profecto: sed οὐ μὲν δή adiunctam habet quandam demonstrationis significationem, non tamen scilicet, nun

ἐγώ εἰμι υἱὸς μαίας μάλα γενναίας τε καὶ βλοσυρᾶς, Φαιναρέτης;

ΘΕΑΙ. Ἤδη τοῦτό γε ἤκουσα.

ΣΩ. Ἆρα καὶ ὅτι ἐπιτηδεύω τὴν αὐτὴν τέχνην ἀκήκοας;

ΘΕΑΙ. Οὐδαμῶς.

ΣΩ. Ἀλλ' εὖ ἴσθ' ὅτι· μὴ μέντοι μου κατείπῃς πρὸς τοὺς ἄλλους. λέληθα γάρ, ὦ ἑταῖρε, ταύτην ἔχων τὴν τέχνην· οἱ δέ, ἅτε οὐκ εἰδότες, τοῦτο μὲν οὐ λέγουσι περὶ ἐμοῦ, ὅτι δὲ ἀτοπώτατός εἰμι καὶ ποιῶ τοὺς ἀνθρώπους ἀπορεῖν. ἦ καὶ τοῦτο ἀκήκοας;

B ΘΕΑΙ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Εἶπω οὖν σοι τὸ αἴτιον;

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

P. 149. καὶ βλοσυρᾶς] βλοσσυρᾶς Coisl. Ven. Ξ. Par. EF. Flor. b. Stephanus in marg. σοβαρᾶς.

B. ὅτι οὐδεμία αὐτῶν] ὡς pro ὅτι Bodl. Coisl. Vat. Par.

einmal nicht, unde Theaetetus sese ait pro ingenio atque more suo nec posse ab huius rei meditatione absistere. Sic intelligendus Xenoph. Cyrop. II. 2, 22. μὰ Δί', ἔφη, οὐ μὲν δή. Sympos. IV, 52. μὰ Δί', ἔφη, οὐ μὲν δή· ἀλλὰ καὶ δέδοικα.

P. 149. μαίας μάλα γενναίας καὶ βλοσυρᾶς] V. Menag. ad Diog. Laërt. II. 19. Pro βλοσυρᾶς quod Steph. adscripsit in margine, id nihili est. Audias Casaubonum ad Athen. V. 19. p. 390. „Proprie, inquit, βλοσυρότης est torvitas; sed alio sensu pius filius Socrates matrem suam appellat generosam et βλοσυράν, ut si dicas, c'est une maistresse femme. Latini ferocem animum appellant. De quo apte dixeris, quod Aristides vere et eleganter: ἦ μεγαλοφροσύνη ἔμφυτον κτῆμα τοῖς κρείττοσι. Videtur Athenaeus in deteriorem partem accepisse hoc verbum, qui Platoni vitio vertat, quod fecerit Socratem matrem suam appellantem βλοσυράν. Athenaeus V. p. 342. ed. Schw. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲν ὧν Πλάτων εἴρηκεν περὶ Σωκράτους, τῶν κωμικῶν τις εἴρηκεν, οὐθ' μαίας βλοσυρᾶς υἱὸς ἦν κ. τ. λ. Intelligendus terribilis adspectus cum quadam gravitate: ernst u. Ehrfurcht gebietend.

ΣΩ. Ἐννόησον δὴ τὸ περὶ τὰς μαίας ἅπαν ὡς ἔχει, καὶ ῥᾷον μαθήσει ὃ βούλομαι. οἶσθα γάρ που, ὅτι οὐδεμία αὐτῶν ἔτι αὐτὴ κυϊσκομένη τε καὶ τίκτουσα ἄλλας μαιεύεται, ἀλλ' αἱ ἤδη ἀδύνατοι τίκτειν.

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Αἰτίαν δέ γε τούτου φασὶν εἶναι τὴν Ἄρτεμιν, ὅτι ἄλοχος οὖσα τὴν λοχείαν εἴληχε. στείρας μὲν οὖν ἄρα οὐκ ἔδωκε μαιεύεσθαι, ὅτι ἡ ἀν- C θρωπίνη φύσις ἀσθενεστέρα ἢ λαβεῖν τέχνην ὧν ἂν ᾖ ἄπειρος· ταῖς δὲ δι' ἡλικίαν ἀτόκοις προσέταξε, τιμῶσα τὴν αὑτῆς ὁμοιότητα.

ΘΕΑΙ. Εἰκός.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ τόδε εἰκός τε καὶ ἀναγκαῖον, τὰς κυούσας καὶ μὴ γιγνώσκεσθαι μᾶλλον ὑπὸ τῶν μαιῶν ἢ τῶν ἄλλων;

ΘΕΑΙ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Καὶ μὴν καὶ διδοῦσαί γε αἱ μαῖαι φαρμάκια καὶ ἐπᾴδουσαι δύνανται ἐγείρειν τε τὰς ὠδῖ-

C. Flor. a. b. c. i. et supra vers. Ven. Ξ.
C. *μαῖαι φαρμάκια*] *φαρμάκεια* Bodl. Coisl. Vat. Ven. ΞΠ. Vind. Laudat haec Pollux 4, 208.

ὅτι δὲ ἀτοπώτατός εἰμι καὶ ποιῶ —] Menon. p. 79. E. *ὦ Σώκρατες, ἤκουον μὲν ἔγωγε πρὶν καὶ συγγενέσθαι σοι, ὅτι σὺ οὐδὲν ἄλλο ἢ αὐτός τε ἀπορεῖς καὶ τοὺς ἄλλους ποιεῖς ἀπορεῖν.* Unde suspicor hoc loco corrigendum esse *ἀπορώτατος*. Id quod confirmatur iis, quae Socrates ipse inferius de arte obstetricia sua profitetur p. 150. B. C. *ἄγονός εἰμι σοφίας, καὶ ὅπερ ἤδη πολλοί μοι ὠνείδισαν, ὡς τοὺς μὲν ἄλλους ἐρωτῶ, αὐτὸς δὲ οὐδὲν ἀποκρίνομαι περὶ οὐδενὸς διὰ τὸ μηδὲν ἔχειν σοφόν, ἀληθὲς ὀνειδίζουσι κ. τ. λ.* Usum verbi *κυΐσκεσθαι* notavit Pollux II. 19. *Ῥήματα δὲ τῶν προειρημένων, κύειν, κυΐσκεσθαι· ἐπὶ τῶν κυουσῶν γὰρ καὶ τοῦτο Πλάτων ἔταξεν, εἰπὼν ἐν Θεαιτήτῳ κυϊσκομένη.* Nimirum *κυΐσκεσθαι* est gravescere, *κύειν* et *κυεῖν* autem concipere vel gravidam esse. Idem Pollux III. 15. *Πλάτων δὲ τὴν παρθένον, ὡς οὔπω λοχευθεῖσαν, ἄλοχον καλεῖ.* Similer Etym. Magn. 70, 27. De voc. *στείρα* Timaeus p. 238. *στεῖραι, παρὰ τὸ στερεὰν ἔχειν τὴν ὑστέραν.* ubi v. Ruhnken.

C. *ἀσθενεστέρα ἢ λαβεῖν*] i. e. *ἢ ὥστε λαβεῖν.* v. Matthiae Gr §. 448. I. b. conf. Legg. X. p. 885. D.

διδοῦσαί γε αἱ μαῖαι φαρμάκια] Pollux IV. 208. *διδοῦσι φαρμάκια αἱ μαῖαι ταῖς*

D νας καὶ μαλθακωτέρας, ἂν βούλωνται, ποιεῖν, καὶ τίκτειν τε δὴ τὰς δυστοκούσας, καὶ ἐὰν νέον ὂν δόξῃ ἀμβλίσκειν, ἀμβλίσκουσιν;

ΘΕΑΙ. Ἔστι ταῦτα.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν ἔτι καὶ τόδε αὐτῶν ἤσθησαι, ὅτι καὶ προμνήστριαί εἰσι δεινόταται, ὡς πάσσοφοι οὖσαι περὶ τοῦ γνῶναι, ποίαν χρὴ ποίῳ ἀνδρὶ συνοῦσαν ὡς ἀρίστους παῖδας τίκτειν;

ΘΕΑΙ. Οὐ πάνυ τοῦτο οἶδα.

ΣΩ. Ἀλλ' ἴσθ' ὅτι ἐπὶ τούτῳ μεῖζον φρονοῦ-

E σιν ἢ ἐπὶ τῇ ὀμφαλητομίᾳ. ἐννόει γάρ· τῆς αὐτῆς ἡ ἄλλης οἴει τέχνης εἶναι θεραπείαν τε καὶ ξυγκομιδὴν τῶν ἐκ γῆς καρπῶν καὶ αὖ τὸ γιγνώσκειν εἰς ποίαν γῆν ποῖον φυτόν τε καὶ σπέρμα καταβλητέον;

D. ἂν βούλωνται] Steph. cum Par. E. ὧν ἂν βουλ. καὶ ἐὰν νέον ὂν δ.] Codd. nihil variant; sed vide ann. ὡς πάσσοφοι] Sic ex Vat. et pr. m. Bodl. correximus.

E. τῇ ὀμφαλητομίᾳ] Sic Bodl. Vat. Coisl. Ven. *A Π.* Vind. Par. *E F.* Zitt. Flor. i. Vett. editt. ὀμφαλοτομίᾳ.

δυστοκούσας, ὃ *Πλάτων* λέγει. Utitur philosophus eodem voc. Phaedr. 268. C.

D. καὶ ἐὰν νέον ὂν δόξῃ ἀμβλίσκειν] Haec merito suspecta fuerunt Stephano, qui dubitabat, an νέον non diceretur de foetu, qui est in matris utero. Itaque Abreschius Auctar. Thucyd. p. 237. legi iubebat νεογνόν. At recte Fischerus huic coniecturae indicavit adversari et rem ipsam et usum loquendi. Nam νεογνὸν non potest ἀμβλίσκειν. Heusdius Specim crit. p. 84. coniectabat καὶ ἐὰν ἀνεμιαῖον δόξῃ, ἀμβλ. cui rationi quid officiat, vix monere attinet. Nam ἀνεμιαίους partus in gallinis quidem novimus, in hominibus non novimus. Et reiecit vir eximius ipse postea hoc commentum Init. Philosoph. Plat. II. P. I. p. 55. quo loco se profitetur amplecti potius coniecturam Heindorfii, qui coniecit legendum esse ἐὰν δέον δόξῃ ἀμβλ. Verum istud δέον ab hoc loco putamus omnino alienum esse. Scribendum haud dubie: καὶ ἐὰν ἀναγκαῖον δόξῃ ἀμβλ. quae scriptura cur depravata sit, protenus elucebit, ubi ἐὰν praecedere ante νέον animadverteris. Sed nolumus explicare rationes palaeographicas, quibus haec sententia nostra confirmetur: quas qui cognoscere cupiant, hi ipsi eas indagabunt. Satis est enim verum paucis indicavisse. Activum verbi ἀμβλίσκειν usum notavit Pollux IV. 208. ἀμβλίσκουσι δὲ τὸ ἀμβλίσκειν ποιοῦσι, φησὶν ὁ Πλάτων. Idem. II. 7. et Gramm. Bekker. T. I. p. 386. ἀμβλίσκουσι: ἀποβάλλουσι.

καὶ τόδε αὐτῶν ἤσθησαι] Genitivus ex τόδε suspenditur:

ΘΕΑΙ. Οὔκ, ἀλλὰ τῆς αὐτῆς.

ΣΩ. Εἰς γυναῖκα δέ, ὦ φίλε, ἄλλην μὲν οἴει τοῦ τοιούτου, ἄλλην δὲ ξυγκομιδῆς;

ΘΕΑΙ. Οὔκουν εἰκός γε.

ΣΩ. Οὐ γάρ. ἀλλὰ διὰ τὴν ἄδικόν τε καὶ 150
ἄτεχνον ξυναγωγὴν ἀνδρὸς καὶ γυναικός, ἣ δὴ προαγωγεία ὄνομα, φεύγουσι καὶ τὴν προμνηστικὴν ἅτε σεμναὶ οὖσαι αἱ μαῖαι, φοβούμεναι μὴ εἰς ἐκείνην τὴν αἰτίαν διὰ ταύτην ἐμπέσωσιν· ἐπεὶ ταῖς γε ὄντως μαίαις μόναις που προσήκει καὶ προμνήσασθαι ὀρθῶς.

ΘΕΑΙ. Φαίνεται.

ΣΩ. Τὸ μὲν τοίνυν τῶν μαιῶν τοσοῦτον, ἔλαττον δὲ τοῦ ἐμοῦ δράματος. οὐ γὰρ πρόσεστι γυναι-

ἄλλην δὲ ξυγκομιδῆς] Steph. ξυγκομιδὴν.

P. 150. *ἣ δὴ προαγωγεία ὄνομα*] Vett. editt. *προαγωγία* casu tertio, quam rationem Latinam, non item Graecam esse recte vidit Heindorf. Plerique codd. cum Polluce *προαγωγία*.

dieses an ihnen. Apolog. Socr. p. 17. A. *μάλιστα δὲ αὐτῶν ἐν ἐθαύμασα.* Menex. p. 241. B. *τοῦτο δὴ ἄξιον ἐπαινεῖν τῶν ἀνδρῶν.* Ibid. p. 241. A. *ὃ δέ μοι δοκεῖ καὶ ἐκείνων κάλλιστον εἶναι.* Euthydem. p. 288. C. *οἶμαι γάρ τι αὐτοῖν πάγκαλον φανεῖσθαι.* Infra p. 161. B. *ὃ θαυμάζω τοῦ ἑταίρου σοῦ Πρωταγόρου.* Xenoph. Mem. I. 1, 12. *καὶ πρῶτον μὲν αὐτῶν ἐσκόπει κ. τ. λ.* Plura dabit Matthiae Gr. §. 317. *Προμνήστριαι* sunt nuptiarum conciliatrices. Pollux III. 31. *Καὶ προμνήστριαι μὲν αἱ συνάγουσαι τὸν γάμον· Σικελιῶται δ' αὐτὰς καλοῦσι προμνηθικτρίας.* Hesychius: *Προμνήστρια, προξενοῦσα νυμφίους ἢ νύμφας.* Apud Xenoph. Mem. II. 6, 36. vocantur *προμνηστρίδες*, de qua forma v. Lobeck. ad Phrynich. p. 256.

Ε. ἄλλην μὲν οἴει τοῦ τοιούτου] h. e. *ἄλλην μὲν οἴει τέχνην τοῦ σπέρμα καταβάλλειν, ἄλλην δὲ τέχνην συγκομιδῆς.* Quod in superiore enuntiato postremo memoratum est, id nunc per chiasmum priore loco ponitur, quae ratio apud Platonem non infrequens.

P. 150. *ἣ δὴ προαγωγεία ὄνομα*] Dativum *προαγωγείᾳ* ab usu loquendi abhorrere verissime monuit Heindorf. Vide quae scripsimus ad Cratyl. p. 384. C. coll. Matth. Gr. §. 308. Restituendum vocabulum Suetonio Vit. Claud. c. 28. Super ingenuorum proagogia (vulgo paedagogia) et nuptarum concubinatus Vestali virgini vim intulit. Mox *ἔλαττον τοῦ ἐμοῦ δράματος* est levius eo, quod ego

B ξὶν ἐνίοτε μὲν εἴδωλα τίκτειν, ἔστι δ' ὅτε ἀληθινά, τοῦτο δὲ μὴ ῥᾴδιον εἶναι διαγνῶναι. εἰ γὰρ προσῆν, μέγιστόν τε καὶ κάλλιστον ἔργον ἦν ἂν ταῖς μαίαις τὸ κρίνειν τὸ ἀληθές τε καὶ μή. ἢ οὐκ οἴει;

ΘΕΑΙ. Ἔγωγε.

Cap. VII. ΣΩ. Τῇ δέ γ' ἐμῇ τέχνῃ τῆς μαιεύσεως τὰ μὲν ἄλλα ὑπάρχει, ὅσα ἐκείναις, διαφέρει δὲ τῷ τε ἄνδρας, ἀλλὰ μὴ γυναῖκας μαιεύεσθαι καὶ τῷ τὰς ψυχὰς αὐτῶν τικτούσας ἐπισκοπεῖν ἀλλὰ μὴ τὰ σώματα. μέγιστον δὲ τοῦτ' ἔνι τῇ ἡμετέρᾳ C τέχνῃ, βασανίζειν δυνατὸν εἶναι παντὶ τρόπῳ, πότερον εἴδωλον καὶ ψεῦδος ἀποτίκτει τοῦ νέου ἡ διά-

C. *οὐ πάνυ τι σοφός*] τις Bodl. Vat. Ven. *II.* Idem in proximis *τοιοῦτο*.

D. *οἱ δ' ἐμοὶ ξυγγ.*] Sic Bodl. Vat. pro vulg. *δέ μοι*.

facere soleo, sive meo negotio ac munere levius; v. ad Remp. V. p. 451. B. ubi similiter positum est vocabulum. Infra p. 169. B. *σὺ δὲ ἐμοὶ δοκεῖς κατ' Ἀνταῖον τὸ δρᾶμα δρᾶν.* conf. Polit. p. 303. C. Sympos. p. 222. D.

B. *τὸ ἀληθές τε καὶ μή*] h. e. utrum genuinum sit necne. Euthyphr p. 9. C. *οὐ τοῦτῳ ἐφάνη ἄρτι ὡρισμένα τὸ ὅσιον καὶ μή.* Ibid. p. 15. C. *νῦν — οἶδα ὅτι σαφῶς οἴει εἰδέναι τό τε ὅσιον καὶ μή.* Ibid. E. *παρὰ σοῦ μαθὼν τά τε ὅσια καὶ μή.* Ibid. p. 12 E. articulo repetito: *ὡς ἱκανῶς παρὰ σοῦ μεμαθηκότας τά τε εὐσεβῆ καὶ ὅσια καὶ τὰ μή.* De Republ. VI. p. 486. B. *ψυχὴν σκοπῶν φιλόσοφόν τε καὶ μή.*

C. *πότερον εἴδωλον καὶ ψεῦδος ἀποτ.*] Quum opponatur deinde *καὶ ἀληθές*, facile aliquis in eam deveniat sententiam, ut *ψευδές* scribendum arbitretur. Sed v. infra p. 151.

D. ad Apol. Socrat. p. 34. E. Cratyl. p. 385. C. Rempl. II. p. 376. E. De toto qui sequitur loco conf. Plutarchus Quaest. Platt. p. 1000. *Οὐδὲν ἐδίδασκε Σωκράτης, ἀλλὰ ἐνδιδοὺς ἀρχὰς ἀπορίων ὥςπερ ὠδίνων τοῖς νέοις ἐπήγειρε καὶ ἀνεκίνει καὶ συνεξῆγε τὰς συμφύτους νοήσεις, καὶ τοῦτο μαιευτικὴν τέχνην ὠνόμαζεν, οὐκ ἐντιθεῖσαν ἔξωθεν, ὥςπερ ἕτεροι προσεποιοῦντο, νοῦν τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ἀλλ' ἔχοντας οἰκεῖον ἐν ἑαυτοῖς, ἀτελῆ δὲ καὶ συγκεχυμένον καὶ δεόμενον τοῦ τρέφοντος καὶ βεβαιοῦντος ἐπιδεικνύουσαν.*

D. *εὕρημα τοιοῦτον*] Int. σοφόν. v. ad Phaed. p. 59. A. 67. A.

πάντες δὲ προϊούσης τῆς συνουσίας] Disputat de hoc loco Plutarch. Quaest. Platt. T. II. p. 999. ubi quaeritur: quid Dei nomine significaverit Socrates. Quae res sane digna est diligentiore examine. Profecit hinc auctor libri, qui

νοια ἢ γόνιμόν τε καὶ ἀληθές. ἐπεὶ τόδε γε καὶ ἐμοὶ ὑπάρχει, ὅπερ ταῖς μαίαις· ἄγονός εἰμι σοφίας, καὶ ὅπερ ἤδη πολλοί μοι ὠνείδισαν, ὡς τοὺς μὲν ἄλλους ἐρωτῶ, αὐτὸς δὲ οὐδὲν ἀποκρίνομαι περὶ οὐδενὸς διὰ τὸ μηδὲν ἔχειν σοφόν, ἀληθὲς ὀνειδίζουσι. τὸ δὲ αἴτιον τούτου τόδε· μαιεύεσθαί με ὁ θεὸς ἀναγκάζει, γεννᾶν δὲ ἀπεκώλυσεν. εἰμὶ δὴ οὖν αὐτὸς μὲν οὐ πάνυ τι σοφός, οὐδέ τί μοι ἔστιν εὕρημα τοιοῦτον, γεγονὸς τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἔκγονον· οἱ δ' ἐμοὶ ξυγγιγνόμενοι τὸ μὲν πρῶτον φαίνονται ἔνιοι μὲν καὶ πάνυ ἀμαθεῖς, πάντες δὲ προϊούσης τῆς ξυνουσίας, οἷσπερ ἂν ὁ θεὸς παρείκῃ, θαυμαστὸν ὅσον D

ὁ θεὸς παρείκῃ] V. *παρείκοι*, soloece, et praeter codicum auctoritatem.

Theagis nomine inscriptus est; sed profecit cum detrimento suo. Is enim quum toto hoc loco deum intellexisset Socratis daemonium, dici non potest quantopere deliraverit. Fecit enim Socratis genium protenus talem, qui etiam in hominibus cum ipso versantibus maximam vim haberet ac vere patraret miracula. Unde non Platonem sed ignotum aliquem posterioris aetatis scriptorem pro libri auctore esse habendum nobis persuasimus. Neque vero hoc loco Plato ipse tale quiddam de genio magistri prodidit. Nam loquens Socrates in universum de deo non daemonium suum intelligit, quod potius distinguit ab illo verbis p. 151. A. *ἐνίοις μὲν τὸ γιγνόμενόν μοι δαιμόνιον ἀποκωλύει συνεῖναι*; sed deum cogitat artis obstetriciae suae praesidem, qui pariter ipsius operam atque colloquentium quasi partus moderatur. Faceta enim urbanitate arti suae deum, i. e. Apollinem, praeficit, prouti obstetrices praesidem Dianam habeant, Apollinis sororem. Quod mirum est nec Plutarchum pervidisse, qui divinam providentiam significari sibi persuasit. Quanquam tatendum est eum ad verum accessisse quam proxime. — Istud *προϊούσης τῆς συνουσίας* dictum est ut *προϊόντος τοῦ λόγου* Phaedr. p. 238. D. *προϊόντος τοῦ χρόνου* ibid. p. 255. A. Legg. III. p. 684. A. 698. al. *προϊόντος τοῦ ἅρματος* Protag. p. 339. C. *προϊούσης τῆς πόσεως* Legg. II. p. 671. A. *προϊούσης ἡλικίας* Soph. p. 234. D. Ceterum locum integerrimum tentavit nuper supervacanea coniectura Heusdius Instituit. Philosoph. Platon. V. II. P. I. p. 56. Censet enim ante *ἔνιοι μὲν καὶ πάνυ ἀμαθεῖς* nonnihil excidisse, ut auctor fortasse scripserit: *ἔνιοι μὲν οὐκ εὐμαθεῖς, ἄλλοι δὲ καὶ πάνυ ἀμαθεῖς, πάντες δὲ κ. τ. λ.* Enimvero vel sine eiusmodi additamento locus eum habet sensum, quem vir egregius desideravit.

ἐπιδιδόντες, ὡς αὐτοῖς τε καὶ τοῖς ἄλλοις δοκοῦσι· καὶ τοῦτο ἐναργές, ὅτι παρ' ἐμοῦ οὐδὲν πώποτε μαθόντες, ἀλλ' αὐτοὶ παρ' αὑτῶν πολλὰ καὶ καλὰ εὑρόντες τε καὶ κατέχοντες. τῆς μέντοι μαιείας ὁ θεός τε καὶ ἐγὼ αἴτιος. ὧδε δὲ δῆλον· πολλοὶ ἤδη
E τοῦτο ἀγνοήσαντες καὶ ἑαυτοὺς αἰτιασάμενοι, ἐμοῦ δὲ καταφρονήσαντες, ἢ αὐτοὶ ἢ ὑπ' ἄλλων πεισθέντες, ἀπῆλθον πρωϊαίτερον τοῦ δέοντος, ἀπελθόντες δὲ τά τε λοιπὰ ἐξήμβλωσαν διὰ πονηρὰν ξυνουσίαν καὶ τὰ ὑπ' ἐμοῦ μαιευθέντα κακῶς τρέφοντες ἀπώλεσαν, ψευδῆ καὶ εἴδωλα περὶ πλείονος ποιησάμενοι τοῦ ἀληθοῦς, τελευτῶντες δ' αὐτοῖς τε καὶ τοῖς
151 ἄλλοις ἔδοξαν ἀμαθεῖς εἶναι. ὧν εἷς γέγονεν Ἀριστείδης ὁ Λυσιμάχου καὶ ἄλλοι πάνυ πολλοί. οἷς, ὅταν πάλιν ἔλθωσιν δεόμενοι τῆς ἐμῆς ξυνουσίας καὶ θαυ-

E. ἢ αὐτοὶ ἢ ὑπ' ἄλλων] Inserui ἢ post αὐτοὶ a cod. Vat. b. in excerptis suppeditatum.

P. 151. καὶ πάλιν αὐτοὶ ἐπιδιδόασι]. αὐτοὶ dedi cum

ὅτι παρ' ἐμοῦ οὐδὲν π. — κατέχοντες] Repetendum ex praegresso ἐπιδιδόντες verbum ἐπιδιδόασιν.

E. ἢ αὐτοὶ ἢ ὑπ' ἄλλων πεισθέντες ἀπ.] Multi, inquit, ignorantes deum et me esse obstetricationis auctorem atque semet ipsos increpantes, me autem contemnentes, vel ipsi sua sponte vel ab aliis adducti, citius quam par erat abierunt. Sed haec sententia ut commode e verbis eliceretur, ex uno codice post αὐτοὶ inserendum putavimus ἢ, quod iam Heusdius et Heindorfius viderunt ad loci integritatem requiri. Schleiermachero tamen haec ratio improbata est propterea, quod talis oppositio, qualis est in verbis ἢ αὐτοὶ ἢ ὑπ' ἄλλων πεισθέντες, in hunc locum non conveniret. Itaque post πολλοὶ ἤδη inserendum ἢ arbitratur. Sed primum quidem non videmus, cur illa distinctio causarum huius consilii ab hoc loco aliena sit. Deinde ipsius Schleiermacheri ratio plura habet quae magnopere offendant. Nam ea comprobata et αὐτοὶ istud non minus moleste redundabit, quam si vulgata servetur scriptura, et iusta membrorum concinnitas non sine causa desiderabitur. In aliam coniecturam incidit Astius, qui αὐτὸ pro αὐτοὶ legendum proposuit.

P. 151. γέγονεν Ἀριστείδης —] De hoc v. Lachet. p. 178. A. ibique ann. Sumsit hinc sua atque inficetissime exornavit scriptor Theagis p. 130. — καὶ θαυμαστὰ δρῶντες, et omnem fere lapidem moventes. Similiter Sympos. p. 213. D. οὗτοοἰ ζηλοτυπῶν με καὶ φθονῶν θαυμαστὰ ἐργάζεται καὶ λοιδορεῖταί τε καὶ τῶ χεῖρε μόγις ἀπέχεται.

μαστὰ δρῶντες, ἐνίοις μὲν τὸ γιγνόμενόν μοι δαιμόνιον ἀποκωλύει ξυνεῖναι, ἐνίοις δὲ ἐᾷ· καὶ πάλιν αὐτοὶ ἐπιδιδόασι. πάσχουσι δὲ δὴ οἱ ἐμοὶ ξυγγιγνόμενοι καὶ τοῦτο ταὐτὸν ταῖς τικτούσαις· ὠδίνουσι γὰρ καὶ ἀπορίας ἐμπίπλανται νύκτας τε καὶ ἡμέρας πολὺ μᾶλλον ἢ ἐκεῖναι. ταύτην δὲ τὴν ὠδῖνα ἐγείρειν τε καὶ ἀποπαύειν ἡ ἐμὴ τέχνη δύναται. καὶ οὕτοι μὲν δὴ οὕτως. ἐνίοτε δέ, ὦ Θεαίτητε, οἳ ἄν B
μοι μὴ δόξωσί πως ἐγκύμονες εἶναι, γνοὺς ὅτι οὐδὲν ἐμοῦ δέονται, πάνυ εὐμενῶς προμνῶμαι, καὶ ξὺν θεῷ εἰπεῖν, πάνυ ἱκανῶς τοπάζω οἷς ἂν ξυγγενόμενοι ὄναιντο. ὧν πολλοὺς μὲν δὴ ἐξέδωκα Προδίκῳ, πολλοὺς δὲ ἄλλοις σοφοῖς τε καὶ θεσπεσίοις ἀνδράσι. Ταῦτα δή σαι, ὦ ἄριστε, ἕνεκα τοῦδε ἐμήκυνα, ὑποπτεύων σε, ὥςπερ καὶ αὐτὸς οἴει, ὠδίνειν

Bodl. Vat. In editt. ceteris omnibus οὗτοι scribitur.
B. πολλοὺς δὲ ἄλλοις] V. ἄλλους. Verum praebuerunt Bodl. Vat. *A*. Ven. *A*. Par. BCH. Flor. a. b, c, et corr. Ven. *D*.

B. καὶ ξὺν θεῷ εἰπεῖν πάνυ ἱκανῶς τ.] Acerba in his verbis inest irrisio sophistarum. Quod enim Socrates sese ait eos ablegare ad sophistas, qui sibi non videantur gravidi esse, id vero eiusmodi est, ut ingenia minus felicia eorum disciplinae satis convenire aperte significet. Itaque nec sine contemtu loquitur de bono Prodico, qui maxime in recta vocabulorum ratione exquirenda operam studiumque collocabat. v. Protagor. p. 341. A. Charmid. p. 163. D. Nec vacat irrisione formula loquendi οὐν θεῷ εἰπεῖν, quae alibi modestiae indicium facit, ut sit: quod ita dico, ut in eo agnoscam opem divinam, sicuti Stephanus interpretatur. Exempla formulae praeter Heindorfium ad h. l. notavit etiam Lobeck. ad Aiac. v. 779. p. 347. ed. 2. Denique facete utitur verbo ἐκδιδόναι, quod inter alia significat nuptui dare, ut Herodot. I. 196. οὕτω αἱ εὐμορφοτάτας ἀμόρφους καὶ ἐμπήρους ἐξεδίδοσαν. Eurip. Suppl. v. 133. τῷ δ' ἐξέδωκας παῖδας Ἀργείων σέθεν.

ἕνεκα τοῦδε ἐμήκυνα, ὑποπτεύων σε] De participio post ἕνεκα τοῦδε explicationis causa illato Herodot. I. 86. Protagor. p. 348. D. Phaed. p. 102. D. Euthydem. p. 274. A. Tim. p. 92. A. Matthiae Gr. §. 562. 2. De κυοῦντα, quod accusativum adiunctum habet, eodem modo infra p. 210. B. ἢ οὐκ ἔτι κυοῦμέν τι καὶ ὠδίνομεν; ubi libri omnes κυοῦμεν, quum hic quinque codd., in quibus sunt optimi Bodl. et Vat., κύοντα scriptum exhibeant. Sympos. p. 203. C. καὶ ἐκύησε τὸν Ἔρωτα. Ibid. p. 209. A. ἃ ψυχῇ προσήκει καὶ κυῆσαι καὶ κυεῖν, ubi, quae in secunda libri

τι κυοῦντα ἔνδον. προσφέρου οὖν πρός με ὡς πρὸς
C μαίας υἱὸν καὶ αὐτὸν μαιευτικόν, καὶ ἃ ἂν ἐρωτῶ,
προθυμοῦ ὅπως οἷός τ' εἶ, οὕτως ἀποκρίνασθαι.
καὶ ἐὰν ἄρα σκοπούμενός τι ὧν ἂν λέγῃς, ἡγήσωμαι
εἴδωλον καὶ μὴ ἀληθές, εἶτα ὑπεξαιρῶμαι καὶ ἀπο-
βάλλω, μὴ ἀγρίαινε ὥσπερ αἱ πρωτοτόκοι περὶ τὰ
παιδία. πολλοὶ γάρ ἤδη, ὦ θαυμάσιε, πρός με οὕτω
διετέθησαν, ὥστε ἀτεχνῶς δάκνειν ἕτοιμοι εἶναι,
ἐπειδάν τινα λῆρον αὐτῶν ἀφαιρῶμαι, καὶ οὐκ οἴ-
ονταί με εὐνοίᾳ τοῦτο ποιεῖν, πόρρω ὄντες τοῦ εἰ-
D δέναι, ὅτι οὐδεὶς θεὸς δύσνους ἀνθρώποις, οὐδ' ἐγὼ
δυσνοίᾳ τοιοῦτον οὐδὲν δρῶ, ἀλλά μοι ψεῦδός τε
ξυγχωρῆσαι καὶ ἀληθὲς ἀφανίσαι οὐδαμῶς θέμις.
Cap. VIII. *Πάλιν δὴ οὖν ἐξ ἀρχῆς, ὦ Θεαίτητε,*

κυοῦντα ἔνδον] Bodl. Vat. Ven. *Π.* Par. H, Flor. b, *κύοντα*, v. ad Sympos. p. 209. A.

C. *εἶτα ὑπεξαιρῶμαι*] Libri *ὑπεξαίρωμαι*, Correxit Bekker.

editione annotavimus, iis addi nunc possunt quae nuper de eadem re exposuit Lobeckius ad Sophocl. Aiac. v. 239, p. 182. ed. 2. qui tamen utriusque formae discrimen aliquod statuendum esse negat.

C. *εἶτα ὑπεξαιρῶμαί καὶ ἀποβάλλω*] In his *εἶτα* pro *καὶ εἶτα* positum, de quo usu v. ad Apol. Socr. p. 23. C. Pro *ὑπεξαίρωμαι* autem, quod libros omnes obsidet, de Bekkeri sententia *ὑπεξαιρῶμαι* scripsimus, quod sententiae unice convenire videtur. Dein pro *πολλοὶ γὰρ ἤδη* quod apud Plutarch. Quaest. Platt. p. 999. scriptum extat *πολλοὶ γὰρ δή*, id si librorum mss. auctoritate confirmaretur, per se non esset aspernandum: nam *πολλοὶ δή* pariter atque *πολλοὶ ἤδη* usitatum fuisse multa rei exempla docent, quorum Heindorfium hic immemorem fuisse sanequam mireris. Phaedon. p. 108, D. *πολλὰ δὴ ἀκήκοα*, ubi v. Heindorfium quae ad h. l. scripsisset, uti par erat, sponte retractantem.

ὅτι οὐδεὶς θεὸς δύσνους] Wyttenbach. Biblioth. Crit. Vol. III. P. I. p. 14. „Comparatio est sine particula *ὥσπερ* et *οὕτω*, ut saepe. Sensus est: ut nemo Deus ita nec is, qui obstetriciae meae arti praeest, nec ego qui ei servio etc." Quod mox sequitur *ἀνδρίζεσθαι*, id sicuti *μαλθακίζεσθαι* saepe dicitur de disputantibus; v. Ruhnken. ad Tim. p. 99. Ceterum huc respexit Themist. Orat. XXI. p. 254. A. *πόρρω ὄντες τοῦ εἰδέναι, ὅτι οὐδεὶς σοφὸς δύσνους τῷ ὁμοίῳ.*

αἰσχρὸν μὴ οὐ παντὶ τρόπῳ] Protagor. p. 352. D. *αἰσχρόν ἐστι καὶ ἐμοὶ σοφίαν καὶ ἐπιστήμην μὴ οὐχὶ πάντων*

ὅ τί ποτ' ἐστὶν ἐπιστήμη, πειρῶ λέγειν· ὡς δ' οὐχ οἷός τ' εἶ, μηδέποτ' εἴπῃς. ἐὰν γὰρ θεὸς ἐθέλῃ καὶ ἀνδρίζῃ, οἷός τ' ἔσει.

ΘΕΑΙ. Ἀλλὰ μέντοι, ὦ Σώκρατες, σοῦ γε οὕτω παρακελευομένου αἰσχρὸν μὴ οὐ παντὶ τρόπῳ προθυμεῖσθαι ὅ τί τις ἔχει λέγειν. δοκεῖ οὖν μοι ὁ ἑστάμενός τι αἰσθάνεσθαι τοῦτο ὃ ἐπίσταται, καὶ ὡς γε νυνὶ φαίνεται, οὐκ ἄλλο τί ἐστιν ἐπιστήμη ἢ αἴσθησις. E

ΣΩ. Εὖ γε καὶ γενναίως, ὦ παῖ· χρὴ γὰρ οὕτως ἀποφαινόμενον λέγειν. ἀλλὰ φέρε δὴ αὐτὸ κοινῇ σκεψώμεθα, γόνιμον ἢ ἀνεμιαῖον τυγχάνει ὄν. αἴσθησις, φῄς, ἐπιστήμη;

πολλοὶ γὰρ ἤδη] Plutarch. Quaest. Platt. p. 999. pro ἤδη exhibet δή.

οὐκ οἴονταί με εὐνοίᾳ] με ex Plutarcho restitutum, Platonis libri pronomine carent.

κράτιστον φάναι εἶναι. Erast. p. 139. A. αἰσχρὸν ἐν τούτοις — μὴ οὐχὶ ἡγεῖσθαι. Xenoph. Cyrop. II. 2, 20. De Rep. Lac. VI. 2. Sic etiam post αἰσχύνεσθαι, αἰσχύνην εἶναι, aliasque formulas, in quibus latet negatio, μὴ οὐ infertur. Enimvero αἰσχρόν ἐστιν etsi contradictorium est ideoque plus quam οὐ καλόν ἐστι, tamen in illo huius ipsius notio continetur. v. Matthiae Gr. §. 609. in Μὴ οὔ.

E. οὐκ ἄλλο τί ἐστιν ἐπιστήμη ἢ αἴσθησις] Est haec prima scientiae definitio, qua ea in αἰσθήσει posita esse dicitur. Fuit haec sententia Protagorae, quam Plato ipse deinde subtiliter explicat et illustrat, sed inde a pag. 161. A. usque ad p. 186. E. refutare instituit. conf. Aristocles apud Eusebium Praepar. Evang. XIV. p. 766 sqq. qui totum hunc locum excerpsit, siquidem et Protagorae exponit sententiam et Platonis contra eam disputationem summatim refert; De Protagorae hac sententia conf. inprimis Sextus Emp. Pyrrh. Hyp. I. 216 — 219. Adv. Mathem. VII. 59 — 64. coll. 369 — 388. cui addendi Diog. L. IX. 51. Cicer. Acad. II. 46.

γόνιμον ἢ ἀνεμιαῖον] Haec verba ab homine nescio quo vitiose exscripta in antiquiora Lexica ita irrepserunt; γόνιμον ἀνεμίδιον τυγχάνει, unde cum lepida explicatione in ipsum Indicem Thesauri Steph. v. ἀνεμίδιον fluxerunt. Hinc istud ἀνεμίδιον, ventulus, quod tanquam Graecum vocabulum Lexica etiamnum exhibent. Buttmann. Est autem ἀνεμιαῖον proprie ovum ventosum, quod a posterioris temporis scriptoribus vocatur ὑπηνέμιον. v. Kuster. ad Suid. in voc. Ἄνεμος

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Κινδυνεύεις μέντοι λόγον οὐ φαῦλον εἰρη-
152 κέναι περὶ ἐπιστήμης, ἀλλ' ὃν ἔλεγε καὶ Πρωταγό-
ρας. τρόπον δέ τινα ἄλλον εἴρηκε τὰ αὐτὰ ταῦτα.
φησὶ γάρ που πάντων χρημάτων μέτρον ἄνθρωπον
εἶναι, τῶν μὲν ὄντων, ὡς ἔστι, τῶν δὲ μὴ ὄντων,
ὡς οὐκ ἔστιν. ἀνέγνωκας γάρ που;

ΘΕΑΙ. Ἀνέγνωκα καὶ πολλάκις.

ΣΩ. Οὐκοῦν οὕτω πως λέγει, ὡς οἷα μὲν ἕκα-
στα ἐμοὶ φαίνεται, τοιαῦτα μέν ἐστιν ἐμοί, οἷα δὲ
σοί, τοιαῦτα δὲ αὖ σοί· ἄνθρωπος δὲ σύ τε κἀγώ;

ΘΕΑΙ. Λέγει γὰρ οὖν οὕτως.

B ΣΩ. Εἰκὸς μέντοι σοφὸν ἄνδρα μὴ ληρεῖν· ἑπα-
κολουθήσωμεν οὖν αὐτῷ. ἆρ' οὐκ ἐνίοτε πνέοντος
ἀνέμου τοῦ αὐτοῦ ὁ μὲν ἡμῶν ῥιγοῖ, ὁ δ' οὔ; καὶ
ὁ μὲν ἠρέμα, ὁ δὲ σφόδρα;

P. 152. *τοιαῦτα δὲ αὖ σοί*] δὲ h. l. om. Ald. Bas. 1. Steph. Sed recte illud tuentur Bas. 2. Bodl. Vat. Coisl. Ven. II. Par. B C E F H. Zitt. Flor. a. b. c. i.

B. *Εἰκὸς μέντοι*] Steph. *μέν σοι.* errore.

et Ὑπηνέμια. Intpp. ad Thom. Mag. et Pierson. ad Moer. in voc. Ἀνεμιαῖος.

P. 152. *πάντων χρημάτων μέτρον ἄνθρ.*] De hac sententia Protagorae, quam Plato carpit etiam Cratyl. p. 385. E. attingit Legg. IV. p. 716. C., vid. Diogen. L. IX. 51. ibique Menag. Aristot. Metaphys. VIII. 3. IX. 1. et III. 1. Sustulit igitur Protagoras facultatem aliquid absolute et objective cognoscendi, omniaque retulit ad propria cuiusque visa et opiniones: nam qualia quaeque alicui videntur, talia etiam sunt; unde consequitur ut omnia visa et opiniones pro veris haberi oporteat. conf. Geelius in Act. Traiect. Tom. II. p. 92 sqq. Dein *καὶ* ante *πολλάκις* vim habet intendendi et augendi, ut in formulis *καὶ πάνυ*, *καὶ μάλα*, *καὶ μάλιστα*, *καὶ σφόδρα*. v. ad Protag. p. 315. D. Simillimum est *καὶ πολύ*, *καὶ πολλά*, de quo v. ad Remp. VI. p. 500. C. VIII. p. 562. C.

B. *αὐτὸ ἐφ' ἑαυτὸ τὸ πνεῦμα* —] Sic codd. omnes. In edilt. *ἐφ' ἑαυτῷ* circumfertur. Sed *αὐτὸ ἐφ' ἑαυτὸ* dictum sicuti vulgare illud *αὐτὸ καθ' ἑαυτό*, quo Plato quum alias utitur, tum mox sect. D. Quanquam fortasse reponendum est potius *ἐφ' ἑαυτοῦ*. v. Bernhardy. Synt. p. 248.

Τὸ δέ γε φαίνεται αἰσθάνεσθαι ἐστιν] Quod Stephanus coniecit *φαίνεσθαι*, id in duobus libris mss. supra versum scriptum extat. Id si comprobatur, liquidum est ad

ΘΕΑΙ. *Καὶ μάλα.*

ΣΩ. *Πότερον οὖν τότε αὐτὸ ἐφ' ἑαυτὸ τὸ πνεῦμα ψυχρὸν ἢ οὐ ψυχρὸν φήσομεν; ἢ πεισόμεθα τῷ Πρωταγόρᾳ, ὅτι τῷ μὲν ῥιγοῦντι ψυχρόν, τῷ δὲ μὴ οὔ;*

ΘΕΑΙ. *Ἔοικεν.*

ΣΩ. *Οὐκοῦν καὶ φαίνεται οὕτως ἑκατέρῳ;*

ΘΕΑΙ. *Ναί.*

ΣΩ. *Τὸ δέ γε φαίνεται αἰσθάνεσθαί ἐστιν;*

ΘΕΑΙ. *Ἔστι γάρ.*

ΣΩ. *Φαντασία ἄρα καὶ αἴσθησις ταὐτὸν ἔν* C *τε θερμοῖς καὶ πᾶσι τοῖς τοιούτοις. οἷα γὰρ αἰσθάνεται ἕκαστος, τοιαῦτα ἑκάστῳ καὶ κινδυνεύει εἶναι.*

ΘΕΑΙ. *Ἔοικεν.*

ΣΩ. *Αἴσθησις ἄρα τοῦ ὄντος ἀεί ἐστι καὶ ἀψευδές, ὡς ἐπιστήμη οὖσα.*

αὐτὸ ἐφ' ἑαυτὸ τὸ πν.] Edidi, inde a Steph. ἐφ' ἑαυτῷ, quod abhorret ab fide librorum omnium manuscriptorum. Etiam Ald. Bas. 1. 2. ἐφ' ἑαυτό.

C. καὶ ἀψευδές] Sic Bodl. Vat. Ven. ΑΞΠΣ. Vind. Par. F. Zitt. Ante Bekkerum scribebatur ἄψευδής.

φαίνεσθαι intelligi oportere τί τινι, ad. αἰσθάνεσθαι autem tanquam subiectum intelligendum relinqui τινά. Itaque apparet non φαίνεσθαι idem esse quod αἰσθάνεσθαι, sed φαίνεταί μοι idem quod αἰσθάνομαι. Quae quidem dispar utriusque verbi ratio commovit Buttmannum et Heindorfium, ut Stephani coniecturam reiiciendam arbitrarentur. Fateor tamen in vulgata scriptura etiam multo maiorem inesse difficultatem. Nam ea probata ad φαίνεται item dativus requiritur, tertia autem verbi persona explicatur per infinitivum, quod profecto fieri recte non potest. Itaque aut Stephani ratio amplectenda est aut pro αἰσθάνεσθαι reponendum αἰσθάνεται; de eo autem non nimis solliciti simus, quod dativus per sonae ad φαίνεται utique intelligendus relinquitur.

C. Αἴσθησις ἄρα τοῦ ὄντος —] Itaque perceptio semper refertur ad id, quod revera est (τὸ ὄν), estque aliquid erroris expers, quum sit *scientia*. Enimvero ἐπιστήμη iudice Platone eo vel maxime differt ab opinione, quod haec incerta est neque τὸ ὄν attingit, illa autem ad id pertinet, quod per se est atque veram continet cuiusque rei vim et naturam. Iam vero perceptioni ait aliquid subiectum esse oportere, quod *sit*; ideoque eam et ipsam vult ad τὸ ὄν spectare. Sed hoc εἶναι quale sit, secundum Protagoram exquirentibus facile apparitarum esse censet, non illud esse firmum, perpetuum, constans, aeternum, sed potius aliunde

ΘΕΑΙ. Φαίνεται.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν πρὸς Χαρίτων πάσσοφός τις ἦν ὁ Πρωταγόρας, καὶ τοῦτο ἡμῖν μὲν ἠνίξατο τῷ πολλῷ συρφετῷ, τοῖς δὲ μαθηταῖς ἐν ἀπορρήτῳ τὴν ἀλήθειαν ἔλεγεν;

D ΘΕΑΙ. Πῶς δή, ὦ Σώκρατες, τοῦτο λέγεις;

ΣΩ. Ἐγὼ ἐρῶ καὶ μάλ' οὐ φαῦλον λόγον, ὡς ἄρα ἓν μὲν αὐτὸ καθ' αὐτὸ οὐδέν ἐστιν, οὐδ' ἄν τι προσείποις ὀρθῶς οὐδ' ὁποιονοῦν τι, ἀλλ' ἐὰν

πάσσοφός τις ἦν] Sic Vat. Vind. Ven. ΑΞ, Zitt. et a pr. m. Bodl. et Coisl. Vulgo erat πάνσοφός.

D. μέγα προσαγορεύῃς] προσαγορεύσῃς Ven. Ξ. Darmst. et Stob. Praeterea Stob. βαρύ τι.

suspensum, mutabile, varium, denique tale, quod rectius fieri quam esse dixeris. Atque in hunc modum Protagorae sententia deinceps explanatur. Significatur enim id quod esse dicatur, atque illud, quod fieri appellandum sit, ab eo temere esse confusum.

Ἆρ' οὖν πρὸς Χαρίτων—] In his verbis inest urbana Protagorae irrisio, quem Socrates dixit arcana placita sua cum discipulis quidem communicasse videri, profanae multitudini occultavisse. Nam istud *ἐν ἀπορρήτῳ* referendum haud dubie est ad arcanam scholae doctrinam, de quo usu loquendi v. Phaedon. p 62. B. ubi Astius Annot. p. 518 sq. non recte de oratione symbolica cogitat, Cratyl. p. 413. A. *ταῦτα πάντα διαπέπυσμαι ἐν ἀπορρήτοις*, De Rep. II. p. 378. A. *εἰ δὲ ἀνάγκη τις ἦν λέγειν, δι' ἀπορρήτων ἀκούειν ὡς ὀλιγίστοις*. Facete igitur discipulis Protagorae opponitur *ὁ πολὺς συρφετός*, h. e. *οἱ πολλοί*, magna eorum multitudo, qui non sunt ista scilicet sapientia imbuti. Sic Hipp. Mai. p. 288. D. Lucian. Hermotim. 1. *ἐν πολλῷ τῶν ἰδιωτῶν συρφετῷ*. Ibid. 21. *ἐν πολλῷ τῷ συρφετῷ*. De Histor. Conscrib. c. 10. *ἢν μὴ τὸν συρφετὸν καὶ τὸν πολὺν δῆμον ἐπινοῇς*, ad quem locum v. Herrmann. p. 74. Lepidum denique et urbanum etiam est iusiurandum *πρὸς Χαρίτων*, quo Lucianum quoque aliquoties usum esse docuit ad h. l. Heindorfius. Adde Lucian. Alexandr. §. 4. De Conscr. Hist. §. 14. Scyth. §. 9. Pseudom. §. 4. al.

Ἐγὼ ἐρῶ καὶ μάλ' οὐ φ.] Haec usque ad *ἄνω κάτω πάντα* exscripsit Stobaeus Eclogg. Phys. p. 42 sq. unde lectionis varietatem enotavit Fischerus. Redit autem verborum sententia huc fere. Nihil per se seorsum et vi ac natura sua constat, sed semper ad aliud quiddam refertur pendetque aliunde. Itaque nec ulli rei in se spectatae licet aliquid attribuere; siquidem quod magnum est, ut hoc utar, etiam parvum potest existere ac vicissim, prouti rerum ratio fert, quod parvum nunc est, idem magnum

ὡς μέγα προσαγορεύῃς, καὶ σμικρὸν φανεῖται, καὶ ἐὰν βαρύ, κοῦφον, ξύμπαντά τε οὕτως, ὡς μηδενὸς ὄντος ἑνὸς μήτε τινὸς μήτε ὁποιουοῦν· ἐκ δὲ δὴ φορᾶς τε καὶ κινήσεως καὶ κράσεως πρὸς ἄλληλα γίγνεται πάντα, ἃ δή φαμεν εἶναι, οὐκ ὀρθῶς προσαγορεύοντες· ἔστι μὲν γὰρ οὐδέποτ' οὐδέν, ἀεὶ δὲ γίγνεται. καὶ περὶ τούτου πάντες ἐξῆς οἱ σοφοὶ πλὴν E *Παρμενίδου ξυμφέρεσθον, Πρωταγόρας τε καὶ Ἡράκλειτος καὶ Ἐμπεδοκλῆς, καὶ τῶν ποιητῶν οἱ ἄκροι*

E. *ἀεὶ δὲ γίγνεται*] Sic Vat. Ceteri cum vett. edidit, *ἀεί.*

πλὴν Π. ξυμφέρεσθον] Vat. Ven. Σ. Vind. Zitt. *ξυμφερέσθων*, quod dedit Bekker, probante Schleiermachero. Stobaeus habet *ξυμφέρονται.*

potest alio tempore videri. Quippe omnia motu et agitatione mutuaque inter ipsa coniunctione oriuntur, ut potius fieri quam esse dicenda sint. Sextus Emp. Hypot. I. 217. *φησὶ τὴν ὕλην ῥευστὴν εἶναι* (Protagoras) κ. τ. λ. De *ὡς ἄρα*, quod frequentatur, sicubi aliquid affertur, quod aliunde notum esse significamus, conf. Phaedon. p. 97. C. Apol. Socr. p. 40. E. Politic. p. 276. C. 284. D. Cratyl. p. 386. A. Sophist. p. 230. D. Phaedr. p. 273. D. De Rep. II. p. 364. B. III. p. 414. D. Hipp. mai. p. 289. A. Lysid. p. 215. C. infra p. 174. E. al.

E. *πλὴν Παρμενίδου*] Parmenides enim totum ens, quod sempiternum est, verum existimans idque unum intuens ad hoc omnem disputationem suam retulit. v. Karsten. De Parmenid. p. 178 sqq. A cuius sententia plurimum recedebant physici, qui omnia effici volebant perpetua rerum vicissitudine et mutatione, ideoque veri indicium funditus tollebant. Ex quibus merito suo hic memoratur Heraclitus, quem primum docuisse constat *πάντα ῥεῖν ποταμοῦ δίκην*, v. Diog. L. IX. 8. Sext. Emp. Hypot. III. 115. Senec. Epist. 58. Plato infra p. 281. A. Cratyl. p. 402. A. conf. Wyttenbach. ad Plutarch. De S. N. V. p. 76. Et hunc quidem etiam Protagoras vel maxime hac in re sequutus est, unde Socrates dixit *Πρωταγόρας τε καὶ Ἡράκλειτος.* Utrumque iungit etiam Aristoteles Metaphys. III. in. Comes illi additur Empedocles, qui materiam rerum fecit quadruplicem, terram, aquam, aërem, ignem, eique causas duas efficientes praefecit, *φιλίαν* et *νεῖκος*; unde necesse est, ut et ipse motum et agitationem causam gignendi esse statuerit. v. Sext. Emp. Adv. Math. VII. 115 sqq. IX. 10. X. 317. Diog. L. VIII. 76. Praeter hos commemoratur Epicharmus, antiquissimus comoediae poëta et philosophus, qui res omnes censuit perpetua mutationum serie ita agitari, ut quae heri fuissent, ea hodie adhuc permanere negaret. Forte fortuna versus

τῆς ποιήσεως ἑκατέρας, κωμῳδίας μὲν Ἐπίχαρμος, τραγῳδίας δὲ Ὅμηρος· εἰπὼν γάρ
Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα Τηθύν

εἰπὼν γάρ] γάρ add. Par. CH. et rec. B. Flor. a. b. c.

eius hoc argumentum tractantes servavit Diogenes Laert. III. 12. ubi vid. intpp. coll. Wyttenbach. ad Plut. De S. N. V. p. 75 sqq. De Epicharmo comoediarum scriptore Theocr. Epigr. 17. 1. ἄτε φωνὰ Δώριος, Χώνῃ ὁ τὰν κωμῳδίαν εὑρὼν Ἐπίχαρμος. Themist. Or. XIX. p. 486. ed. Petav. ἐπεὶ καὶ κωμῳδία τὸ παλαιὸν ἤρξατο μὲν ἐκ Σικελίας. ἐκεῖθεν γὰρ ἦσαν Ἐπίχαρμός τε καὶ Φόρμος· κάλλιον δὲ Ἀθήναζε συνηυξήθη. Additur denique Homerus, cuius versiculus extat Iliad. ξ. 201. 302. Eum cur Plato dicat tragoediae principem, ex Rep. X. p. 595. B. et 598. D. perspicitur. Audias vero etiam Aristot. De art. poët. c. 4. §. 12. ὥςπερ δὲ καὶ τὰ σπουδαῖα μάλιστα ποιητὴς Ὅμηρος ἦν· μόνος γὰρ οὐχ ὅτι εὖ, ἀλλ' ὅτι καὶ μιμήσεις δραματικὰς ἐποίησεν· οὕτω καὶ τὰ τῆς κωμῳδίας σχήματα πρῶτος ὑπέδειξεν. ὁ γὰρ Μαργίτης ἀνάλογον ἔχει, ὥςπερ Ἰλιὰς καὶ Ὀδύσσεια πρὸς τὰς τραγῳδίας, οὕτω καὶ οὗτος πρὸς τὰς κωμῳδίας. Platoni vero Epicharmus et Homerus in utroque hoc poesis genere sunt *οἱ ἀκροί*, h. e. summi. de quo usu voc. conf. De Rep. II. p. 366. B. III. p. 405. A. V. p. 459. B. VI. p. 499. C. al. et Valckenaer. ad Theocrit. T. II. p. 262. ed. Rerol. Tenendum tamen inesse in his manifestam irrisionem. Quod enim Heracliti decretum omnia fluere ad Homerum et Epicharmum refertur, regnavit iam illa aetate inter philosophos hic mos, ut placita sua ad eos referrent, qui antiquitus floruissent sapientiae laude. Protagoram maxime id fecisse ex dialogo cognomine discimus. Imitati id postea sunt etiam Stoici, Academici et Pyrrhonii, de quibus v. Cicero De Nat. Deor. I. 15. Academ. II. 5, 6, 23, 24. Diog. Laërt. IX. 70. Restat ut dicendum sit de difficultate quadam critica. Libri enim plerique omnes cum vett. editt. habent *ξυμφερέσθων*. Quem numerum dualem aegerrime tulerunt grammatici. Heindorfius enim ex Stobaeo restituendum censet *ξυμφέρονται*. Bekkerus autem ex tribus codd. recepit *ξυμφερέσθων*, quod Buttmannus in priore editione Gr. Gr. Ampl. §. 87. 4. ann. p. 348. improbavit, in posteriore p. 340. iuxta cum Schleiermachero probavit; nec reiecit Matthiae Gr. §. 301. ann. Verum enim vero re accuratius perpensa imperativum ab hoc loco alienum esse facile reperies, quem utcunque explicaveris, tamen non poteris eo modo interpretari, ut omnis tollatur difficultas vel sermonis insolentia. Nec vero *ξυμφέρονται* ex Stobaeo revocandum putamus; quae si genuina fuisset scriptura, profecto non posset intelligi, quomodo in *ξυμφέρεσθον* depravata esset. Sed illud *ξυμφέρεσθον* nunc non putamus pro depravato habendum esse, modo numeri dualis causam rationemque, ut par est, accurate investigaverimus. Etenim falso Buttmannus Gr. Gr. §. 33. ann. 1. aliique statuerunt, antiquissimis tempori-

πάντα εἴρηκεν ἔκγονα ῥοῆς τε καὶ κινήσεως. ἢ οὐ δοκεῖ τοῦτο λέγειν;

ΘΕΑΙ. Ἔμοιγε.

Recepit Bekker.

bus numerum dualem vim usumque pluralis numeri obtinuisse: quam sententiam nuper Fr. W. Reimnitz in libro: Das System der griechischen Declination. Potsdam 1831. 8. p. 2 — 30. gravissimis argumentis impugnavit. Quippe tam parum certi fundamenti illa opinio habere videtur, ut ne apud antiquissimos quidem scriptores ullus locus reperiatur, in quo numeri dualis ita de pluribus rebus vel hominibus usurpati nullam a plurali numero differentiam observare liceat. In quam sententiam nuper quaedam disputarunt Nitschius Commentar. ad Homeri Odyss. Vol. II. p. 171. Dissen. ad Pindar. T. II. p. 39. et Frankius in Jahnii Novis Annal. a. 1824. Fasc. I. p. 4 sq. Enimvero locum habet ille numeri dualis usus ea tantum lege et condicione, ut rerum vel personarum consimilium quae enumerantur, binae semper formae atque classes discernendae sint. Ita Homer. Odyss. ϑ'. 48. recte vidit Dissenius duos ordines remigum significari. Iliad. ε'. 487. ἅλόντε recte interpretatur Scholiastes *ὑμεῖς καὶ αἱ γυναῖκες.* Iliad. ϑ'. 185. intelliguntur duo paria equorum. Aeschyl. Eumen. v. 256. (246 ed. Wellauer.) verum haud dubie Wellauerus pervidit. Mittimus alios locos: dicamus de verbis Platonis. Dissenius igitur Platonem arbitratur duali numero usum esse propterea, quod loquatur de duobus hominum generibus, philosophis et poëtis. Quod nobis quidem non satisfacit; neque enim philosophi atque poëtae tanquam par quoddam memorantur, sed alteri ab alteris discernuntur. Imo sic potius statuendum videtur. Memoravit philosophus tanquam binos poëtas Homerum et Epicharmum comicae alterum, alterum tragicae poeseos principem. Itaque hactenus numeri dualis usus aptus est sane atque legitimus. Quaeritur de philosophis. Hic vero tres nominari videmus. Itaque tertius alicui fortasse relegandus videatur. Nam deletis verbis *καὶ Ἐμπεδοκλῆς* prorsus eandem habebis formam orationis, qualis est Iliad. ϑ'. v. 185. *Ξάνθέ τε καὶ σύ, Πόδαργε, καὶ Αἴθων Λάμπε τε δίε, νῦν μοι τὴν κομιδὴν ἀποτίνετον.* Ac licebit utique hanc rationem speciosis commendare rationibus ex ipsa Empedoclis doctrina repetitis. Nec tamen hanc audaciam quisquam probabit, qui divam criticen meminerit ignem et ferrum odisse. Leniore igitur utamur ratione. Putamus enim locum eam admittere interpretationem, qua omnes dubitationes facile componantur. Secutus est Protagoras, ut antea vidimus, in hac doctrinae suae parte maxime Heraclitum ducem. Itaque Socrates Protagoram et Heraclitum acerbissima cum irrisione sic commemorat, ut utrumque tanquam unum ponat, ac deinde iis adiungat Empedoclem. Ita igitur, quanquam trium philosophorum nomina ponuntur, tamen binarum tantummodo familiarum significantur rationes: una, quae

153 Cap. IX. *ΣΩ. Τίς οὖν ἂν ἔτι πρός γε τοσοῦτον στρατόπεδον καὶ στρατηγὸν Ὅμηρον δύναιτο ἀμφισβητήσας μὴ οὐ καταγέλαστος γενέσθαι;*

ΘΕΑΙ. Οὐ ῥᾴδιον, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Οὐ γάρ, ὦ Θεαίτητε. ἐπεὶ καὶ τάδε τῷ λόγῳ σημεῖα ἱκανά, ὅτι τὸ μὲν εἶναι δοκοῦν καὶ τὸ γίγνεσθαι κίνησις παρέχει, τὸ δὲ μὴ εἶναι καὶ ἀπόλλυσθαι ἡσυχία· τὸ γὰρ θερμόν τε καὶ πῦρ, ὃ δὴ καὶ τἆλλα γεννᾷ καὶ ἐπιτροπεύει, αὐτὸ γεννᾶται ἐκ φορᾶς καὶ τρίψεως· τούτῳ δὲ κινήσει. ἢ οὐχ αὗται γενέσεις πυρός;

P. 153. *μὴ οὐ καταγέλ.*] *οὐ* om. Bodl. Vat. Ven. *ΑΞΣ*. Vind. Par. F H. Zitt. Flor. b. i. Darmst. In aliis nonnullis a sec. m. additum est.

τοῦτο δὲ κίνησις] *τούτῳ δὲ κινήσει* Bodl. Vat. Vind. Ven. *Σ*. et corr. *Π*. In marg. Bodl. *τοῦτο δὲ κίνησις*, et in altero marg. *δυικῶς*. Dualis si verus, legendum erit: *τούτω δὲ κινήσω* vel *κινήσει*. Et hoc tandem restitui.

communis fuit Heracliti et Protagorae, altera propria Empedoclis. Atque hoc si ita est, etiam causa in aprico est, cur philosophus duali numero usus sit. Quid enim potest esse accommodatius ad exprimendam urbanam hanc irrisionem, qua tacita Protagorae cum Heraclito de his rebus consensio significatur? Itaque dualis numerus omnino servandus erit.

P. 153. *ἐπεὶ καὶ τάδε τῷ λόγῳ σημεῖα ἱκανὰ*] Duplici errore in explicando hoc loco Heindorfius sese obstringi passus est; altero, quod *ὅτι* putavit pendere ex praecedenti *τῷ λόγῳ*; altero, quod *τὸ εἶναι δοκοῦν* explicat: das scheinbare Seyn, atque *τὸ εἶναι* pro substantivo, *δοκοῦν* autem pro praedicato accepit. Tertium etiam deinde errorem admiscuit, qui est critici generis: nam pro *αὗται γενέσεις* requirit potius *αὗται αἱ γενέσεις*. Quae omnia breviter refellamus. Itaque *ὅτι* illud pertinet ad *καὶ τάδε σημεῖα ἱκανά*: haec quoque, inquit, sermoni idoneo argumento sunt, quod motus efficit id, quod esse putamus atque *fieri*; quies autem affert *τὸ μὴ εἶναι καὶ ἀπόλλυσθαι*. Quae sententia proximis verbis accuratius illustratur atque confirmatur. Porro *τὸ μὲν εἶναι δοκοῦν* est *τοῦθ' ὃ εἶναι δοκεῖ*. Neque enim *τὸ μὲν εἶναι* dicere poterat Socrates propterea, quod ex mente Protagorae loquitur, qui revera speciem tantummodo et quasi umbram essentiae relinquebat. Multo minus autem *τὸ μὲν εἶναι δοκεῖν* dicere poterat, quo alia prorsus sententia efficeretur. Itaque hoc unum supererat, ut formula *τὸ εἶναι δοκοῦν* uteretur, quamvis subsequente *τὸ γίγνεσθαι*. Nimirum utrumque ideo recte coniungi potuit, quia et hoc et illud nominis substantivi vim et potestatem habet. Denique quod *αἱ* non illatum est post *αὗται*, legitima est haec constructio, ubi pro-

ΘΕΑΙ. Αὗται μὲν οὖν. B

ΣΩ. Καὶ μὴν τό γε τῶν ζώων γένος ἐκ τῶν αὐτῶν τούτων φύεται.

ΘΕΑΙ. Πῶς δ' οὔ;

ΣΩ. Τί δέ; ἡ τῶν σωμάτων ἕξις οὐχ ὑπὸ ἡσυχίας μὲν καὶ ἀργίας διόλλυται, ὑπὸ γυμνασίων δὲ καὶ κινήσεων ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ σώζεται;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Ἡ δ' ἐν τῇ ψυχῇ ἕξις οὐχ ὑπὸ μαθήσεως μὲν καὶ μελέτης, κινήσεων ὄντων, κτᾶταί τε μαθήματα καὶ σώζεται καὶ γίγνεται βελτίων, ὑπὸ δ' ἡσυ-

B. *τό γε τῶν ζώων γένος*] *τὸ ζώων* Bodl. et corr. Ven. *Π.* pro *τῶν ζώων*. Vat. *τὸ ζῶον γ.*

ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ] *ὡς* om. Bodl. Vat. et pr. Ven. *Π.* Vulgo *τὸ* articulus deerat, quem addunt Vat. Ven. *Π.* Stob. Eclog Phys. p. 42. Eodem modo variatur Thucyd. I. 12. ubi recte aliquot libri *ὡς ἐπὶ τὸ πολύ*.

nomen subiecti vicibus fungitur, nomen substantivum praedicati partes sustinet. Germanice dixeris: oder sind *dieses* nicht die Entstehungsweisen des Feuers? Diximus de hac re ad Apol. Socr. p. 18. A. 24. B. Men. p. 71. E. al.

B. *κινήσεων ὄντων*] Heindorfius sese ait scripturam Stobaei Eclogg. Eth. 30. p. 208. ed. Gesner. *κινήσεων οὐσῶν* recepturum fuisse, nisi offecisset Scholiastae auctoritas. Magis etiam de Stobaei lectione dubitavisset vir doctus, si compertum habuisset, quod scimus hodie, codices manuscriptos omnes uno consensu *ὄντων* tueri. Itaque nec Schaeferus sic temere audiendus est, qui ad Lambert. Bos. De Ellips. p. 281. et ad Apollon. Rhod. T. II. p. 628. *οὐσῶν* corrigendum censuit. Aliquanto lenius correxeris *ὄντοιν*, quod ex eo habet explicationem, quod participium masculinum in duali numero fungitur nomini feminino: cuiusmodi exempla vide apud Matthiaeum Gr. Gr. §. 436. quosque hic citavit. Verum dubitari potest, an ne hac quidem mutatione opus sit. Quum enim participia masculina etiam in plurali numero subinde iungantur femininis, neque dualis nominis cum plurali participiorum adeo raro copuletur, de qua re v. Matthiae l. c. fieri sane potest, ut *ὄντων* tolerabile videatur. Alio modo veterem lectionem defendit Bernhardy Syntax. p. 337. qui *ὄντων* pro neutro accepit, atque sic dictum iudicavit, ut *εἰ τοῦτ' ἐπιστήμη τυγχάνει ὄν*. Sed huiusmodi in locis participii genus accommodatur praedicato; v. ad Sympos. p. 191. E. longe alis est horum verborum ratio. Itaque aut *ὄντοιν* legendum, aut *ὄντων* eo, quo dixi, modo accipiendum.

κτᾶταί τε μαθήματα καὶ σώζεται καὶ γ. β.] Quum in altero membro orationis opponatur *οὔτε τι μανθάνει* et

χίας, ἀμελετησίας τε καὶ ἀμαθίας οὔσης, οὔτέ τι
C μανθάνει, ἃ τε ἂν μάθῃ ἐπιλανθάνεται;

ΘΕΑΙ. Καὶ μάλα.

ΣΩ. Τὸ μὲν ἄρα ἀγαθὸν κίνησις κατά τε ψυχὴν καὶ κατὰ σῶμα, τὸ δὲ τοὐναντίον;

ΘΕΑΙ. Ἔοικεν.

ΣΩ. Ἔτι οὖν σοι λέγω νηνεμίας τε καὶ γαλήνας καὶ ὅσα τοιαῦτα, ὅτι αἱ μὲν ἡσυχίαι σήπουσι καὶ ἀπολλύασι, τὰ δ' ἕτερα σώζει; καὶ ἐπὶ τούτοις

ἃ τε ἂν μάθῃ] V. *μάθοι*, quod solus Par. E. tuetur. Coniunctivum tuetur etiam Stob. Ecl. Eth. 30. p. 208. ed. Gesn.

C. καὶ ἀπολλύασι] Hanc formam pro vulg. ἀπολλύουσι praebuerunt Bodl. corr. Vat. Ven. ΞΠΣ. Vind. Zitt. ἀπολλῦσι Stob.

ἐπιλανθάνεται, in aprico est σώζεσθαι intelligendum esse de memoria, qua res cognitas servamus atque tenemus. Infra p. 163. D. ἐπ' ἐχοντα μνήμην αὐτοῦ τούτου καὶ σωζόμενον. De Rep. V. p. 455. B. ὃ δὲ πολλῆς μαθήσεως τυχὼν — ἃ ἔμαθε, σώζεται, quem locum etiam Heindorfius attulit. Poetarum locos quosdam notavit Brunck. ad Sophocl. Oed. Tyr. v. 319. Eur. Bacch. v. 782. et Monk. ad Eurip. Hippolyt. v. 391.

C. νηνεμίας τε καὶ γαλήνας κ. τ. λ.] Photius Lex. p. 218. νηνεμία· ἀνέμων ἀπουσία. Paullo ante quod κίνησις post τὸ μὲν interponitur, ne quis hic glossema odoretur, cavebunt quae scripsimus ad Gorg. p. 501. A. 518. A. De Rep. p. 338. D. 383. A. al. Nimirum locus intelligendus est sic: Alterum igitur bonum est, motum dico, et animo et corpori; alterum (quies) contrarium, i. e. κακόν.

ἐπὶ τούτοις τὸν κολοφῶνα ἂν. πρ.] De origine et usu proverbii κολοφῶνα ἐπιθεῖναι praeter scholiastam ad h. l. videndi sunt Strabo XIV. p. 952. Ruhnken. apud Heudium Spec. Crit. p. 33. Wyttenbach. ad Plut. De S. N. V. p. 21. ad Select. Princip. Hist. p. 441. Erasmus Adagg. Chil. II. 3, 45. Usus Plato hac formula est etiam Euthydem. p. 301. E. Legg. II. p. 673. D. 674. C. Latini item dicunt colophonem imponere vel addere de eo, qui quid ad finem et exitum perducit. Sed pro ἐπάγων vel ἐπιτιθεὶς Plato Socratem dicentem nunc fecit προσβιβάζων, quoniam finiendae argumentationis gratia quasi per vim quandam adhibet etiam auream illam catenam, de qua Homerus Iliad. Θ'. v. 17 sqq. ubi Eustathius: *Πλάτων δὲ αὐτὸν τὸν ἥλιον χρυσέαν λέγει σειρὰν. αὐτῷ γὰρ ἐκδεδέσθαι τὸ πᾶν.* Suidas: *Χρυσῆν σειρήν· οὕτως ὑπὸ Ὁμήρου τὸν ἥλιον λεγόμενον ἐν Θεαιτήτῳ Πλάτων φησί.* Patet autem Platonem huius catenae ideo mentionem iniicere, quia physicorum carpit perversitatem, qui in loco illo Homeri profundam quandam

τὸν κολοφῶνα ἀναγκάζω προσβιβάζων, τὴν χρυσῆν σειρὰν ὡς οὐδὲν ἄλλο ἢ τὸν ἥλιον Ὅμηρος λέγει, καὶ δηλοῖ, ὅτι ἕως μὲν ἂν ἡ περιφορὰ ᾖ κινουμένη καὶ ὁ ἥλιος, πάντα ἔστι καὶ σώζεται τὰ ἐν θεοῖς τε καὶ ἀνθρώποις· εἰ δὲ σταίη τοῦτο ὥσπερ δεθέν, πάντα χρήματ' ἂν διαφθαρείη καὶ γένοιτ' ἂν τὸ λεγόμενον ἄνω κάτω πάντα; D

ΘΕΑΙ. Ἀλλ' ἔμοιγε δοκεῖ, ὦ Σώκρατες, ταῦτα δηλοῦν, ἅπερ λέγεις.

Cap. X. ΣΩ. Ὑπόλαβε τοίνυν, ὦ ἄριστε,

ἀναγκάζω προσβιβάζων] Vulgo προσβιάζων. Recte Bodl. Vat. Ven. *II.* Florentini, Zitt. alii cum Stobaeo προσβιβάζων.

D. ὥσπερ δεθέν] δοθὲν Bodl. Vat. Ven. Σ. Vind. alii errore.

doctrinam de rerum natura absconditam latere sibi persuasissent: unde factum est, ut ipse a posterioris aetatis scriptoribus, irrisionis vim non sentientibus, in huius perversitatis communionem venisse temere existimaretur. Etenim Platonici recentiores dici non potest, quantum hanc de Platonis scilicet de aurea catena sententiam celebraverint. De qua re v. quos laudarunt Creuzerus ad Procli Institut. Theolog. Plat. p. 142. Hermann. ad Lucian. De Histor. Conscrib. p. 56. Pro ἀναγκάζω προσβιβάζων Dobraeus Adversar. T. I. p. 115. corrigendum putat ἀναγαγὼν προσβιβάζω. Qua mutatione haudquaquam indigemus. Recte enim monuit Heusdius et Heindorfius, ἀναγκάζειν esse evincere, cogere alterum, ut quid concedat: quae verbi significatio apud Platonem non est infrequens. v. infra p. 196. B. Gorg. p. 472. B. Sympos. p. 223. D. Cratyl. p. 432. C. Politic. p. 284. B. De Rep. X. p. 611. B. al. De solis vi similia leguntur Cratyl. p. 413. B.

D. γένοιτ' ἂν τὸ λεγόμενον ἄνω κάτω πάντα] Schol. Παροιμία, ἄνω κάτω πάντα, ἐπὶ τῶν τὴν τάξιν μεταστρεφόντων. Μένανδρος Ἐγχειριδίῳ καὶ ἐν Χήρᾳ· Τὸ λεγόμενον τοῦτ' ἐστὶ νῦν Τἄνω κάτω, φασί, τὰ κάτω δ' ἄνω. v. ad Phaedon. p. 96. B. et quae ex schedis Ruhnkenii publicavit Bakius ad Cleomed. p. 382. ubi inter alia citantur loci Aristophanis Avv. v. 3. Lysistr. v. 710. Ecclesiaz. v. 654.

Ὑπόλαβε τοίνυν, ὦ ἄριστε] Schol. Δευτέρα κατασκευὴ ὑπὲρ τῶν Πρωταγόρᾳ δοκούντων. Posteaquam demonstratum est, secundum Protagorae sententiam nihil per se esse, omnia aliorsum referri et motu atque agitatione effici, porro, quid inde consequi existimandum sit, exemplis nonnullis docetur. Nam ex illius ratione color extra oculos atque visum nullus est, qui efficitur tantummodo sic, ut quid extrinsecus oculos feriens eos aliquo modo afficiat. Omnino enim in rebus ipsis nulla qualitas inest, quae si videtur inesse, pendet potius ex

οὑτωσί. κατὰ τὰ ὄμματα πρῶτον, ὃ δὴ καλεῖς χρῶμα λευκόν, μὴ εἶναι αὐτὸ ἕτερόν τι ἔξω τῶν σῶν ὀμμάτων μηδ' ἐν τοῖς ὄμμασι· μηδέ τιν' αὐτῷ χώραν ἀποτάξῃς. ἤδη γὰρ ἂν εἴη τε ὂν που ἐν τάξει καὶ μένοι καὶ οὐκ ἂν ἐν γενέσει γίγνοιτο.

ΘΕΑΙ. Ἀλλὰ πῶς;

ΣΩ. Ἐπώμεθα τῷ ἄρτι λόγῳ, μηδὲν αὐτὸ καθ' αὑτὸ ἓν ὂν τιθέντες· καὶ ἡμῖν οὕτω μέλαν τε καὶ λευκὸν καὶ ὁτιοῦν ἄλλο χρῶμα ἐκ τῆς προσβολῆς τῶν ὀμμάτων πρὸς τὴν προσήκουσαν φορὰν φανεῖ-
154 ται γεγενημένον, καὶ ὃ δὴ ἕκαστον εἶναί φαμεν χρῶμα, οὔτε τὸ προσβάλλον οὔτε τὸ προσβαλλόμενον

κατὰ τὰ ὄμματα] καὶ τ. ὄμμ. cum Stobaeo Eclogg. Phys. p. 150. Bodl Vat. Ven. *ΠΣ*. Vind. Florr. alii. male.

E. εἴη τε ὂν που ἐν τάξει] Sic Heindorfius et Bekkerus de coniectura scripserunt. Libri ἂν pro ὄν habent. Dein vett. editt. ἐν τῇ γενέσει. Sed carent articulo libri manuscripti omnes praeter Ven. *Ξ*.

ratione et necessitudine, qua cum aliis rebus continentur. Sed de disputationis nexu ac serie in Prolegomenis explicatum est.

μὴ εἶναι αὐτὸ ἕτερόν τι] non esse illud diversum quiddam, quod per se consistat et a ceteris rebus diversum sit. Mox dicitur μηδὲν αὐτὸ καθ' αὑτὸ ἓν ὄν. Itaque coniecturam Heusdii ἑτέρωθι scribendum putantis merito reiecerunt Heindorfius et Schleiermacherus. Nec probanda in proximis coniectura, quam facere sustinuit Heusd. pro ἐν γενέσει requirens ἔτι τῇ γενέσει, quum tamen isto ἔτι τῇ facile careamus. Sententia haec est: nam si tanquam diversum quiddam esset et locum aliquem teneret, iam alicubi in ordine collocatum extaret atque permaneret expers omnis mutationis et vicissitudinis, ideoque nec generatione demum oriretur.

E. ἐκ τῆς προσβολῆς τῶν ὀμμάτων —] Recte Ficinus: ex applicatione oculorum ad convenientem (oculis) motionem. Schol. προσήκουσαν interpretatur σύμμετρον, quod eodem redit. Vult igitur coloris vim naturamque neque in oculis neque in re quapiam externa quaerendam esse, sed in concursione et quasi frictione quadam visus et motus extrinsecus oblati et oculis convenientis: quam sententiam infra clarius etiam illustrabit, ubi de duplici motu explicaturus est. In proximis μεταξὺ cum τὶ iunctum adiectivi instar est, ut Sympos. p. 202. A. ὅτι ἔστι τι μεταξὺ σοφίας καὶ ἀμαθίας. De Rep. VI. p. 511. D. al. Sic alibi etiam πέλας, ἐγγύς, et πόρρω adiectivorum instar sunt.

ἔσται, ἀλλὰ μεταξύ τι ἑκάστῳ ἴδιον γεγονός. ἢ σὺ διϊσχυρίσαιο ἄν, ὡς οἷον σοὶ φαίνεται ἕκαστον χρῶμα, τοιοῦτον καὶ κυνὶ καὶ ὀτῳοῦν ζώῳ;

ΘΕΑΙ. Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε.

ΣΩ. Τί δέ; ἄλλῳ ἀνθρώπῳ ἆρ' ὅμοιον καὶ σοὶ φαίνεται ὁτιοῦν; ἔχεις τοῦτο ἰσχυρῶς, ἢ πολὺ μᾶλλον, ὅτι οὐδὲ σοὶ αὐτῷ ταὐτὸν διὰ τὸ μηδέποτε ὁμοίως αὐτὸν σεαυτῷ ἔχειν;

ΘΕΑΙ. Τοῦτο μᾶλλόν μοι δοκεῖ ἢ ἐκεῖνο.

ΣΩ. Οὐκοῦν εἰ μὲν ὃ παραμετρούμεθα ἢ οὗ ἐφαπτόμεθα, μέγα ἢ λευκὸν ἢ θερμὸν ἦν, οὐκ ἄν B ποτε ἄλλῳ τῳ προσπεσὸν ἄλλο ἂν ἐγεγόνει, αὐτό γε

P. 154. *Τί δέ; ἄλλῳ ἀνθρ.*] Steph. corr. *Τί δέ; οἷον ἄλλῳ ἀνθρώπῳ, ἆρ' ὅμοιον καὶ σοὶ φαίνεσθαι ὁτιοῦν, ἔχεις τοῦτο ἰσχυρῶς*; Male. Tritum est *ὅμοιος καί.*

B. *ὃ παραμετρούμεθα*] Libri *ᾧ.* Correxit Cornarius et Vir Doctus in Obss. Misc. T. II. p. 274. *ὃ* dedit etiam Bekkerus, Ficinum ducem secutus.

P. 154. *Τί δέ, ἄλλῳ ἀνθρώπῳ* —] Hic quoque ne literulam quidem loco movendam arbitramur. Sensus verborum hic est: Quid vero; alii homini num quidlibet pariter atque tibi simile videtur? tenesne hoc firmiter (certo tibi persuasisti) an potius censes ne tibi ipsi quidem idem apparere, propterea quod nunquam tibimet ipsi constes? Post *ὅμοιον* usurpari *καὶ* eodem modo quo post simile et similiter Latinis atque frequentatur, tralaticium est. De *ἔχεις ἰσχυρῶς*, quod idem fere est atque *διισχυρίζει*, v. ad Phaedon. p. 71. B.

B. *Οὐκοῦν εἰ μὲν ὃ παραμετρούμεθα*—] Itaque si id, quod cum altero collatum metimur vel quod attingimus, magnum aut album aut calidum esset, nunquam in aliud quid incidens aliud posset existere, quia ipsum nulla ex parte mutaretur; sin autem id, quod metitur aliquid vel attingit quidquid illorum (h. e. magnum, vel album vel calidum) esset, non posset accedente altero vel aliquo modo affecto aliud fieri, quia ipsum non afficeretur. Sententia igitur haec est: neque res extrinsecus obiectae neque sensus nostri atque opiniones, si qualitates in se haberent, aliquam mutationem vel vicissitudinem experirentur, quod tamen ita esse docet rerum experientia atque usus. Itaque recte Cornarius ac Salvinius Obss. Misc. II. p. 274 pro *ᾧ παραμετρούμεθα* scribendum censuerunt *ὃ παραμετρούμεθα*, quod etiam Heindorfio, Schleiermachero et Astio placuit. Codd. tamen omnes *ᾧ* tenent pertinaciter.

μηδὲν μεταβάλλον· εἰ δὲ αὖ τὸ παραμετρούμενον ἢ ἐφαπτόμενον ἕκαστον ἦν τούτων, οὐκ ἂν αὖ ἄλλου προσελθόντος ἢ τι παθόντος αὐτὸ μηδὲν παθὸν ἄλλο ἂν ἐγένετο. ἐπεὶ νῦν γε, ὦ φίλε, θαυμαστά τε καὶ γελοῖα εὐχερῶς πως ἀναγκαζόμεθα λέγειν, ὡς φαίη ἂν Πρωταγόρας τε καὶ πᾶς ὁ τὰ αὐτὰ ἐκείνῳ ἐπιχειρῶν λέγειν.

ΘΕΑΙ. Πῶς δὴ καὶ ποῖα λέγεις;

C ΣΩ. Σμικρὸν λαβὲ παράδειγμα, καὶ πάντα εἴσει ἃ βούλομαι. ἀστραγάλους γάρ που ἓξ, ἂν μὲν τέτταρας αὐτοῖς προσενέγκῃς, πλείους φαμὲν εἶναι τῶν τεττάρων καὶ ἡμιολίους, ἐὰν δὲ δώδεκα, ἐλάττους καὶ ἡμίσεις· καὶ οὐδὲ ἀνεκτὸν ἄλλως λέγειν. ἢ σὺ ἀνέξει;

ΘΕΑΙ. Οὐκ ἔγωγε.

ΣΩ. Τί οὖν; ἄν σε Πρωταγόρας ἔρηται ἢ τις

ἄλλῳ τῳ προσπεσόν] Ald. Bas. 1. 2. ᾧ pro τῳ. In codd. vocula deest. Praeterea Bodl. Vat. Ven. *II.* Par. B. οὐκ ἄν ποτε ἄλλο πρ.

D. ἐγώ τε καὶ σὺ ἤμεν] Steph. γε pro τε.

εὐχερῶς πως ἀναγκαζόμεθα λέγειν] Nunc quidem, inquit, si cum vulgo sentientes rebus ipsis suam quandam constantemque naturam tribuamus, admirabilia et ridicula sic temere cogimur dicere, sicuti Protagorae videatur et quicunque eadem atque ille dicere instituerit. Infra p. 184. B. τὸ — εὐχερὲς τῶν ὀνομάτων τε καὶ ῥημάτων καὶ μὴ δι' ἀκριβείας ἐξεταζόμενον. De Rep. II. p. 475. C. τὸν — εὐχερῶς ἐθέλοντα παντὸς μαθήματος γεύεσθαι. Demosthen. De Coron. p. 315. οὐ γὰρ — πάντ' οἶμαι δεῖν εὐχερῶς λέγειν, ἀλλ' ὅσα μηδὲν αἰσχρὸν ἐστιν εἰπεῖν ἐμέ.

C. καὶ ἡμιολίους] h. e. valore $1\frac{1}{2}$: 1. sive 3 : 2. Mox ante ὅτι οὐκ ἔστιν ex praegresso τί ἀποκρινεῖ repetendum ἀποκρινοῦμαι. — πρὸς τὴν προτέραν sc. τὴν περὶ τῶν ἀστραγάλων, ut bene monet Heindorfius. Idem vir doctus in proximis φυλάττων censuit idem esse quod φυλαττόμενος. In quo, si quid iudicare possumus, aliquantum a vero aberravit. Nam φυλαττόμενος esset *mihi cavens*; sed φυλάττων valet animum ad rem attendens et observans, ne contraria et pugnantia dicam. Itaque φυλάττει τι, qui rei ipsius causa aliquid observat; sed φυλάττεταί τι, qui sibi in aliqua re cavet. Ad hanc normam exigenda sunt etiam quae de hoc genere notarunt Dorvill. ad Chariton. p. 442. ed. Lips. Elmsleius ad Eurip. Med. v. 314. Schaefer. ad Demosthen. Appar. II. p. 215. Lobeck. ad

ἄλλος, Ὦ Θεαίτητε, ἔσθ' ὅπως τι μεῖζον ἢ πλέον γίγνεται ἄλλως ἢ αὐξηθέν; τί ἀποκρινεῖ;

ΘΕΑΙ. Ἐὰν μέν, ὦ Σώκρατες, τὸ δοκοῦν πρὸς τὴν νῦν ἐρώτησιν ἀποκρίνωμαι, ὅτι οὐκ ἔστιν· ἐὰν δὲ πρὸς τὴν προτέραν, φυλάττων μὴ ἐναντία εἴπω, ὅτι ἔστιν. D

ΣΩ. Εὖ γε νὴ τὴν Ἥραν, ὦ φίλε, καὶ θείως. ἀτάρ, ὡς ἔοικεν, ἐὰν ἀποκρίνῃ ὅτι ἔστιν, Εὐριπίδειόν τι ξυμβήσεται· ἡ μὲν γὰρ γλῶττα ἀνέλεγκτος ἡμῖν ἔσται, ἡ δὲ φρὴν οὐκ ἀνέλεγκτος.

ΘΕΑΙ. Ἀληθῆ.

ΣΩ. Οὐκοῦν εἰ μὲν δεινοὶ καὶ σοφοὶ ἐγώ τε καὶ σὺ ἦμεν, πάντα τὰ τῶν φρενῶν ἐξητακότες, ἤδη ἂν τὸ λοιπὸν ἐκ περιουσίας ἀλλήλων ἀποπειρώμενοι, ξυνελθόντες σοφιστικῶς εἰς μάχην τοιαύτην, ἀλλήλων τοὺς λόγους τοῖς λόγοις ἐκρούομεν· νῦν δὲ ἅτε E

E. τοῖς λ. ἐκρούομεν] Steph. errore ἐκκρούομεν. Dein αὐτὰ Bodl. pro vulg. αὐτά. Pro τί ποτ' ἐστίν Steph. con. τίνα, sed v. ad Phaedon. in.

Phryn. p. 363. intpp. ad Gorg. p. 461. D. ubi verum pervidit Astius.

D. ἡ μὲν γὰρ γλῶττα—] Respicitur ad notissimum illum versum Eurip. Hippolyt. 612. ubi v. intpp. coll. Ciceron. De Offic. III. 29. et Hug. Grotio De iure belli et pacis L. II. 13.

ἐκ περιουσίας ἀλλήλων ἀποπειρ.] Formula ἐκ περιουσίας proprie est zum Ueberfluss, überflüssiger Weise, quod varie intelligi potest pro variis locorum, in quibus ea reperitur, condicionibus. Potest igitur esse otii fallendi causa, vor langer Weile, vel ioci gratia, nulla urgente necessitate sed mera protervia et lubidine ut h. l. etc. Dixerunt de hac re interpretes ad Demosthen. Pro Coron. T. II. p. 18 sqq. Apparat. ed. Schaefer. conf. Harpocrat. in v. Ἐκ περιουσίας. Hesych. T. I. p. 1147. Patet vero acerbe notari eristicos ex eiusmodi rebus rixandi cavillandique opportunitates studiose captantes: quales multos etiam inter Protagorae discipulos fuisse in Prolegomenis ad Euthydemum disputavimus.

E. τοὺς λόγους τοῖς λόγοις ἐκρούομεν] rationes rationibus eluderemus. Videndum tamen, an legendum sit cum Heindorfio ἐξεκρούομεν, de quo verbo v. ad Protagor. p. 336. C. Nisi forte malueris κρούειν explorandi vi et significatione positum existimare, quae tamen minus in hunc locum convenit.

ἰδιῶται πρῶτον βουλησόμεθα θεάσασθαι αὐτὰ πρὸς αὐτά, τί ποτ' ἐστὶν ἃ διανοούμεθα, πότερον ἡμῖν ἀλλήλοις ξυμφωνεῖ ἢ οὐδ' ὁπωστιοῦν.

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν ἔγωγε τοῦτ' ἂν βουλοίμην.

Cap. XI. *ΣΩ.* Καὶ μὴν ἔγωγε. ὅτε δ' οὕτως ἔχει, ἄλλο τι ἢ ῥῆμα, ὡς πάνυ πολλὴν σχολὴν ἄγον-
155 τες, πάλιν ἐπανασκεψώμεθα, οὐ δυσκολαίνοντες, ἀλλὰ τῷ ὄντι ἡμᾶς αὐτοὺς ἐξετάζοντες, ἅττα ποτ' ἐστὶ ταῦτα τὰ φάσματα ἐν ἡμῖν, ὧν πρῶτον ἐπισκοποῦντες φήσομεν, ὡς ἐγὼ οἶμαι, μηδέποτε μηδὲν ἂν μεῖζον μηδὲ ἔλαττον γενέσθαι μήτε ὄγκῳ μήτε ἀριθμῷ, ἕως ἴσον εἴη αὐτὸ ἑαυτῷ. οὐχ οὕτως;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Δεύτερον δέ γε, ᾧ μήτε προστιθοῖτο μήτε ἀφαιροῖτο, τοῦτο μήτε αὐξάνεσθαί ποτε μήτε φθίνειν, ἀεὶ δὲ ἴσον εἶναι,

Καὶ μὴν ἔγωγε] Sic Bodl, corr. Vat. Ven. *ΞΣ*. Zitt. Edilt. habent *Καὶ μὴν ἐγώ*. Astius coni. *Καὶ μὴν καὶ ἐγώ*. Sed *καὶ μήν* nunc dicitur ut interdum *καὶ γάρ* sic, ut *καὶ* primum afficiat post *καὶ μήν* vocabulum.

ἄλλο τι ἢ ῥῆμα] *ἢ* om. Coisl. corr. Extrusit Bekker.

P. 155. *ἕως ἴσον εἴη*] V. *ἕως ἴσον ἂν εἴη*. Omittunt *ἂν*

τί ποτ' ἐστὶν ἃ διανοούμ.] De hac constructione v. ad Phaedon. p. 57. A. Matthiae Gr. §. 488. 7. Dativum *ἡμῖν* attigimus supra p. 143. E. ubi *ὑμῖν* eodem positum modo legebatur. Nam *ἀλλήλοις* neutro genere accipiendum: num ea inter ipsa conveniant nec pugnantia pronuntiaverimus. Tum Astius coniecit *Καὶ μὴν καὶ ἐγώ*. Quo non opus, siquidem *καὶ* ad *ἐγὼ* referri licet; sicuti fit in *καὶ γάρ*, quod non tantum est etenim, sed etiam nam etiam v. ad Menon. p. 97. E.

P. 155. *ἅττα ποτ' ἐστὶ ταῦτα τὰ φάσματα ἐν ἡμῖν*] Heusdius, quoniam tria illa, quae deinceps memorantur, non *φάσματα* sint, sed *ὁμολογήματα*, apte subiungi negat *ὧν*. Itaque pro *ὧν πρῶτον* legi iubet *πρῶτον οὖν*. Quae profecto iusto audacior correctio est eademque, opinor, non necessaria. Nec tamen difficultatem tollit Scholiastae explicatio: *Φάσματα λέγει ταῦτα, ὡς τῶν ψυχῶν ἀπατηλά, εἰ μή τις ὀρθῶς αὐτὰ μεταλάβοι*, in qua una Buttmannus acquiescendum putavit. Nam etsi haec interpretatio per se est verissima, tamen vel sic mirum accidit pronomen *ὧν*, nisi illud aliter atque vulgo fieri solet explicaveris. Talis vero explicatio utique suppetit. Etenim *ὧν* dictum est pro *περὶ*

ΘΕΑΙ. Κομιδῇ μὲν οὖν.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν οὐ καὶ τρίτον, ὃ μὴ πρότερον B
ἦν, ἀλλὰ ὕστερον τοῦτο εἶναι ἄνευ τοῦ γενέσθαι καὶ
γίγνεσθαι ἀδύνατον;

ΘΕΑΙ. Δοκεῖ γε δή.

ΣΩ. Ταῦτα δή, οἶμαι, ὁμολογήματα τρία μά-
χεται αὐτὰ αὑτοῖς ἐν τῇ ἡμετέρᾳ ψυχῇ, ὅταν τὰ
περὶ τῶν ἀστραγάλων λέγωμεν, ἢ ὅταν φῶμεν ἐμὲ
τηλικόνδε ὄντα, μήτε αὐξηθέντα μήτε τοὐναντίον
παθόντα, ἐν ἐνιαυτῷ σοῦ τοῦ νέου νῦν μὲν μείζω
εἶναι, ὕστερον δὲ ἐλάττω, μηδὲν τοῦ ἐμοῦ ὄγκου
ἀφαιρεθέντος ἀλλὰ σοῦ αὐξηθέντος. εἰμὶ γὰρ δὴ C
ὕστερον ὃ πρότερον οὐκ ἦν, οὐ γενόμενος· ἄνευ γὰρ
τοῦ γίγνεσθαι γενέσθαι ἀδύνατον, μηδὲν δὲ ἀπολλὺς
τοῦ ὄγκου οὐκ ἂν ποτε ἐγιγνόμην ἐλάττων. καὶ ἄλλα

Bodl. Coisl. Vat. Ven. *ΑΠ.* Par. BCEF. Flor. a. b. c. i. et corr. Par. H. His igitur obtemperandum fuit, quamquam voculam defendi posse bene novimus.

μήτε προστιθοῖτο] Vat. Ven. *Π. προστίθοιτο.*

B. *Ἆρ' οὖν οὐ καὶ τρίτον*] *οὐ* om. Ven. *Α.* Par. BCH.

C. *ὃ πρότερον οὐκ ἦν*] *ἤ* Vat. Ven. *Π.* et pr. Bodl. Coisl, Vind. Par. B, probante Bekkero.

ὤν, de quo usu loquendi v. Matthiae Gr §. 342. et quos ille citavit. Quanquam cavendum est, ne genitivum per ellipsin praepositionis *περὶ* interpretandum opineris, qui pendet potius ex *πρῶτον* eodem fere modo, quo dicitur *τοῦτ' αὐτῶν*, dieses an ihnen, *ἓν αὐτῶν*, eins an ihnen, et quae sunt similia. Mox quod vulgo scribebatur *ἕως ἴσον ἂν εἴη*, id etsi excusationem paratam habet ex iis, quae ad Phaedon. p. 101. D. exposuimus, tamen quia *ἄν* deest in codicibus fere omnibus, non iam illud tueri ausi sumus.

ᾧ μήτε προστιθοῖτο μήτε ἀφαιροῖτο] Intell. *τι* s. *μηδέν*, de qua ellipsi praeter ea, quae ad h. l. scripsit Heindorfius, legenda sunt quae ipsi annotavimus ad Reipubl. I. p. 339. B. et Euthyphron. p. 3. D.

B. *ἀλλὰ ὕστερον τοῦτο εἶναι* —] Schol. *ὁ Πρόκλος τὸ ἀλλὰ παρέλκειν λέγει.* Recte interpretatur Heindorfius: quod non prius erat, at postea id esse *ἄνευ τ. γ.* etc. laudato Hoogevenio Doctrin. Part. Gr. ed. Schütz. p. 14. Latinorum usum tetigit Hand. in Tursellino T. I. p. 427 sqq. Vulgo perperam post *ὕστερον* commate interpungitur.

δὴ μυρία ἐπὶ μυρίοις οὕτως ἔχει, εἴπερ καὶ ταῦτα παραδεξόμεθα. ἔπει γάρ που, ὦ Θεαίτητε· δοκεῖς γοῦν μοι οὐκ ἄπειρος τῶν τοιούτων εἶναι.

ΘΕΑΙ. Καὶ νὴ τοὺς θεούς γε, ὦ Σώκρατες, ὑπερφυῶς ὡς θαυμάζω, τί ποτ' ἐστὶ ταῦτα, καὶ ἐνίοτε ὡς ἀληθῶς βλέπων εἰς αὐτὰ σκοτοδινιῶ.

D ΣΩ. Θεόδωρος γάρ, ὦ φίλε, φαίνεται οὐ κακῶς τοπάζειν περὶ τῆς φύσεώς σου. μάλα γὰρ φιλοσόφου τοῦτο τὸ πάθος, τὸ θαυμάζειν· οὐ γὰρ ἄλλη ἀρχὴ φιλοσοφίας ἢ αὕτη, καὶ ἔοικεν ὁ τὴν Ἶριν Θαύμαντος ἔκγονον φήσας οὐ κακῶς γενεαλογεῖν. ἀλλὰ πότερον μανθάνεις ἤδη, διὸ ταῦτα τοι-

ἔπει γάρ που] Libri εἰπέ. Correxit Heindorf. probante Bekkero.

δοκεῖς γοῦν μοι] Sic Bodl. Coisl. Vat. Ven. Π. Par. BCH. Florentini. Vett. editt. μοι γοῦν. Mox pro νὴ τοὺς θεούς γε Porsonus teste Dobraeo ad Aristoph. Thesmoph. v. 709. coni. νὴ τοὺς θεοὺς ἔγωγε ὦ Σ. Sed γε iurisiurandi formulis additum tuentur Meineck. Quaest. Men. Sp. I. p. 52. Reisig. Coniect. p. 294.

D. μάλα γὰρ φιλοσόφου τοῦτο τὸ π.] Sententia multum celebrata. v. Gataker. ad Anton. I. 15. Davis. ad Cic. De Nat. Deor. I. 3. p. 7 sqq. ed. Creuzer. qui afferunt praeter alios Aristot. Metaphys. I. 2. διὰ τὸ θαυμάζειν οἱ ἄνθρωποι καὶ τὸ νῦν καὶ τὸ πρῶτον ἤρξαντο φιλοσοφεῖν, ἐξ ἀρχῆς μὲν τὰ πρόχειρα τῶν ἀπόρων θαυμάσαντες, εἶτα κατὰ μικρὸν οὕτω προϊόντες καὶ περὶ τῶν μειζόνων διαπορήσαντες. ὁ δ' ἀπορῶν καὶ θαυμάζων οἴεται ἀγνοεῖν. Clemens Alex. II. p. 380. A. τῆς ἀληθείας ἀρχὴ τὸ θαυμάζειν, ὡς Πλάτων ἐν Θεαιτήτῳ λέγει.

ἔοικεν ὃ τὴν Ἶριν — φήσας —] Facete Hesiodi verba Theogon. v. 780. ad rem suam traducit, ita quidem, ut iis consulto alium sensum atque poeta subiecerit. Suaviter enim philosophiam dicit Irin, nunciam deorum, Thaumantis filiam. De quo interpretandi lusu v. Boeckh. ad Pindar. Explicatt. p. 528. Ceterum in promtu est lusisse philosophum in originatione nominum Ἶρις et Θαῦμας.

E. μᾶλλον δὲ ἀνδρῶν — αὐτῶν] De pronomine αὐτῶν post ipsum nomen sic illato v. ad Sympos. p. 195. A. et Gorg. p. 482. D. Neque vero illud hic aliisque locis vi caret peculiari, siquidem praegressi nominis significationem quodammodo acuit et extollit. Praeterea observandum est, ἀνδρὸς de Protagora intelligi oportere. In cuiusmodi locis cavendum est, ne continuo desideremus articulum. Habet enim hoc quoque nomen varium et multiplicem usum, qui articuli omissionem facile ferat: de qua re nonnulla disputavimus ad Phaedrum p. 196 sqq. Et hic

αὖτ' ἐστὶν ἐξ ὧν τὸν Πρωταγόραν φαμὲν λέγειν, ἢ οὔπω;

ΘΕΑΙ. Οὔπω μοι δοκῶ.

ΣΩ. Χάριν οὖν μοι εἴσει, ἐάν σοι ἀνδρός, μᾶλλον δὲ ἀνδρῶν ὀνομαστῶν τῆς διανοίας τὴν ἀλήθειαν ἀποκεκρυμμένην συνεξερευνήσωμαι αὐτῶν; E

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὐκ εἴσομαι, καὶ πάνυ γε πολλήν;

Cap. XII. *ΣΩ.* Ἄθρει δὴ περισκοπῶν, μή τις τῶν ἀμυήτων ἐπακούῃ. εἰσὶ δὲ οὗτοι οἱ οὐδὲν ἄλλο οἰόμενοι εἶναι ἢ οὗ ἂν δύνωνται ἁπτὸς τοῖν χεροῖν

ὑπερφυῶς ὡς Θ.] ὡς add. Bodl. Vat. et Schol.

D. Θαύματος ἔχγονον] Θαύματος Ald. Bas. 1. 2. Vat. Ven. Σ. Vind. Zitt. Par. CH. et corr. Ven. Π. Par. B. In Bodl. est ἀθάματος.

E. συνεξερ. αὐτῶν] Par. BCE. αὐτήν.

ἁπτὸς τοῖν χεροῖν] Sic Vat. et pr. Bodl. Ven. Π. cum Ald. Bas. 1. 2. Vulgo ταῖν, quod in Bodl. supra versum adscriptum.

quidem apertum est, Socratem generaliter et infinite loqui, quamquam de Protagora eiusque familiaribus cogitat. Similiter Germanice dicas: eines so berühmten Mannes, et so berühmter Männer. Sentis igitur in hoc loco aliquid ironicae laudis inesse.

μή τις τῶν ἀμυήτων ἐπακούῃ] Rursus urbane ac facete ita loquitur Socrates, ut hanc Protagorae doctrinam arcanam esse simulet. v. p. 152. C. Pro ἐπακούειν quod Heindorfius requirit ὑπακούειν, vereor equidem, ut mutatione ulla opus sit. Nam ἐπακούειν est mit anhören, quod nunc rectissime dicitur: sed ὑπακούειν significat clam auscultare, quod etsi ab hoc loco non alienum fuerit, tamen minus elegans fore putamus. Fallitur autem Astius ad Gorg. p. 487. D. Commentar. Vol. II. p. 282. utriusque verbi discrimen hoc esse existimans, ut ὑπακούειν sit fortius quam ἐπακούειν; hoc enim esse simpliciter audire, hören, zuhören; illud vero attendere, attentum sequi alterius sermonem, ideoque etiam obtemperare, obedire. Nimirum obtemperandi et obediendi significatio huic verbo propria probe discernenda est ab altera illa, qua valet clam auscultare; attenti animi autem indicium omnino non videmus qua ratione in hoc verbo inesse possit. De ἐπακούειν conferas sis Protagor. p. 315. A. 317. D. Parm. p. 127. D. Sophist. p. 227. C. Legg. VI. p. 772. E. et de ὑπακούειν Sophist. p. 261. E. Reip. V. p. 459. C. Theaet. infra p. 162. D.

οἱ οὐδὲν ἄλλο οἰόμενοι —] Arcendos esse ait crassos istos atque pingues homi-

λαβέσθαι, πράξεις δὲ καὶ γενέσεις καὶ πᾶν τὸ ἀόρατον οὐκ ἀποδεχόμενοι ὡς ἐν οὐσίας μέρει.

ΘΕΑΙ. Καὶ μὲν δή, ὦ Σώκρατες, σκληρούς γε
156 *λέγεις καὶ ἀντιτύπους ἀνθρώπους.*

ΣΩ. Εἰσὶ γάρ, ὦ παῖ, μάλ' εὖ ἄμουσοι. ἄλλοι δὲ πολὺ κομψότεροι, ὧν μέλλω σοι τὰ μυστήρια λέγειν. ἀρχὴ δέ, ἐξ ἧς καὶ ἃ νῦν δὴ ἐλέγομεν πάν-

P. 156. *πολὺ κομψότεροι*] Sic Bodl. Vat. Ven. *Π.* Vett.

nes, qui nihil esse statuant, quod non possit manibus contrectari, et omne id, quod sensuum perceptionem fugiat, protenus esse negent. Non videtur dubium esse, quinam sint quos philosophus hic atque similiter Sophist. p. 245. E. sqq. acerbo sale perfricuit. Notavit haud dubie atomisticos, qui nihil praeter inane atque atomos esse statuebant, ideoque omnia ad corporis sensus referebant. Quapropter eos dicit nihil esse putare, nisi quod possint *ἁπρὶξ τοῖν χεροῖν* prehendere. Sophist. p. 247. C. *οἳ διατείνοιντ' ἂν πᾶν, ὃ μὴ δυνατοὶ ταῖς χερσὶ συμπιέζειν εἶναι, ὡς ἄρα τοῦτο οὐδὲν τοπαράπαν ἐστίν. — εἰ γὰρ καὶ σμικρόν τι ἐθέλουσι τῶν ὄντων συγχωρεῖν ἀσώματον, ἐξαρκεῖ.* Hesychius: *Ἁπρίξ, προσπεφυκότως, ἰσχυρῶς, σφόδρως, ὃ οὐχ οἷόν τε πρίασι διὰ τὴν σύφυσιν.* v. Ruhnken. ad Tim. p. 47. Blomfield. ad Aeschyl. Pers. v. 1058. Mox quod *ὡς ἐν οὐσίας μέρει* sine participio *ὄντα* vel *οὔσας* positum est, nihil hoc habet insolentiae. v. Matthiae Gr. §. 563. et 568.

σκληρούς γε λέγεις καὶ ἀντιτύπους ἀνθρ.] Atrocitatem certaminis istiusmodi hominum lepide depingit philosophus Sophist. p. 246. A. *καὶ μὴν ἔοικέ γε ἐν αὐτοῖς οἷον γιγαντομαχία τις εἶναι διὰ τὴν ἀμφισβήτησιν περὶ τῆς οὐσίας πρὸς ἀλλήλους. — οἱ μὲν εἰς γῆν ἐξ οὐρανοῦ καὶ τοῦ ἀοράτου πάντα ἕλκουσι, ταῖς χερσὶν ἀτεχνῶς πέτρας καὶ δρῦς περιλαμβάνοντες κ. τ. λ.* ubi Theaetetus: *ἦ δεινοὺς εἴρηκας ἀνδρας· ἤδη γὰρ καὶ ἐγὼ τούτων συχνοῖς περιέτυχον.* Voc. *ἀντίτυπος*, durus, cum aliis similis farinae vocabulis egregie illustravit Ruhnken. ad Tim. Gloss. p. 157. iam ab Heindorfio laudatus.

P. 156. *ἄλλοι δὲ πολὺ κομψότεροι*] Venustiores et magis scitos vocat eos, qui omnia motu contineri censeant. Quorum quidem sententiam hanc fere ait esse. Universum hoc motus est ac praeterea nihil. Sunt autem motus duae formae, quae etsi immensam in se habent diversitatem, tamen vis earum est eiusmodi, ut altera efficiat, altera sit patibilis. Quae quidem ubi congrediuntur, affectiones oriuntur numero infinitae, genere duplices. Discerni enim potest id, quod sensibile appellamus, atque ipse sensus, qui semper cum sensibili cohaeret. Sensus sunt visus, auditus, olfactus, tactus frigidorum et calidorum, item asperorum atque laevium, dolores, voluptates, timores, alii affectus innumeri,

τα ἤρτηται, ἥδε αὐτῶν, ὡς τὸ πᾶν κίνησις ἦν καὶ ἄλλο παρὰ τοῦτο οὐδέν, τῆς δὲ κινήσεως δύο εἴδη, πλήθει μὲν ἄπειρον ἑκάτερον, δύναμιν δὲ τὸ μὲν ποιεῖν ἔχον, τὸ δὲ πάσχειν. ἐκ δὲ τῆς τούτων ὁμιλίας τε καὶ τρίψεως πρὸς ἄλληλα γίγνεται ἔκγονα πλήθει μὲν ἄπειρα, δίδυμα δέ, τὸ μὲν αἰσθητόν, B
το δὲ αἴσθησις, ἀεὶ συνεκπίπτουσα καὶ γεννωμένη

edittt. πολλοὶ κ. Pro ἄλλοι δὲ Schleiermacherus malebat ἀλλ' οἵδε.

quorum pauci tantum nominibus insigniuntur, plurimi nomine carent. Sensibilia autem singula sensibus respondent suntque iis affinia: itaque visui respondent colores, aurium affectui voces, aliis alia. Iam vero motus aut celer aut tardus est. Quaecunque tarda sunt, tardo motu ad affinia feruntur et sic tarda gignunt; quaecunque autem sunt celeria, ea celeri motu ad affinia accedunt, et celeria gignere existimari debent. Itaque oculus, cum aliquo eorum, quae sub oculos cadunt, congressus, sicubi genuit albedinem ac sensum albedini affinem, res sic se habere existimanda est. Oculus repletur visu, atque existit non quidem visus sed oculus videns. Illud autem, quod una cum oculo genuit colorem, repletur albedine, ac fit non albedo, sed album quiddam, veluti lignum album, lapis albus, vel alia quaepiam res alba. Eadem ratio est duri, calidi, aliorum, quae omnia certe per se nihil sunt, sed motu et mutua coniunctione oriuntur. Quippe nec id, quod agit, nec illud, quod patitur, seorsum considerari potest, siquidem nihil agit, nisi aliquid habeat quod patiatur, atque vicissim; pati enim sine agente aliquo nihil potest. Quidquid porro cum altero quopiam congreditur et efficiendi vi pollet, id, si in aliud incidit, protenus ipsum pati apparet: sensu enim percipitur. Ex quibus omnibus consequitur, ut omnia fieri, nihil unquam esse existimare debeamus. Conferri utiliter cum hac Protagoreae sententiae explicatione poterunt, quae habet Sextus Empir. Pyrrh. Hypot. I. p. 44 sq.

ὡς τὸ πᾶν ἦν] h. e. *ἐστίν, ὡς ἐλέγομεν.* Etenim iam in superioribus p. 152. D. huius sententiae facta est mentio. Fallitur igitur Heindorfius magnopere, *ἦν* more scilicet Attico, qui profecto nullus est, pro *ἐστίν* positum ratus. Sic intelligendus etiam Cratyl. p. 387. C. de quo item fallitur vir doctus. v. ad Criton. p. 47. B. D. Phaedon. p. 72. A. 79. C. al.

B. *ἀεὶ συνεκπίπτουσα καὶ γεννωμένη*] In Astii editione Operum Platonicorum invenimus perscriptam ad h. l. coniecturam *συνεκτίκτουσα*. Quae sive profecta est ab ipso Astio sive ab alio quopiam homine docto (nihil enim refert), certe nullo modo comprobanda est. Etenim *αἴσθησις* significatur semper una cum *τῷ αἰσθητῷ* existere, neque vero illud procreare. Ex quo consequitur,

μετὰ τοῦ αἰσθητοῦ. αἱ μὲν οὖν αἰσθήσεις τὰ τοιάδε ἡμῖν ἔχουσιν ὀνόματα, ὄψεις τε καὶ ἀκοαὶ καὶ ὀσφρήσεις καὶ ψύξεις τε καὶ καύσεις καὶ ἡδοναί γε δὴ καὶ λῦπαι καὶ ἐπιθυμίαι καὶ φόβοι κεκλημέναι καὶ ἄλλαι, ἀπέραντοι μὲν αἱ ἀνώνυμοι, παμπληθεῖς δὲ αἱ ὠνομασμέναι· τὸ δ' αὖ αἰσθητὸν γένος τούτων ἑκάσταις ὁμόγονον, ὄψεσι μὲν χρώματα παν-
C *τοδαπᾶς παντοδαπά, ἀκοαῖς δὲ αὖ φωναί,*

B. *καὶ καύσεις*] Ven. *ΠΣ*. Par. B C. *γρ. θερμάνσεις*. quod glossema sapit. Habet etiam Bas. 2.
ἑκάσταις ὁμόγονον] *ἑκατῆς* Bodl. Vat. Ven. *ΠΞΣ*. alii

ut *συνεκπίπτουσα* pro vero habendum sit. Nec vero hoc verbum insolenter est positum, quandoquidem non raro dicitur sic, ut sit foras prodire, erumpere, evadere. Itaque *αἴσθησις* dicitur semper una cum sensibili apparere et quasi generari.

τὰ τοιάδε ἡμῖν ἔχουσιν ὀνόματα, ὄψεις τε καὶ ἀκοαὶ] Nominativi *ὄψεις καὶ ἀκοαὶ κ. τ. λ.* ideo ponuntur, quia *ἔχουσιν ὀνόματα* idem est quod *ὀνομάζονται*. Phaedon. p. 102. C. *ὁ Σιμμίας ἐπωνυμίαν ἔχει σμικρός τε καὶ μέγας εἶναι*. Ficinus: olfactus, gustus, tactusque frigidorum et calidorum. Inde Cornarius legendum coniecit: *καὶ ὀσφρήσεις καὶ γεύσεις καὶ θίξεις καὶ ψύξεις*. Cui Heindorfius de eo assentitur, quod in hac sensuum enumeratione *γεύσεις* desideravit, tactus autem significationem in verbis, *καὶ ψύξεις τε καὶ καύσεις* contineri iudicavit. Nos ne istud *γεύσεις* quidem opus esse putamus. Nam non agitur certe hic de plena omnium sensuum recensione, sicuti apparet etiam ex p. 186. D. ubi eadem quae hic ratio servatur.

καὶ ἡδοναί γε δὴ καὶ λ.] Sic *γὲ* et *γὲ δὴ* in complurium rerum recensione usurpari solet, ubi cum vi et gravitate quadam diversae ab reliquis notiones deinceps enumerantur. Xenoph. Mem. I. 2, 53. *ἐγὼ δ' αὐτὸν οἶδα μὲν καὶ περὶ πατέρων τε καὶ τῶν ἄλλων συγγενῶν τε καὶ περὶ φίλων ταῦτα λέγοντα, καὶ πρὸς τούτοις γε δή, ὅτι κ. τ. λ.* Oeconom. 5, 20. *ὑπὲρ ὑγρῶν — καὶ ὑπὲρ πάντων γε δὴ τῶν κτημάτων*. Vide quae de eodem usu voculae *γε* notavimus ad Hipp. mai. p. 301. A. et Apolog. Socr. p. 34. D.

τί δὴ οὖν ἡμῖν βούλεται οὗτος ὁ μῦθος — πρὸς τὰ πρ.] Cratyl. p. 395. B. *ὃ βούλεται ὁ Ἀτρεύς*, quid sibi velit Atrei nomen. — *πρὸς τὰ πρότερα*. Intelligit superiorem illam disputationem p. 152. C. sqq. ubi vim naturamque rerum motu contineri iudicabat. De nomine *μῦθος* dixit Wyttenbach. ad Phaedon. p. 61. B. = p. 127 sqq. ed. Bat.

ὅσον μὲν οὖν βραδύ, ἐν τῷ αὐτῷ —] Praeclare de hoc loco meruit Cornarius, qui acute perspexit, verba a nobis uncis inclusa requiri ad

καὶ ταῖς ἄλλαις αἰσθήσεσι τὰ ἄλλα αἰσθητὰ ξυγγενῆ γιγνόμενα. Τί δὴ οὖν ἡμῖν βούλεται οὗτος ὁ μῦθος, ὦ Θεαίτητε, πρὸς τὰ πρότερα; ἆρα ἐννοεῖς;

ΘΕΑΙ. Οὐ πάνυ, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Ἀλλ' ἄθρει, ἐάν πως ἀποτελεσθῇ. βούλεται γὰρ δὴ λέγειν, ὡς ταῦτα πάντα μέν, ὥςπερ λέγομεν, κινεῖται, τάχος δὲ καὶ βραδυτὴς ἔνι τῇ κινήσει αὐτῶν. ὅσον μὲν οὖν βραδύ, ἐν τῷ αὐτῷ

multi. Vitium natum ex itacismo.

χρώματα παντοδαπαῖς] Sic Bodl. Vat. Ven. *Π.* Vulgo *παντοδαπ. χρ.* inverso ordine.

sententiae integritatem. Quum enim codd. omnes iuxta cum Ald. Bas. 1. 2. ea non exhibeant, dubitari profecto non amplius licebit, quin ea unice Cornarii ingenio debeantur, praesertim quum is ipse de hac re sic loquatur, ut alieno eum fonte usum esse neutiquam sit verisimile. Nec vero difficile in tali quidem loco fuit, quae deessent, probabiliter supplere, siquidem ea est sententiarum ratio, ut paene mathematica demonstratione aliquid huiuscemodi desiderari evincere liceat. Quamquam singula verba Platonis manum referre quis est qui praestare audeat? Sed utut est, excogitavit certe Cornarius aliquid, quod ad ipsius Platonis scripturam prope accedere existimandum est. Cuius modi coniecturas, principum criticorum ingeniis dignas, vellemus item iis deberemus, qui de viri modesti laudibus maligne detrahere non erubuerunt. Fortasse tamen leniore medicina Platoni recta sententia reddi poterit. Quid enim? licebitne locum in hunc fere modum refingere: *ὅσον μὲν οὖν βραδύ, ἐν τῷ αὐτῷ καὶ πρὸς τὰ πλησιάζοντα τὴν κίνησιν ἴσχει καὶ οὕτω δὴ γεννᾷ· τὰ δὲ θᾶττον γεννώμενα οὕτω δὴ θάττω ἐστί, κ. τ. λ.*? h. e. quidquid igitur tardum est, id eodem loco et ad appropinquantia movetur atque sic (ut in eodem loco agitatum cum affinibus coeat) gignit, h. e. sic perceptionem tardiorem efficit: quae autem gignuntur celerius, item celeriora sunt, h. e. celeriorem habent sensuum perceptionem; non enim *ἐν ταὐτῷ* moventur, sed feruntur fitque motus eorum *ἐν φορᾷ*. Apparet enim opponi inter ipsa *ἐν ταὐτῷ κίνησιν ἔχειν* et *φέρεσθαι* vel *ἐν φορᾷ κίνησιν ἔχειν*, quibus verbis duplex motus significatur, de quo philosophus infra p. 181. D. et Parmen. p. 138. B. ubi inter *ἀλλοίωσιν* et *περιφορὰν* distinguitur. Itaque hac luce clarius apparet alterum genus perceptionum earumque tardiorum repeti ab *ἀλλοιώσει* sensuum, alterum a *φορᾷ*, quum sensus feriant celerius res extrinsecus oblatas. Quae si vera sunt, facili negotio diiudicabitur, quo loco habenda sit Scholiastae disputatio ita ad hunc locum commentantis: *Ὅσον μὲν οὖν βραδύ· οἷον, ὡς τὸ ἁπτὸν καὶ τὸ γευστόν. παρέλιπε δὲ ὄψιν καὶ ἀκοήν, ταχέως γενόμενα· τοῦ-*

καὶ πρὸς τὰ πλησιάζοντα τὴν κίνησιν ἴσχει καὶ οὕτω
D δὴ γεννᾷ, τὰ δὲ γεννώμενα οὕτω δὴ [βραδύτερά ἐστίν· ὅσον δὲ αὖ ταχύ, πρὸς τὰ πορρώθεν τὴν κίνησιν ἴσχει καὶ οὕτω γεννᾷ, τὰ δὲ γεννώμενα οὕτω δὴ] θάττω ἐστί. φέρεται γὰρ καὶ ἐν φορᾷ αὐτῶν ἡ κίνησις πέφυκεν. ἐπειδὰν οὖν ὄμμα καὶ ἄλλο τι τῶν τούτῳ ξυμμέτρων πλησιάσαν γεννήσῃ τὴν λευκότητά τε καὶ αἴσθησιν αὐτῇ ξύμφυτον, ἃ οὐκ ἄν ποτε ἐγένετο ἑκατέρου ἐκείνων πρὸς ἄλλο ἐλθόντος, τότε δὴ μεταξὺ φερομένων τῆς μὲν ὄψεως πρὸς τῶν
E ὀφθαλμῶν, τῆς δὲ λευκότητος πρὸς τοῦ συναποτίκτοντος τὸ χρῶμα, ὁ μὲν ὀφθαλμὸς ἄρα ὄψεως ἔμπλεως ἐγένετο καὶ ὁρᾷ δὴ τότε καὶ ἐγένετο οὔ τι ὄψις ἀλλὰ ὀφθαλμὸς ὁρῶν, τὸ δὲ ξυγγεννῆσαν τὸ χρῶμα λευκότητος περιεπλήσθη καὶ ἐγένετο οὐ λευ-

D. βραδύτερά ἐστι — γεννώμενα οὕτω δή] Desunt haec in libris omnibus. In editionem Steph. venerunt ex Cornarii Eclogis.

τῶν τούτῳ ξυμμέτρων] V. τούτων, quod correxit Cornarius. Et habent τούτῳ Bodl. Vat. alii.

E. εἴτε ὅτιοῦν ξυνέβη χρῆμα χρ.] ὁτουοῦν Bodl. Coisl.

των γὰρ σχεδὸν ἀχρόνως αἰσθανόμεθα· διὰ δὲ τὸ ἐναργῆ αὐτὰ εἶναι παρέλιπεν. Ἑξῆς δὲ ὅταν λέγῃ, τὰ δὲ γεννώμενα οὕτω δή, εἰς τὸ δὴ ὑποστικτέον. οὕτω γὰρ δὴ λέγει, τουτέστι τὰ βραδέα, ἅπερ εἰσὶ γευστὰ καὶ ἁπτά. Illud quidem certe liquido apparet, hunc quoque commentatorem usum esse exemplo Platonis non integro, sed mutilato.

D. ἑκατέρου ἐκείνων πρὸς ἄλλο ἐλθόντος] h. e. εἰ ἑκάτερον ἐκείνων πρὸς ἄλλο τι ἦλθεν, si alterutrum ad aliud quid accessisset. Fallitur Scholiastes haec scribens: Ἑκάτερον δὲ λέγει, οἷον τῆς τοῦ μέλανος ὄψεως ἐπὶ τὸ λευκὸν αἰσθητόν. Immo ἑκάτερον est alterutrum, sive ὅμμα sive ἄλλο τι τῶν τούτῳ συμμέτρων. Pro πρὸς ἄλλο facile aliquis πρὸς ἄλλο τι requirat, quod tamen cave Platoni reddendum putes. v. ad Sympos. p. 175. B. Euthydem. p. 286. D. Sensus igitur hic est: si neque oculus ad album neque album ad oculum ferretur. — μεταξὺ φερομένων τῆς μὲν ὄψεως κ. τ. λ. interea dum visus quidem ab oculis, albedo autem ex eo, quod una gignit colorem, proficiscitur. Prave vulgo ante τῆς μὲν ὄψεως commate distinguebatur, quo errore inductus Heindorfius οὔσης intelligi oportere opinatus est. Ad ipsam sententiam conferenda sunt quae mox

κότης αὖ ἀλλὰ λευκόν, εἴτε ξύλον εἴτε λίθος εἴτε ὁτιοῦν ξυνέβη χρῆμα χρωσθῆναι τῷ τοιούτῳ χρώματι. καὶ τἆλλα δὴ οὕτω, σκληρὸν καὶ θερμὸν καὶ πάντα τὸν αὐτὸν τρόπον ὑποληπτέον, αὐτὸ μὲν καθ' αὑτὸ μηδὲν εἶναι, ὃ δὴ καὶ τότε ἐλέγομεν, ἐν δὲ τῇ 157
πρὸς ἄλληλα ὁμιλίᾳ πάντα γίγνεσθαι καὶ παντοῖα ἀπὸ τῆς κινήσεως, ἐπεὶ καὶ τὸ ποιοῦν εἶναί τι καὶ τὸ πάσχον αὖ τι ἐπὶ ἑνὸς νοῆσαι, ὡς φασιν, οὐκ εἶναι παγίως. οὔτε γὰρ ποιοῦν ἐστί τι, πρὶν ἂν τῷ πάσχοντι ξυνέλθῃ, οὔτε πάσχον, πρὶν ἂν τῷ ποιοῦντι· τό τε τινι ξυνελθὸν καὶ ποιοῦν ἄλλῳ αὖ προσπεσὸν πάσχον ἀνεφάνη. ὥστε ἐξ ἁπάντων τούτων, ὅπερ ἐξ ἀρχῆς ἐλέγομεν, οὐδὲν εἶναι ἓν αὐτὸ καθ' αὑτό, ἀλλά τινι αἰεὶ γίγνεσθαι, τὸ δ' εἶναι πανταχόθεν ἐξαιρετέον, οὐχ ὅτι ἡμεῖς πολλὰ καὶ B

Vat. Ven. *Απ.* Vind. Par. BCH. Pro *χρῆμα*, quod Steph. de Cornarii coniectura recepit, libri habent *χρῶμα*. Unus Par. E. supra versum *χρῆμα*. Margo Par. H. *σῶμα*, quod vide ne verum sit.

P. 157. *καὶ τὸ πάσχον αὖ τι*] Pro *αὖ τι*, quod Steph. de Cornarii sententia recepit, libri *αὐτῶν*.

οὐκ εἶναι παγίως] Steph. *ἔστι π.* errore.

de eadem re exponuntur p. 159. C. D. E.

χρῆμα χρωσθῆναι τ. τ. χρώματι] Bene Cornarius *χρῆμα* pro v. *χρῶμα* restituendum vidit. Non enim de colore agi, sed de alia quapiam re, docent praecedentia illa: *εἴτε ξύλον εἴτε λίθος*. Neque dubitari licet, num *χρῆμα* sit otiosum. Quidni enim recte adhibeatur hoc vocabulum sicuti in formula *πάντα χρήματα*? Itaque nos quidem in ea sententia sumus, ut locum in pristinam integritatem restitutum esse existimemus. Nisi forte *σῶμα* scribendum.

P. 157. *ὃ δὴ καὶ τότε ἐλέγομεν*] antea, quum de eadem re disseremus. v. p. 154. A. Sic *τότε* positum Phileb. p. 38. E. *ὃ τότε δόξαν ἐκάλουμεν*. ubi v. ann.

ἐπὶ ἑνὸς νοῆσαι, ὡς φασίν, οὐκ εἶναι παγίως] non licere, ut aiunt, firme in unare animadvertere. Sententia haec est: nec de una quadam re ita statuere licere, ut vel id, quod efficiat vel id, quod patiatur, per se constare existimetur; alterum enim sine altero nullo modo esse posse. Illud *οὐκ εἶναι*, quod Stephanus in *οὐκ ἔστι* mutavit, item ex superiore *ὑποληπτέον* pendere existimandum est. Est enim obliqua oratio.

B. *ἀλλά τινι αἰεὶ γίγνεσθαι* —] Post *ἀλλὰ* ex praecedenti *οὐδὲν* int. *πάντα* vel *ἕκαστον*, more loquendi fere

ἄρτι ἠναγκάσμεθα ὑπὸ συνηθείας καὶ ἀνεπιστημοσύνης χρῆσθαι αὐτῷ. τὸ δ' οὐ δεῖ, ὡς ὁ τῶν σοφῶν λόγος, οὔτε τι ξυγχωρεῖν οὔτε του οὔτ' ἐμοῦ οὔτε τόδε οὔτ' ἐκεῖνο οὔτε ἄλλο οὐδὲν ὄνομα, ὅ τι ἂν ἱστῇ, ἀλλὰ κατὰ φύσιν φθέγγεσθαι γιγνόμενα καὶ ποιούμενα καὶ ἀπολλύμενα καὶ ἀλλοιούμενα· ὡς ἐάν τί τις στήσῃ τῷ λόγῳ, εὐέλεγκτος ὁ τοῦτο ποιῶν. δεῖ δὲ καὶ κατὰ μέρος οὕτω λέγειν καὶ περὶ πολλῶν ἀθροισθέντων, ᾧ δὴ ἀθροίσματι ἄνθρωπόν
C τε τίθενται καὶ λίθον καὶ ἕκαστον ζῷόν τε καὶ εἶδος. Ταῦτα δή, ὦ Θεαίτητε, ἆρ' ἡδέα δοκεῖ σοι εἶναι, καὶ γεύοιο ἂν αὐτῶν ὡς ἀρεσκόντων;

ΘΕΑΙ. Οὐκ οἶδα ἔγωγε, ὦ Σώκρατες· καὶ γὰρ οὐδὲ περὶ σοῦ δύναμαι κατανοῆσαι, πότερα δοκοῦντά σοι λέγεις αὐτὰ ἢ ἐμοῦ ἀποπειρᾷ.

C. καὶ ἕκαστον ζῷόν τε καὶ εἶδος] Schleiermacher. coni. καὶ λίθον καὶ ζῷον ἕκαστόν τε καὶ εἶδος vel καθ' ἕκαστόν τε καὶ κατ' εἶδος. Astius mavult καὶ ζῷον καὶ ἕκαστον εἶδος.
πότερα δοκοῦντα] V. πότερον. Sed πότερα Bodl. Vat.

constanti ac legitimo, de quo v. ad Sympos. p. 192. E. De οὐχ ὅτι v. ad Lysid. p. 219. E. Hermann. ad Viger. p. 804 sq. Matthiae Gr. Ampl. p. 1271 sq. Porro πολλὴ χρῆσθαι idem est fere quod πολλάκις χρῆσθαι, quo sensu etiam Latini multum uti dicunt.

τὸ δ' οὐ δεῖ] verumtamen s. quod contra, non oportet; v. de hoc τὸ δέ ad Apolog. Socr. p. 23. A. coll. infra p. 166. A. Gorg. p. 158. B. Cratyl. p. 404. C. 405. E. 439. C. Protag. p. 344. E. De Republ. I. p. 340. D. al. Dicit vero, non esse ferendum ullum nomen cuiusquam rei, quod rebus perpetuam constantemque naturam tribuat, siquidem nihil quidquam sit, sed omnia oriantur potius et fiant, et intereant et mutentur. Ex quo clarum est, ac perspicuum, quid significent verba ὅ τι ἂν ἱστῇ, quod quasi sistat aliquid. Similiter Sophist. p. 252. A. qui unum idque immobile esse statuunt, οἱ ἓν ἑστάντες appellantur. Ceterum non poenitebit cum his contendisse locum Timaei p. 49. D. E. Iam vero non tantum de rebus singulis et individuis ita statuendum esse arbitratur, verum etiam de rerum generibus, quae quoniam multas individuas res comprehendunt, non inepte nomine πολλῶν ἀνθροισθέντων significantur, adeoque ἄθροισμα audiunt. — ᾧ ἄθρ. ἄνθρωπόν τε τίθενται, hominis nomen imponunt et lapidis etc. de qua loquendi ratione v. ad Cratyl. p. 392. B. In proximis turbatum esse aliquid, non videtur dubitari posse. Schleiermacherus legendum conie-

ΣΩ. Οὐ μνημονεύεις, ὦ φίλε, ὅτι ἐγὼ μὲν οὔτ' οἶδα οὔτε ποιοῦμαι τῶν τοιούτων οὐδὲν ἐμόν, ἀλλ' εἰμὶ αὐτῶν ἄγονος, σὲ δὲ μαιεύομαι καὶ τούτου ἕνεκα ἐπᾴδω τε καὶ παρατίθημι ἑκάστων τῶν σοφῶν ἀπογεύσασθαι, ἕως ἂν εἰς φῶς τὸ σὸν δόγμα ξυνεξαγάγω· ἐξαχθέντος δέ, τότ' ἤδη σκέψομαι εἴτ' ἀνεμιαῖον εἴτε γόνιμον ἀναφανήσεται. ἀλλὰ θαῤῥῶν καὶ καρτερῶν εὖ καὶ ἀνδρείως ἀποκρίνου ἃ ἂν φαίνηταί σοι περὶ ὧν ἂν ἐρωτῶ. D

ΘΕΑΙ. Ἐρώτα δή.

Cap. XIII. ΣΩ. Λέγε τοίνυν πάλιν, εἴ σοι ἀρέσκει τὸ μή τι εἶναι ἀλλὰ γίγνεσθαι ἀεὶ ἀγαθὸν καὶ καλὸν καὶ πάντα, ἃ ἄρτι διῆμεν.

ΘΕΑΙ. Ἀλλ' ἔμοιγε, ἐπειδὴ σοῦ ἀκούω οὕτω

Ven. ΠΣΞ. Par. B. Zitt. Flor. a.

τῶν σοφῶν ἀπογεύσασθαι] V. ἀπογεύεσθαι, praeter auctoritatem Bodl. Vat. Ven. Π.

D. περὶ ὧν ἂν ἐρ.] ἂν om. Steph.

eit: καὶ λίθον καὶ ζῶν ἕκαστόν τε καὶ εἶδος vel καθ' ἕκαστόν τε καὶ κατ' εἶδος. Astius maluit: καὶ ζῶν καὶ ἕκαστον εἶδος. Mihi ζῶν inepte intrusum videtur, quo eiecto locum sic refingas: καὶ λίθον καθ' ἕκαστόν τε καὶ κατ' εἶδος, cui hominis nomen imponunt et lapidis, sive id, quod individuum vocamus, sive genus significetur.

C. ἆρ' ἡδέα δοκεῖ σοι εἶναι] Haeccine tibi videntur lepida atque suavia, ut ea tanquam placentia gustaveris? Hic quoque ἡδέα non vacare videtur irrisione, de quo usu voc. v. Ruhnken. ad Tim. Gloss. p. 131. sq. Mox πότερα Attice dictum pro πότερον, usu creberrimo. — οὔτε ποιοῦμαι τῶν τοιούτων οὐδὲν ἐμόν, neque horum aliquid mihi tanquam meum vindico. Dein ἑκάστων τῶν σοφῶν cum Heindorfio pro neutro accipiendum. Ceterum apparet, Socratem hic respicere ad superiora illa p. 149. A. sqq.

D. εὖ καὶ ἀνδρείως ἀποκρίνου] V. ad Charmid. p. 160. D.

ἀγαθὸν καὶ καλὸν καὶ πάντα, ἃ ἄρτι διῆμεν] Ad haec Heindorfius: „Mira, inquit, haec ἀγαθὸν καὶ καλόν, quum supra nonnisi formas rerum in sensus cadentes adhibuerit, ut τὸ μέγα, βαρύ, θερμόν, λευκόν, σκληρόν." Ea viri docti dubitatio Astium induxit, ut verba ἀγαθὸν καὶ καλὸν uncis inclusa dederit. Quibus tamen eiectis quis non videt, nec istud καὶ πάντα stare posse? Mihi quidem, fateor, locus videtur sanus atque integer esse. Nam boni et pulcri Socrates satis prudenter veluti in ante-

διεξιόντος, θαυμασίως φαίνεται ὡς ἔχειν λόγον καὶ ὑπολῃπτέον ἥπερ διελήλυθας.

E ΣΩ. Μὴ τοίνυν ἀπολίπωμεν ὅσον ἐλλεῖπον αὐτοῦ. λείπεται δὲ ἐνυπνίων τε πέρι καὶ νόσων, τῶν τε ἄλλων καὶ μανίας, ὅσα τε παρακούειν ἢ παρορᾶν ἤ τι ἄλλο παραισθάνεσθαι λέγεται. οἶσθα γάρ που, ὅτι ἐν πᾶσι τούτοις ὁμολογουμένως ἐλέγχεσθαι δοκεῖ ὃν ἄρτι διῆμεν λόγον, ὡς παντὸς μᾶλλον ἡμῖν ψευ-
158 δεῖς αἰσθήσεις ἐν αὐτοῖς γιγνομένας, καὶ πολλοῦ

E. *Μὴ τοίνυν ἀπολίπωμεν*] Excerpsit hunc locum Stob. Eclogg. Phys. p. 150.

ἢ παρορᾶν ἤ τι ἄλλο λ.] *παρορᾶν ὅτι ἄλλο* Stob. Vulgo *ἄλλο τι*, praeter auctoritatem Bodl. Vat. Coisl. Ven. *Αξ*. Vind.

cessum iniicit mentionem, infrā de his quoque cum adolescentulo disputaturus.

Θαυμασίως φαίνεται ὡς ἔχειν λόγ.] Iungendum *θαυμασίως ὡς φαίνεται*, mirum quantum videtur esse consentaneum. Sympos. p. 200. B. *Θαυμαστῶς δοκεῖ, ὦ Ἀγάθων, ὡς ἀνάγκη εἶναι.* Phaedon. p. 95. A. *Θαυμαστῶς μοι εἶπες ὡς παρὰ δόξαν.* De loquutione *λόγον ἔχειν* v. ad. Cratyl. p. 401. C. et Remp. VI. p. 491. D.

E. *λείπεται δὲ ἐνυπνίων*] Recte Schol. *Ἔτι συνηγορῶν τῷ Πρωταγόρᾳ τὰς πρὸς αὐτὸν ἐνστάσεις δοκεῖ διαλύειν.* Verisimile est autem, Platonem hic quoque Protagorae doctrinam ita illustrare, ut argumentis usus sit non omnino alienis ab iis, quibus ille ipse sententiam suam probare ac stabilire conatus esset. Itaque Abderitae opponi sane poterat hoc, quod homines saepenumero falsa sentiunt et insomniis, morbis, insania, falsis sensuum perceptionibus in fraudem et errorem inducuntur. Quam obiectionem Plato sic diluit. Haec vero, inquit, ad evertendam opinionem nostram nihil valent. Nam qualis ego sum, qui sentio, talia etiam sunt quae percipiuntur. Quodsi igitur mihi vel aegrotanti vel insanienti vinum videatur esse amarum aut alia quaepiam res non talis, qualis sane appareat; tum vero id revera tale est, quale esse videtur: nam esse atque videri est unum idemque. Quippe visa somniantium vel insanientium nullo argumento demonstrari potest pro falsis habenda esse, siquidem vigilantium et somniantium statum nemo quisquam certis evidentibusque notis distinguet, prorsusque deficit in his rebus veritatis iudicium; morborum autem rationes, quum aliquod tantummodo vitae spatium occupent, ex temporis diuturnitate diiudicare non licet.

τῶν τε ἄλλων καὶ μανίας] Fuit qui scribendum suspicare-

δεῖ τὰ φαινόμενα ἑκάστῳ ταῦτα καὶ εἶναι, ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον οὐδὲν ὧν φαίνεται εἶναι.

ΘΕΑΙ. Ἀληθέστατα λέγεις, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Τίς δὴ οὖν, ὦ παῖ, λείπεται λόγος τῷ τὴν αἴσθησιν ἐπιστήμην τιθεμένῳ καὶ τὰ φαινόμενα ἑκάστῳ ταῦτα καὶ εἶναι τούτῳ, ᾧ φαίνεται;

ΘΕΑΙ. Ἐγὼ μέν, ὦ Σώκρατες, οὐκνῶ εἰπεῖν, ὅτι οὐκ ἔχω τί λέγω, διότι μοι νῦν δὴ ἐπέπληξας εἰπόντι αὐτό. ἐπεὶ ὡς ἀληθῶς γε οὐκ ἂν δυναίμην ἀμφισβητῆσαι, ὡς οἱ μαινόμενοι ἢ οἱ ὀνειρώττοντες B

Par. BCFH. Zitt. Flor. a. b. c. i.

P. 158. καὶ πολλοῦ δεῖ] Heindorf. coni. δεῖν.

B. ἢ οἱ ὀνειρώττοντες] οἱ om. Coisl. Par. BCEFH. Pro οὐ ψευδῆ Ald. Bas. 1. Steph. εὖ ψ. invitis codd.

tur καὶ μανίας τῶν τε ἄλλων, ὅσα κ. τ. λ. Qui certe non perspexit verborum sententiam hanc esse: restat, ut de somniis ac morbis, quum aliis tum insania exponamus et quae reliquae dicuntur fraudes visus auditus reliquorumque sensuum; nosti enim in his omnibus vulgo eam, quam modo persecuti sumus rationem videri confutari, quum omni modo existiment falsas esse in illis perceptiones nostras, multumque abesse, ut quae cuique videantur, haec etiam vera sint, ut plane ex contrario nihil eorum, quae videantur, vere sit. De constructione verborum ὡς – γιγνομένας dictum est ad Protagor. p. 342. C. Phaedon. p. 109. D. Charmid. p. 164. D. Iam vero quoniam in illo ὡς inest notio verbi putandi et statuendi, recte deinde ad usum infinitivi transiri potuit; unde Heindorfio plane assentimur pro δεῖ, quod non habet idoneam causam et rationem, δεῖν restituendum existimanti. Eandem prorsus structuram habes Charmid. p. 164. D. ὡς τούτου μὲν οὐκ ὀρθοῦ ὄντος — οὐδὲ δεῖν τοῦτο παρακελεύεσθαι. Legg. I. p. 626. A. ὡς τῶν ἄλλων οὐδενὸς οὐδὲν ὄφελος ὄν — πάντα δὲ τῶν νικωμένων ἀγαθὰ τῶν νικώντων γίγνεσθαι. De Rep. II. p. 383. A. ὡς μήτε αὐτοὺς γόητας ὄντας — μήτε ἡμᾶς ψεύδεσι παράγειν.

P. 158. διότι μοι νῦν δὴ ἐπέπληξας –] Verbis illis p. 157. C. Οὐ μνημονεύεις, ὦ φίλε, κ. τ. λ. Verbum ἐπιπλήττειν etiam de leni reprehensione usurpatum illustravit ad h. l. Heindorfius. Idem vir doctus ostendit post ἀμφισβητεῖν saepenumero οὐ, negandi particulam, inferri, ideoque verum esse οὐ ψευδῆ δοξάζουσιν, pro quo vulgo perperam scribebatur εὖ ψευδῆ δοξάζουσιν. Alia rei exempla ipsi nuper indicavimus ad Rivales p. 136. D.

οὐ ψευδῆ δοξάζουσιν, ὅταν οἱ μὲν θεοὶ αὐτῶν οἴωνται εἶναι, οἱ δὲ πτηνοί τε, καὶ ὡς πετόμενοι ἐν τῷ ὕπνῳ διανοῶνται.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν οὐδὲ τὸ τοιόνδε ἀμφισβήτημα ἐννοεῖς περὶ αὐτῶν, μάλιστα δὲ περὶ τοῦ ὄναρ τε καὶ ὕπαρ;

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον;

ΣΩ. Ὃ πολλάκις σε οἶμαι ἀκηκοέναι ἐρωτώντων, τί ἄν τις ἔχοι τεκμήριον ἀποδεῖξαι, εἴ τις ἔροιτο νῦν οὕτως ἐν τῷ παρόντι, πότερον καθεύδομεν καὶ πάντα, ἃ διανοούμεθα, ὀνειρώττομεν, ἢ ἐγρηγοράμέν τε
C καὶ ὕπαρ ἀλλήλοις διαλεγόμεθα.

ΘΕΑΙ. Καὶ μήν, ὦ Σώκρατες, ἄπορόν γε, ὅτῳ χρὴ ἐπιδεῖξαι τεκμηρίῳ. πάντα γὰρ ὥσπερ ἀντίστροφα τὰ αὐτὰ παρακολουθεῖ. ἅ τε γὰρ νυνὶ διειλέγμεθα, οὐδὲν κωλύει καὶ ἐν τῷ ἐνυπνίῳ δοκεῖν ἀλλήλοις διαλέγεσθαι· καὶ ὅταν δὴ ὄναρ ὀνείρατα δοκῶμεν διηγεῖσθαι, ἄτοπος ἡ ὁμοιότης τούτων ἐκείνοις.

ὕπνῳ διανοῶνται] Vett. editt. *διανοοῦνται*, quod codd. non agnoscunt. Corrigendum vidit Stephanus.

C. ὅτῳ χρὴ ἐπιδεῖξαι] ὅτῳ χρόνῳ χρὴ Bodl. Vat. Ven. *II.* errore.

ἐν τῷ ἐνυπνίῳ] ὕπνῳ Bodl. Coisl. Vat. Ven. *II.*

B. οἱ δὲ πτηνοί τε —] h. e. οἱ δὲ πτηνοί τε οἴωνται εἶναι καὶ διανοῶνται ὡς πετόμενοι, alii se credant alatos esse et volare in somno sibi videantur. De verbis sciendi et sentiendi cum ὡς et participio iunctis v. Matthiae Gr. §. 569. 7. quique ibi in annotatione laudantur. Addas tamen Wyttenbach. ad Julian. p. 187 sq. ed. Schaefer. Falso Heindorfius: ita affecti sunt animo, ut volare sibi videantur.

Ἆρ' οὖν οὐδὲ τὸ τοιόνδε] Germanice dixeris: Bedenkst du denn auch nicht einmal diesen Zweifel darüber, besonders was Wachen und Träumen betrifft? Bene Schol. Ἐντεῦθεν ἄρχεται διαλύειν τὰς πρὸς Πρωταγόραν ἐνστάσεις διὰ τὸ ἄπορον εἶναι τὸ περὶ τῶν ἐνυπνίων. Opitulatur enim Socrates Protagorae rationi etiam nunc sic, ut sententiam eius copiosius exponat et illustret clarius.

πότερον καθεύδομεν — διαλεγόμεθα] „Fuit haec tum philosophorum quaestio, de

ΣΩ. Ὁρᾷς οὖν ὅτι τό γε ἀμφισβητῆσαι οὐ χαλεπόν, ὅτε καὶ πότερόν ἐστιν ὕπαρ ἢ ὄναρ ἀμφισβητεῖται, καὶ δὴ ἴσου ὄντος τοῦ χρόνου, ὃν καθεύδομεν, ᾧ D ἐγρηγόραμεν, ἐν ἑκατέρῳ διαμάχεται ἡμῶν ἡ ψυχὴ τὰ ἀεὶ παρόντα δόγματα παντὸς μᾶλλον εἶναι ἀληθῆ, ὥστε ἴσον μὲν χρόνον τάδε φαμὲν ὄντα εἶναι, ἴσον δὲ ἐκεῖνα, καὶ ὁμοίως ἐφ' ἑκατέροις διϊσχυριζόμεθα.

ΘΕΑΙ. Παντάπασι μὲν οὖν.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ περὶ νόσων τε καὶ μανιῶν ὁ αὐτὸς λόγος, πλὴν τοῦ χρόνου, ὅτι οὐχὶ ἴσος;

ΘΕΑΙ. Ὀρθῶς.

ΣΩ. Τί οὖν; πλήθει χρόνου καὶ ὀλιγότητι τὸ ἀληθὲς ὁρισθήσεται;

ΘΕΑΙ. Γελοῖον μέντ' ἂν εἴη πολλαχῇ. E

ΣΩ. Ἀλλά τι ἄλλο ἔχεις σαφὲς ἐνδείξασθαι, ὁποῖα τούτων τῶν δοξασμάτων ἀληθῆ;

ΘΕΑΙ. Οὔ μοι δοκῶ.

ὄναρ ὀνείρατα δοκῶμεν] Heindorf. ὀνείρατα exterminandum censebat aut scribendum ὄναρ ἄττα δοκ.

E. Ἀλλά τι ἄλλο ἔχεις] Vett. edidit. τί ἄλλο. Correximus praeeunte Heindorfio et Bekkero.

qua conf. Aristot. Metaphys. VII, 5." *Heindorf.*

C. ἄπορόν γε ὅτῳ χρὴ ἐπιδ.] h. e. explicatu difficile. Politic. p. 284. B. ἄπορος ἡμῖν ἡ μετὰ τοῦτο ἔσται ζήτησις τῆς βασιλικῆς ἐπιστήμης. Dein ἀντίστροφα dicuntur, quae inter se invicem ex altera parte respondent atque similia sunt. Itaque sententia verborum haec est: omnia enim tanquam ex altera parte sibi respondentia consequuntur. In proximis rursus error aliquis latet, siquidem ὄναρ ὀνείρατα δ. λ. per ipsam sententiam ferri non potest. Stephanus pro ὄναρ legendum putabat ὕπαρ, quod ei certe non excidisset, si diligentius attendisset verbum δοκῶμεν de somniantibus proprie usurpari solitum. Probabilior est ratio Heindorfii ὄναρ ἄττα δοκῶμεν δ. Sic ἄττα sine adiectivo positum supra p. 145. C. μανθάνεις που παρὰ Θεοδώρου γεωμετρίας ἄττα, et locis ab Heindorfio comparatis. De Rep. I. p. 339. D. προστάττοντες ποιεῖν ἄττα. V. p. 449. B. ἔλεγεν ἄττα προσκεκυφώς. Sophist. p. 236. E. λέγειν μὲν ἄττα, ἀληθῆ δὲ μή.

Cap. XIV. ΣΩ. Ἐμοῦ τοίνυν ἄκουε, οἷα περὶ αὐτῶν ἂν λέγοιεν οἱ τὰ ἀεὶ δοκοῦντα ὁριζόμενοι τῷ δοκοῦντι εἶναι ἀληθῆ. λέγουσι δέ, ὡς ἐγὼ οἶμαι, οὕτως ἐρωτῶντες, Ὦ Θεαίτητε, ὃ ἂν ἕτερον ᾖ παντάπασι, μή πῃ τινα δύναμιν τὴν αὐτὴν ἕξει τῷ ἑτέρῳ; καὶ μὴ ὑπολάβωμεν τῇ μὲν ταὐτὸν εἶναι ὃ ἐρωτῶμεν, τῇ δὲ ἕτερον, ἀλλ' ὅλως ἕτερον.

ΘΕΑΙ. Ἀδύνατον τοίνυν ταὐτόν τι ἔχειν ἢ
159 ἐν δυνάμει ἢ ἐν ἄλλῳ ὁτῳοῦν, ὅταν ᾖ κομιδῇ ἕτερον.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν οὐ καὶ ἀνόμοιον ἀναγκαῖον τὸ τοιοῦτον ὁμολογεῖν;

ΘΕΑΙ. Ἔμοιγε δοκεῖ.

ΣΩ. Εἰ ἄρα τι ξυμβαίνει ὅμοιόν τῳ γίγνεσθαι ἢ ἀνόμοιον, εἴτε ἑαυτῷ εἴτε ἄλλῳ, ὁμοιούμενον μὲν ταὐτὸν φήσομεν γίγνεσθαι, ἀνομοιούμενον δὲ ἕτερον;

ΘΕΑΙ. Ἀνάγκη.

ΣΩ. Οὐκοῦν πρόσθεν ἐλέγομεν, ὡς πολλὰ μὲν

P. 159. ὡςαύτως δέ γε τὰ π.] Sic Bodl. Coisl. Vat. Ven. Π. Vett. editt. ante τὰ inferciunt καί. Mox pro vulg Σωκράτη bis Ven. Σ. Σωκράτην. Errat enim Bekkerus, eum dicens pro

Ε. οἱ τὰ ἀεὶ δοκοῦντα ὁριζόμενοι —] qui opinata quaeque ei qui opinetur vera esse existiment. Participium enim duplici significatu positum, in quo non est cur haereamus.

Ὦ Θεαίτητε, ὃ ἂν ἕτερον ᾖ] In his tenendum est verba τῇ μὲν ταὐτὸν εἶναι κ. τ. λ. sic inferri, ut praegressum illud παντάπασιν illustretur. Quo accuratius explicato bene deinde respondet Theaetetus: Ἀδύνατον τοίνυν κ. τ. λ. h. e. Non potest vero fieri, ut quid vel vi sua vel alio quopiam habeat ταὐτόν, quando est omnino diversum. Offendit tamen in his Heusdius, qui locum sic refingendum putat: — τῇ δὲ ἕτερον; ΘΕΑΙ. Οὐκ· ἀλλ' ὅλως ἕτερον. ΣΩ. Ἀδύνατον τοίνυν ἕτερον. ΘΕΑΙ. Ἀδύνατον. ΣΩ. Ἆρ' οὖν κ. τ. λ. Quae coniectura viri doctissimi nobis quidem inanis et supervacanea videtur. Neque necessarium est, quod restitui iussit Dobraeus Adversarior. T. I. p. 152. ὃ τι ἂν ᾖ κομιδῇ ἕτερον. Mox de ἀνομοιούμενον v. ad Parmenid. p. 156. B. Reip. VIII. p. 546. E.

P. 159. Οὐκοῦν πρόσθεν ἐλέγομεν —] Argumentatio haec est: Quodcunque omnino ab aliquo diversum est, id nulla ex parte potest idem esse atque illud ipsum. Iam vero innumera sunt agentia, innumera item patientia, ita qui-

εἴη τὰ ποιοῦντα καὶ ἄπειρα, ὡσαύτως δέ γε τὰ πάσχοντα;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Καὶ μὴν ὅτι γε ἄλλο ἄλλῳ συμμιγνύμενον καὶ ἄλλῳ οὐ ταὐτὰ ἀλλ' ἕτερα γεννήσει;

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν. B

ΣΩ. Λέγωμεν δὴ ἐμέ τε καὶ σὲ καὶ τἆλλ' ἤδη κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, Σωκράτη ὑγιαίνοντα καὶ Σωκράτη αὖ ἀσθενοῦντα. πότερον ὅμοιον τοῦτ' ἐκείνῳ ἢ ἀνόμοιον φήσομεν;

ΘΕΑΙ. Ἆρα τὸν ἀσθενοῦντα Σωκράτη, ὅλον τοῦτο λέγεις ὅλῳ ἐκείνῳ, τῷ ὑγιαίνοντι Σωκράτει;

ΣΩ. Κάλλιστα ὑπέλαβες· αὐτὸ τοῦτο λέγω.

ΘΕΑΙ. Ἀνόμοιον δήπου.

ΣΩ. Καὶ ἕτερον ἄρα οὕτως, ὥσπερ ἀνόμοιον;

ΘΕΑΙ. Ἀνάγκη.

ΣΩ. Καὶ καθεύδοντα δὴ καὶ πάντα ἃ νῦν C διήλθομεν, ὡσαύτως φήσεις;

Σωκράτην exhibere Σωκράτη, quod secus esse a Bastio didicimus.

C. Καὶ καθεύδοντα] Margo Par. F. addit καὶ ἐγρηγοροῦντα.

dem, ut, si quid cum alio atque alio miscetur, non eadem sed diversa gignere existimandum sit. Ex quo consequitur, ut si quid agendi vi pollens concurrat cum Socrate bene valente atque sano, aliud quid efficiatur, quam si ad Socratem aegrotantem feratur. Verbum συμμίγνυσθαι ponitur hic de illa agentis et patientis concursione, quam supra significabat philosophus verbis ὁμιλία, τρίψις, πλησιάζειν, συνέρχεσθαι. Dein ὅτι γε ἄλλο ἄλλῳ κ. τ. λ. pendet ex ἐλέγομεν, quod ad Καὶ μὴν ex superioribus repetendum est. Unde sponte apparet perquam verisimilem esse coniecturam Heindorfii pro γεννήσει requirentis γεννήσειεν, praesertim quum antecedat ὡς πολλὰ μὲν εἴη τὰ ποιοῦντα.

C. Καὶ καθεύδοντα δὴ καὶ πάντα—] Heindorfius deesse putabat καὶ ἐγρηγορότα, quoniam hic quoque contrarium quiddam τῷ καθεύδοντι requireretur. Et vero etiam codex Par. F. in margine adscriptum habet καὶ ἐγρηγοροῦντα, quod tamen ex quo fonte profluxerit, ipsa lingua indicium facit. Nos quidem tali additamento facile caremus. Nam res significatur tantummodo, non explicatur et illustratur. Non magis cum Heindorfio ἃ νῦν δὴ διήλθομεν legerim, quum simplex νῦν ipsi rei sit accommodatius quam νῦν δή, paullo ante,

ΘΕΑΙ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Ἕκαστον δὴ τῶν πεφυκότων τι ποιεῖν ἄλλο τι, ὅταν μὲν λάβῃ ὑγιαίνοντα Σωκράτη, ὡς ἑτέρῳ μοι χρήσεται, ὅταν δὲ ἀσθενοῦντα, ὡς ἑτέρῳ;

ΘΕΑΙ. Τί δ' οὐ μέλλει;

ΣΩ. Καὶ ἕτερα δὴ ἐφ' ἑκατέρου γεννήσομεν ἐγώ τε ὁ πάσχων καὶ ἐκεῖνο τὸ ποιοῦν;

ΘΕΑΙ. Τί μήν;

ΣΩ. Ὅταν δὴ οἶνον πίνω ὑγιαίνων, ἡδύς μοι φαίνεται καὶ γλυκύς;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Ἐγέννησε γὰρ δὴ ἐκ τῶν προωμολογημέ-
D νων τό τε ποιοῦν καὶ τὸ πάσχον γλυκύτητά τε καὶ αἴσθησιν, ἅμα φερόμενα ἀμφότερα, καὶ ἡ μὲν αἴσθησις πρὸς τοῦ πάσχοντος οὖσα αἰσθανομένην τὴν γλῶσσαν ἀπειργάσατο, ἡ δὲ γλυκύτης πρὸς τοῦ οἴ-

D. ἄλλο τι πρῶτον μὲν τῇ ἀλ.] Hic post ἄλλο τι insertum vulgo ἢ codices non agnoscunt.

E. ἐγεννησάτην ὅ τι τοιοῦτος] Ald. Bas. 1. 2. ἐγεννη-

certe hoc non deterius sit. Mox ἄλλο τι post πεφυκότων τι ποιεῖν est nonne.

ἐφ' ἑκατέρου γεννήσομεν] ἐφ' ἑκατέρου est in beiderlei Falle. De Rep. V. p. 460. A. τὸν φαῦλον ἐκεῖνον αἰτιᾶσθαι ἐφ' ἑκάστης συνέρξεως τύχην. Parmenid. p. 160. C. ἆρα ἐφ' ἑκάστου ἂν δηλοῖ, ὅτι ἕτερόν τι λέγει τὸ μὴ ὄν; Dein τί μήν; i. q. τί μὴν ἄλλο; h. e. quidni? ponitur enim in responsionibus aientibus. v. ad Hipp. mai. p. 292. A. — ἐκ τῶν προωμολογημένων, v. p. 156. D. E.

D. Ὅταν δὲ ἀσθενοῦντα] Pertinet hoc δὲ ad praegressa illa: ἕκαστον δὴ τῶν πεφυκότων τι ποιεῖν ὅταν μὲν λάβῃ κ. τ. λ. ex quo ipso manifestum esse debet, intelligendum hic ex superioribus relinqui verbum λάβῃ.

E. Ἕτερα δὴ αὖ ἐγεννησάτην] Ald. cum Bass. 1. 2. ἐγεννησάμην. Sed codd. omnes cum Steph. ἐγεννησάτην. Quod Heindorfius ob superius illud: ἕτερα δὴ ἐφ' ἑκατέρου γεννήσομεν, in ἐγεννήσαμεν mutandum censebat. Sed recte tertia verbi persona nunc adhibetur, quum Socrates sese tanquam alterum aliquem et ab ipso diversum spectari velit. Neque ineptus numerus dualis est, quum novum par in medium producatur. Dure vero ad τὸν μὲν κ. τ. λ. intelligendum relinquitur ἐποιησάτην.

Οὔκουν ἐγώ τε οὐδὲν ἄλλο —] Hoc dicit: Nec ego, quamdiu ita sentio ac percipio, quidquam aliud fiam, siquidem alius; tantum rei alia perceptio eum, qui percipit, in aliud

νου περὶ αὐτὸν φερομένη γλυκὺν τὸν οἶνον τῇ ὑγιαινούσῃ γλώττῃ ἐποίησε καὶ εἶναι καὶ φαίνεσθαι.

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν τὰ πρότερα ἡμῖν οὕτως ὡμολόγητο.

ΣΩ. Ὅταν δὲ ἀσθενοῦντα, ἄλλο τι πρῶτον μὲν τῇ ἀληθείᾳ οὐ τὸν αὐτὸν ἔλαβεν; ἀνομοίῳ γὰρ δὴ προσῆλθεν.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Ἕτερα δὴ αὖ ἐγεννησάτην ὅ τε τοιοῦτος E *Σωκράτης καὶ ἡ τοῦ οἴνου πόσις, περὶ μὲν τὴν γλῶτταν αἴσθησιν πικρότητος, περὶ δὲ τὸν οἶνον γιγνομένην καὶ φερομένην πικρότητα, καὶ τὸν μὲν οὐ πικρότητα ἀλλὰ πικρόν, ἐμὲ δὲ οὐκ αἴσθησιν ἀλλ' αἰσθανόμενον;*

ΘΕΑΙ. Κομιδῇ μὲν οὖν.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἐγώ τε οὐδὲν ἄλλο ποτὲ γενήσο-

σάμην. Quod Cornarius et Steph. correxerunt addicentibus libris omnibus. Heindorfius legit *ἐγεννήσαμεν.*

quid convertit; neque illud, quod me afficit, (nam *τὸ ποιοῦν ἐμὲ* est: das auf mich Wirkende, ut mox C.) cum alio quopiam congressum, etiamsi idem gignat (eodem sensu aliud quid afficiat), tale existet, quale in me fuit. Pro *Οὐκοῦν* quod inde a Stephano divulgatum est, ex Bas. 1. 2. *Οὔκουν* reduximus, quod ipsa sententia flagitat. Deinde autem retinui veterem lectionem *καὶ ἄλλο ποιεῖ*, quam quominus cum Bekkero ex codd. aliquot in *καὶ ἄλλον ποιεῖ* mutemus, vel illud prohibet, quod proxime praecedunt haec: *ἐγώ τε οὐδὲν ἄλλο ποτὲ γενήσομαι*, quae nemo erit adeo temerarius ut in *ἐγώ τε οὐδεὶς ἄλλος ποτὲ γενήσομαι* mutanda censeat. Ex eodem fonte manavit quod est in Bodl. aliisque, *τὸ αἰσθανόμενον*. Scilicet male habuit grammaticos generis diversitas, quae in subiecto et praedicato cernitur. Novo igitur hic locus documento est, quanta cum cautione vel optimis codicibus utendum sit, quod non reputant, qui nuper instituerunt Graecorum pariter atque Latinorum scriptorum opera ad optimos scilicet codices tanta exigere severitate, ut in minimis maximis eorum auctoritatem temere sequantur. Quod quid aliud est quam criticam artem, quae vere dicitur, funditus tollere et in manuum oculorumque opificium quasi quoddam convertere? Nimirum vel optimi libri et grammaticorum correctiones experti sunt et suos quosdam errores habere solent. Quocirca his quoque sobrio cum iudicio, h. e. critice, utendum est, ne anilis

μαι οὕτως αἰσθανόμενος· τοῦ γὰρ ἄλλου ἄλλη αἴ-
160 σθησις, καὶ ἀλλοῖον καὶ ἄλλον ποιεῖ τὸν αἰσθανό-
μενον· οὔτ' ἐκεῖνα τὸ ποιοῦν ἐμὲ μή ποτ' ἄλλῳ
συνελθὸν ταὐτὸν γεννῆσαν τοιοῦτον γένηται· ἀπὸ
γὰρ ἄλλου ἄλλο γεννῆσαν ἀλλοῖον γενήσεται.

ΘΕΑΙ. Ἔστι ταῦτα.

ΣΩ. Οὐδὲ μὴν ἔγωγε ἐμαυτῷ τοιοῦτος, ἐκεῖνό
τε ἑαυτῷ τοιοῦτον γενήσεται.

ΘΕΑΙ. Οὐ γὰρ οὖν.

ΣΩ. Ἀνάγκη δέ γε ἐμέ τε τινὸς γίγνεσθαι,
ὅταν αἰσθανόμενος γίγνωμαι· αἰσθανόμενον γάρ,
μηδενὸς δὲ αἰσθανόμενον ἀδύνατον γίγνεσθαι· ἐκεῖ-
Β νό τε τινὶ γίγνεσθαι, ὅταν γλυκὺ ἢ πικρὸν ἤ τι
τοιοῦτον γίγνηται· γλυκὺ γάρ, μηδενὶ δὲ γλυκὺ ἀδύ-
νατον γενέσθαι.

ΘΕΑΙ. Παντάπασι μὲν οὖν.

ΣΩ. Λείπεται δή, οἶμαι, ἡμῖν ἀλλήλοις, εἴτ' ἐμέν, εἶναι, εἴτε γιγνόμεθα, γίγνεσθαι, ἐπείπερ
ἡμῶν ἡ ἀνάγκη τὴν οὐσίαν συνδεῖ μέν, συνδεῖ δὲ
οὐδενὶ τῶν ἄλλων, οὐδ' αὖ ἡμῖν αὐτοῖς. ἀλλήλοις

P. 160. *καὶ ἄλλον ποιεῖ τὸν αἰσθ.*] Vett. edidit. ἄλλο. Sed ἄλλον Bodl. Vat. Ven Σ. Vind. Par. F. Pro *τὸν αἰσθ.* Bodl. Vat. et pr. Par. BE. cum Ven. *Π. τὸ αἰσθ.* Elegimus quod difficilius videbatur. v. ann.

superstitionis crimine obligemur.

P. 160. *Οὐδὲ μὴν ἔγωγε — γενήσεται*[In his *ἐμαυτῷ* et *ἑαυτῷ* est für mich et für sich, hoc est, sine mutua illa necessitudine et coniunctione, quam inter agens et patibile intercedere existimamus. Itaque eum, qui sentiat, ad aliquid pertinere ait, quod sentiatur; ac vicissim quidquid sentiatur, id vult *τινὶ γίγνεσθαι*. Pro *ἀδύνατον γενέσθαι* Heindorfius cur desideraverit *ἀδύνατον γιγνέσθαι*, nemo quisquam dixerit.

B. *Λείπεται δή, οἶμαι, ἡμῖν ἀλλήλοις*] nos, et ego, qui patiens sum, et illud, quod me aliquo modo afficit, ita sive esse sive fieri, ut mutuo ad nos invicem referamur. In quibus quod dicitur *εἴτε ἐσμὲν εἴτε γιγνόμεθα*, recordari debemus quod supra disputabatur: Protagoram id, quod propriè fieri existimari deberet, esse dicere solere: itaque Socrates nunc promiscuum istum loquendi usum significat, quem item tangit in iis, quae proxime hinc disseruntur. Probatur autem

δὴ λείπεται συνδεδέσθαι. ὥστε εἴτε τις εἶναί τι ὀνομάζει, τινὶ εἶναι ἢ τινὸς ἢ πρός τι ῥητέον αὐτῷ, εἴτε γίγνεσθαι· αὐτὸ δὲ ἐφ' αὑτοῦ τι ἢ ὂν ἢ γιγνόμενον οὔτε αὐτῷ λεκτέον οὔτ' ἄλλου λέγοντος ἀποδεκτέον, ὡς ὁ λόγος, ὃν διεληλύθαμεν, σημαίνει. C

ΘΕΑΙ. Παντάπασι μὲν οὖν, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Οὐκοῦν ὅτε δὴ τὸ ἐμὲ ποιοῦν ἐμοί ἐστι καὶ οὐκ ἄλλῳ, ἐγὼ καὶ αἰσθάνομαι αὐτοῦ, ἄλλος δ' οὔ;

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΣΩ. Ἀληθὴς ἄρα ἐμοὶ ἡ ἐμὴ αἴσθησις· τῆς γὰρ ἐμῆς οὐσίας ἀεί ἐστι. καὶ ἐγὼ κριτὴς κατὰ τὸν Πρωταγόραν τῶν τε ὄντων ἐμοί, ὡς ἔστι, καὶ τῶν μὴ ὄντων, ὡς οὐκ ἔστιν.

ΘΕΑΙ. Ἔοικεν.

Cap. XV. ΣΩ. Πῶς ἂν οὖν ἀψευδὴς ὢν καὶ D μὴ πταίων τῇ διανοίᾳ περὶ τὰ ὄντα ἢ γιγνόμενα οὐκ ἐπιστήμων ἂν εἴην ὥνπερ αἰσθητής;

ΘΕΑΙ. Οὐδαμῶς ὅπως οὔ.

ΣΩ. Παγκάλως ἄρα σοι εἴρηται, ὅτι ἐπιστήμη

D. *Πῶς οὖν ἄν*] Sic Bodl. Vat. Ven. II. Ceteri *ἂν οὖν* praeter Par. F. qui cum vett. editt. *ἂν* omittit.

Οὐδαμῶς ὅπως οὖν] V. *ὅπως οὔ*, quod vix duo terve codd. exhibent.

hoc iudicium verbis his: *ἐπείπερ ἡμῶν ἀνάγκη κ. τ. λ.* in quibus *ἡμῶν* cohaeret cum *τὴν οὐσίαν*; *συνδεῖν* adhibetur de necessitate mutuam coniunctionem, sive relationem, naturae nostrae efficiente; *τῶν ἄλλων* vero de iis accipiendum est, quae praeter agentem et patientem naturam mutuo iunctam et colligatam reperiuntur.

ὥστε εἴτε τις εἶναί τι ὀνομάζει] sive quis esse aliquid dicit (h. e. sive cum Protagora esse dicit, quae proprie fieri existimanda sunt), is certe illud *alicui* vel *alicuius* vel *ad aliquid* esse iudicare debet (h. e. relativum esse, ut barbare dicamus): sive *fieri* dicit, eodem modo ei statuendum est. Nam ad *εἴτε γίγνεσθαι* repetendum ex praecedentibus est *τι ὀνομάζει, τινὶ γίγνεσθαι ἢ τινος ἢ πρός τι ῥητέον αὐτῷ*. Noli igitur Stephanum audire, verba *εἴτε γίγνεσθαι* loco mota et ante verbum *ὀνομάζει* aut certe post illud ponenda esse suspicantem: quae ratio ne ferri quidem potest.

οὐκ ἄλλο τί ἐστιν ἡ αἴσθησις, καὶ εἰς ταὐτὸν συμπέπτωκε, κατὰ μὲν Ὅμηρον καὶ Ἡράκλειτον καὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον φῦλον οἷον ῥεύματα κινεῖσθαι τὰ πάντα, κατὰ δὲ Πρωταγόραν τὸν σοφώτατον πάντων χρημάτων ἄνθρωπον μέτρον εἶναι, κατὰ δὲ Θεαίτητον
E τούτων οὕτως ἐχόντων αἴσθησιν ἐπιστήμην γίγνεσθαι. ἦ γάρ, ὦ Θεαίτητε; φῶμεν τοῦτο σὸν μὲν εἶναι οἷον νεογενὲς παιδίον, ἐμὸν δὲ μαίευμα; ἢ πῶς λέγεις;

ΘΕΑΙ. Οὕτως ἀνάγκη, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Τοῦτο μὲν δή, ὡς ἔοικε, μόγις ποτὲ ἐγεννήσαμεν, ὅ τι δή ποτε καὶ τυγχάνει ὄν. μετὰ δὲ τὸν τόκον τὰ ἀμφιδρόμια αὐτοῦ ὡς ἀληθῶς ἐν κύκλῳ
161 περιθρεκτέον τῷ λόγῳ, σκοπουμένους μὴ λάθῃ ἡμᾶς

ἄνθρωπον μέτρον εἶναι] Sic Bodl. Vat. Coisl. Ven. *II.* Vett. editt. μέτρον ἄνθρωπον εἶναι.

E. μόγις ποτὲ ἐγ.] Vett. editt. μόλις, quod nuper mutatum ex Par. CH. et corr. B. Flor a. c. Dein καὶ ante τυγχάνει ὄν om. Vat. Ven. *II.*

D. κατὰ μὲν Ὅμηρον] V. p. 152. D. E.

E. μόγις ποτὲ ἐγεννήσαμεν] vix tandem, tandem aliquando; v. ad Protagor. p. 314. E. et 348. C.

τὰ ἀμφιδρόμια αὐτοῦ —] Quintus post partum dies solemnis maxime erat. Etenim quae obstetricum munere functae erant mulieres, manibus solemni ritu purgatis infantem circa focum ferebant. Decimo autem die infantibus nomina imponebantur. v. Suidas in v. Ἀμφιδρόμια, qui rem totidem exponit verbis atque Scholiasta ad h. l. Hesychius in voc., ubi v. intpp. Athenaeus Deipn. IX. 2. p. 370 sq. Harpocrat. in voc. ibique Massauc. al. Urbane igitur ac facete Socrates, qui sese obstetricio munere fungi profitebatur, nunc ait ἀμφιδρόμια τῷ λόγῳ esse instituenda. Nimirum primum hanc sententiam fusius etiam et copiosius illustraturus est; deinde eandem exploraturus et confutaturus.

P. 161. τρέφειν καὶ μὴ ἀποτιθέναι] Pro vlg. ἐκτιθέναι non dubitavimus restituere codicum omnium lectionem ἀποτιθέναι, quae vel ex illis paratam habet defensionem, quae leguntur p. 151. C. ἐὰν ἄρα σκοπούμενός τι ὧν ἂν λέγῃς, ἡγήσωμαι εὔδωλον καὶ μὴ ἀληθές, εἶτα ὑπεξαιρῶμαι καὶ ἀποβάλλω, μὴ ἀγρίαινε ὥσπερ αἱ πρωτότοκοι περὶ τὰ παιδία. Ex quibus ipsis verbis etiam appareret temerarium esse Serrani commentum πρωτότοκον requirentis, quod cum αὐτὸ coniungatur.

οὐκ ἄξιον ὂν τροφῆς τὸ γιγνόμενον, ἀλλὰ ἀνεμιαῖόν τε καὶ ψεῦδος. ἢ σὺ οἴει πάντως δεῖν τό γε σὸν τρέφειν καὶ μὴ ἀποτιθέναι; ἢ καὶ ἀνέξει ἐλεγχόμενον ὁρῶν, καὶ οὐ σφόδρα χαλεπανεῖς, ἐάν τις σοῦ ὡς πρωτοτόκου αὐτὸ ὑφαιρῇ;

ΘΕΟ. Ἀνέξεται, ὦ Σώκρατες, Θεαίτητος· οὐδαμῶς γὰρ δύσκολος. ἀλλὰ πρὸς θεῶν εἰπέ, ἦ αὖ οὐχ οὕτως ἔχει;

ΣΩ. Φιλολόγος γ' εἶ ἀτεχνῶς καὶ χρηστός, ὦ Θεόδωρε, ὅτι με οἴει λόγων τινὰ εἶναι ὑύλακον καὶ ῥᾳδίως ἐξελόντα ἐρεῖν, ὡς οὐκ αὖ ἔχει οὕτω ταῦτα. τὸ δὲ γιγνόμενον οὐκ ἐννοεῖς, ὅτι οὐδεὶς τῶν λόγων ἐξέρχεται παρ' ἐμοῦ, ἀλλ' ἀεὶ παρὰ τοῦ ἐμοὶ προσδιαλεγομένου, ἐγὼ δὲ οὐδὲν ἐπίσταμαι πλέον B

P. 161. καὶ μὴ ἀποτιθέναι] V. ἐκτιθέναι, quod in nullo codice perscriptum.

ἦ αὖ οὐχ οὕτως ἔχει] V. εἰ αὖ. Recte ἦ Coisl. Flor. c. Vat. Ven. II. In Bodl. aliisque ἤ scriptum legitur. In margine tamen Bodl. liquido ἦ et εἶ appictum. Voc. οὐχ om. Coisl. Vat. Par. EFH. Flor. b. i.

καὶ χρηστός, ὦ Θ.] und recht gutmüthig, quod non vacat leni quadam cavillatione, de quo usu voc. v. Phaedr. p. 264. C. χρηστὸς εἶ, ὅτι με ἡγεῖ ἱκανὸν εἶναι τὰ ἐκείνου οὕτως ἀκριβῶς διϊδεῖν. Infra p. 166. A. οὗτος δὴ ὁ Σωκράτης ὁ χρησιός, bonus iste, h. e. fatuus, conf. Ruhnken. ad Tim. p. 132.

ὅτι με οἴει λόγων τινὰ εἶναι ὑύλακον] Haec quemadmodum in libris perscripta leguntur, hunc in modum explicanda esse liquet: quod putas me sermonum quasi saccum quendam esse, ac facili negotio inde promentem explicaturum, rem non ita se habere. Quasi vero sacculus ipse dici possit ex sacculo expromere quae opus videantur. Nihil igitur hac sententia absurdius. Quod vitium ut totum removeatur, pro ὅτι με οἴει quantocius repone ὅτι μοι οἴει. Ita enim Socrati sacculus sermonum attribuitur, non ipse saccus vocatur.

B. οὐδὲν ἐπίσταμαι πλέον πλὴν βραχέος, ὅσον λόγον κ. τ. λ.] Structura verborum paullo insolentior: quam facile expedias eiiciendo isto ὅσον, quo facto quae reliqua sunt epexegesin verborum praecedentium continebunt. Neque tamen calidius quidquam sollicitandum. Stare enim ὅσον poterit, si modo recte fuerit explicatum. Est autem per appositionem subiunctum praecedenti οὐδὲν πλέον, atque idem valet quod τοσοῦτον ὥστε, hoc sensu: ego autem non plus scio praeterquam exiguum

πλὴν βραχέος, ὅσον λόγον παρ' ἑτέρου σοφοῦ λαβεῖν καὶ ἀποδέξασθαι μετρίως. καὶ νῦν τοῦτο πάρα τοῦδε πειράσομαι, οὗ τι αὐτὸς εἰπεῖν.

ΘΕΑΙ. Σὺ κάλλιον, ὦ Σώκρατες, λέγεις· καὶ ποίει οὕτως.

Cap. XVI. *ΣΩ.* Οἶσθ' οὖν, ὦ Θεόδωρε, ὃ θαυμάζω τοῦ ἑταίρου σου, Πρωταγόρου;

C *ΘΕΑΙ.* Τὸ ποῖον;

ΣΩ. Τὰ μὲν ἄλλα μοι πάνυ ἡδέως εἴρηκεν, ὡς τὸ δοκοῦν ἑκάστῳ τοῦτο καὶ ἔστι· τὴν δ' ἀρχὴν τοῦ λόγου τεθαύμακα, ὅτι οὐκ εἶπεν ἀρχόμενος τῆς Ἀληθείας, ὅτι πάντων χρημάτων μέτρον ἐστὶν ὗς ἢ κυνοκέφαλος ἢ τι ἄλλο ἀτοπώτερον τῶν ἐχόντων

D. ἢ πῶς λέγομεν] *λέγωμεν* pr. Bodl. Vat. Ven. *Π.* quod desiderabat Stephanus recte a Fischero confutatus. Est enim: an quid est quod dicimus? an quid censemus?

βέλτιον διακρινεῖ] Sic Bekkerus ex Vind. Ven. *Σ.* et pr.

quid dam, tantum nimirum, ut orationem ab alio sapiente percipere et mediocriter tractandam suscipere possim. De constructione voc. ὅσον cum infinitivo v. Matthiae §. 479. anm. 2. p. 1064. ed. 3. Ἀποδέχεσθαι λόγον autem nunc est tractandum suscipere, ut saepe alibi. — Statim post, ne de constructionis ratione fallaris, παρὰ τοῦδε pendet ex superiore λόγον λαβεῖν καὶ ἀποδέξασθαι, quod ad πειράσομαι repetendum est.

ὃ θαυμάζω — Πρωταγόρου] Genitivus τοῦ ἑταίρου Πρ. ex pronomine ὃ aptus nexusque est, de qua constructione v. ad Protag. p. 329. C. et Menon. p. 95. C.

C. ὅτι οὐκ εἶπεν ἀρχόμενος τῆς Ἀληθείας] Majuscula litera initiali scripsimus Ἀληθείας. Dubium enim non est quin liber Protagorae intelligendus sit Ἀληθείας nomine inscriptus. De qua re non debebat dubitare Schleiermacherus ad h. l. quanquam is simul parum probabiliter Antisthenis Ἀλήθειαν significari opinatus est. Scholiasta: Τὸ τοῦ Πρωταγόρου συγγράμμα, ἐν ᾧ ταῦτα δοξάζει, Ἀλήθεια ἐκαλεῖτο ὑπὸ Προταγόρου. Cuius testimonio si nihil tribuas, afferam testem rei locupletissimum, hoc est ipsum Platonem. Non iam illud urgebo, quod Socrates etiam Cratyl. p. 386. C. et sqq. ita loquens inducitur, ut librum Protagorae Ἀληθείας titulo ornatum carpere videatur. Luculentius documentum rei in ipso Theaeteto deprehendimus. Infra p. 162. A. εἰ ἀληθὴς ἦ ἀλήθεια Πρωταγόρου, ἀλλὰ μὴ παίζουσα ἐκ τοῦ ἀδύτου τῆς βίβλου ἐφθέγξατο. ubi vides τὴν βίβλον τῆς ἀληθείας commemorari. P. 166. C. ubi Protagoras ipse Socratem accusat, quod ipsius συγγράμματα temere illuserit: ὑς δὴ καὶ κυνοκεφάλους

αἰσθησιν, ἵνα μεγαλοπρεπῶς καὶ πάνυ καταφρονητικῶς ἤρξατο ἡμῖν λέγειν, ἐνδεικνύμενος ὅτι ἡμεῖς μὲν αὐτὸν ὥσπερ θεὸν ἐθαυμάζομεν ἐπὶ σοφίᾳ, ὁ δ' ἄρα ἐτύγχανεν ὢν εἰς φρόνησιν οὐδὲν βελτίων βα- D *τράχου γυρίνου, μὴ ὅτι ἄλλου του ἀνθρώπων. ἢ πῶς λέγομεν, ὦ Θεόδωρε; εἰ γὰρ δὴ ἑκάστῳ ἀληθὲς ἔσται ὃ ἂν δι' αἰσθήσεως δοξάζῃ, καὶ μήτε τὸ ἄλλου πάθος ἄλλος βέλτιον διακρινεῖ, μήτε τὴν δόξαν κυριώτερος ἔσται ἐπισκέψασθαι ἕτερος τὴν ἑτέρου, ὀρθὴ ἢ ψευδής, ἀλλ' ὃ πολλάκις εἴρηται, αὐτὸς τὰ αὐτοῦ ἕκαστος μόνος δοξάσει, ταῦτα δὲ πάντα ὀρθὰ καὶ ἀληθῆ, τί δή ποτε, ὦ ἑταῖρε, Πρωταγόρας μὲν σοφός, ὥστε καὶ ἄλλων διδάσκαλος ἀξιοῦσθαι*

Ξ. rescripsit pro vulg. *διακρίνῃ*. Futurum habet etiam Ziti. et Bastio teste Venet. a.

μόνος δοξάσει] Sic Bodl. Vat. Ven. *II*. Vulgo erat *μόνον*.

λέγων οὐ μόνον αὐτὸς ὑγιεῖς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀκροωντας τοῦτο δρᾶν εἰς τὰ συγγράμματά μου ἀναπείθεις, οὐ καλῶς ποιῶν. P. 171. A. *μεδενὶ δὴ εἶναι ταύτην τὴν ἀλήθειαν, ἣν ἐκεῖνος ἔγραψεν*; Quibus locis quid potest esse illustrius?

Ἵνα μεγαλοπρεπῶς—] ut magnificentius et superbius fecisset dicendi initium, quod tamen nunc secus fecit. De *ἵνα* cum indicativo aoristi constructo v. ad Euthydem. p. 304. E. et Sympos. p. 181. E. Deinde *βατράχου* ante *γυρίνου* Heindorfius veretur ne ex glossemate originem duxerit. Etenim *γυρῖνος* est *τὸ ἐκ βατράχου παιδίον*, ut ait Schol. 4. Plin. Hist. Nat. IX. 51. Hesychius et Suidas in voc. Quidni vero nomini generis per appositionem addere liceat vocabulum formae, quo illius notio accuratius definiatur? Similiter certe Strabo XV. p. 706. *θηρίων ἀλωπέκων*. Paulan. IX. 2. *νόσον λύσσαν*. quae cum his contendit Bernhardy Syntax. p. 193. Accedit denique, quod *γυρῖνος* est inter numina substantivi et adiectivi ambigua, de quorum usu docte exposuit Lobeckius tribus Commentationibus academicis Regiomonti 1832 sq. editis.

D. *ἢ πῶς λέγομεν*] V. ad Sympos. p. 176. A. Hipp. mai. p. 302. E. Phaed. p. 75. B. ex quibus erit perspicuum, quo iure Stephanus coniunctivum *λέγωμεν* desideraverit. Dein ad *βέλτιον διακρινεῖ* intell. *ἢ αὐτός*. Ante *ὀρθὴ* autem quod omissum est *πότερον*, nihil hac forma loquendi usitatius.

Πρωταγόρας μὲν σοφός] Heindorfius *ἦν* addendum censet. In qua re cum eo vehementer dissentio. Neque enim *ἦν* sed *ἐστί* supplendum est, quod sit: habetur, existimatur. De mercede Protagorae a discipulis soluta insignis est

E δικαίως μετὰ μεγάλων μισθῶν, ἡμεῖς δὲ ἀμαθέστεροί τε καὶ φοιτητέον ἡμῖν ἦν παρ' ἐκεῖνον, μέτρῳ ὄντι αὐτῷ ἑκάστῳ τῆς αὐτοῦ σοφίας; ταῦτα πῶς μὴ φῶμεν δημούμενον λέγειν τὸν Πρωταγόραν; τὸ δὲ δὴ ἐμόν τε καὶ τῆς ἐμῆς τέχνης τῆς μαιευτικῆς σιγῶ, ὅσον γέλωτα ὀφλισκάνομεν· οἶμαι δὲ καὶ ξύμπασα ἡ τοῦ διαλέγεσθαι πραγματεία. τὸ γὰρ ἐπισκοπεῖν καὶ ἐπιχειρεῖν ἐλέγχειν τὰς ἀλλήλων φαντασίας τε καὶ
162 δόξας, ὀρθὰς ἑκάστου οὔσας, οὐ μακρὰ μὲν καὶ διωλύγιος φλυαρία, εἰ ἀληθὴς ἡ ἀλήθεια Πρωταγόρου, ἀλλὰ μὴ παίζουσα ἐκ τοῦ ἀδύτου τῆς βίβλου ἐφθέγξατο;

ΘΕΟ. Ὦ Σώκρατες, φίλος ἀνήρ, ὥσπερ σὺ νῦν δὴ εἶπες. οὐκ ἂν οὖν δεξαίμην δι' ἐμοῦ ὁμολογοῦντος ἐλέγχεσθαι Πρωτάγοραν, οὐδ' αὖ σοὶ παρὰ δόξαν ἀντιτείνειν. τὸν οὖν Θεαίτητον πάλιν λαβέ.

E. ταῦτα πῶς μὴ φῶμεν] Ante ταῦτα quod vulgo insertum erat καί auctoritate Coisl. Vat. Ven. *ΑΠ.* Par. BCE. Flor. a. b. c. i. Zitt. et corr. Ven. *Σ.* omisimus praeeunte Bekker. καὶ ἐπιχειρεῖν ἐλέγχειν] Bodl. Vat. et pr. Ven. *Π.* om. ἐπιχειρεῖν. Omisit etiam Bekkerus. Vereor tamen ne errore exciderit, quum ipsi sententiae optime conveniat.

locus Menon. p. 91. D. ubi v. ann. et Protag. p. 328. B. 349. A. Verbum δημοῦσθαι, quod rarissimi usus est, Hesychius, Suidas, Moeris, Thomas M., Scholiastes ad h. l. et Timaeus Gloss. p. 78. interpretantur δημοκοπεῖν, παίζειν, εὐφραίνεσθαι. Eundem usum habet δημίζειν apud Aristophan. Vesp. v. 697.

E. οἶμαι δὲ καὶ ξύμπασα —] De formula οἶμαι δέ, rectae orationi praemissa, v. ad Gorg. p. 460. A. Menon. p. 94. B. Theag. p. 121. D. Mox φαντασίαι καὶ δόξαι sunt visa et opiniones.

οὐ μακρὰ μὲν καὶ διωλύγιος] Μέν in interrogatione usurpatum ad Menon. p. 82. B. Charmid. p. 153. C. illustravimus: tetigit hunc usum etiam Heindorfius. De voc. διωλύγιον, quod subinde prave διολύγιον scribitur, docte exposuerunt Dorvill. ad Charit. p. 278. Miscell. Obss. Vol. V. Tom. III. p. 95. et Ruhnken. ad Tim. p. 88 sq. qui usum eius maxime a Platonis imitatoribus frequentatum esse demonstravit.

P. 162. Ὦ Σώκρατες, φίλος ἀνήρ] In his opus esse articulo, ex iis apparebit, quae ad Phaedrum p. 196 sqq. de hac re disputavimus. Respicit autem Theodorus ad illa Socratis p. 161. B.

πάντως καὶ νῦν δὴ μάλ' ἐμμελῶς σοι ἐφαίνετο ὑπακούειν.

ΣΩ. Ἆρα κἂν εἰς Λακεδαίμονα ἐλθών, ὦ Θεόδωρε, πρὸς τὰς παλαίστρας ἀξιοῖς ἄν ἄλλους θεώ- B
μενος γυμνούς, ἐνίους φαύλους, αὐτὸς μὴ ἀντεπιδεικνύναι τὸ εἶδος παραποδυόμενος;

ΘΕΟ. Ἀλλὰ τί μὴν δοκεῖς, εἴπερ μέλλοιέν μοι ἐπιτρέψειν καὶ πείσεσθαι; ὥσπερ νῦν οἶμαι ὑμᾶς πείσειν ἐμὲ μὲν ἐᾶν θεᾶσθαι καὶ μὴ ἕλκειν πρὸς τὸ γυμνάσιον σκληρὸν ἤδη ὄντα, τῷ δὲ δὴ νεωτέρῳ τε καὶ ὑγροτέρῳ ὄντι προσπαλαίειν.

Cap. XVII. ΣΩ. Ἀλλ' εἰ οὕτως, ὦ Θεόδωρε, σοὶ φίλον, οὐδ' ἐμοὶ ἐχθρόν, φασὶν οἱ παροιμιαζό- C
μενοι. πάλιν δὴ οὖν ἐπὶ τὸν σοφὸν Θεαίτητον ἰτέον. Λέγε δή, ὦ Θεαίτητε, πρῶτον μὲν ἃ νῦν διήλθομεν, ἆρα οὐ συνθαυμάζεις, εἰ ἐξαίφνης οὕτως ἀνα-

P. 162. *φίλος ἀνήρ*] Libri *ἀνήρ*. Correxit Bekkerus. v. Excursum ad Phaedrum.

νῦν δὴ μάλ' ἐμμελῶς] Sic optimi pariter atque plurimi libri pro eo quod vett. editt. obsidet *δὴ νῦν*. De utriusque confusione dixit nuper etiam Lobeck. ad Sophocl. Aiac. p. 475. ed. 2.

B. *Ἆρα κἂν εἰς Λακεδαίμονα* —] „Lacedaemonii enim, qui *πρῶτοι ἐγυμνώθησαν καὶ ἐς τὸ φανερὸν ἐλθόντες λίπα μετὰ τοῦ γυμνάζεσθαι ἠλείφαντο*, ut ait Thucyd. I. 6., nudato plane corpore certare in palaestris solebant. vid. Perizon. ad Ael. V. H. III. 38." *Heindorf.* Rem attigit Plato etiam De Rep. V. p. 452. C. ubi v. ann. Dein recte *τῷ σκληρῷ*, qui ab *σκλῆναι*, arefacere, vocatur, opponitur *ὁ ὑγρός*, h. e. mobilis et flexibilis, de qua vocabuli significatione dictum est ad Sympos. p. 196. A. ubi eandem habes utriusque vocabuli oppositionem.

εἰ οὕτω — σοὶ φίλον, οὐδ' ἐμοὶ ἐχθρόν] Eodem utitur proverbio Aristaenetus Epist. XXI. p. 98. ed. Boiss. ad quem locum videndi sunt interpretes p. 518 sqq.

C. *ἐπὶ τὸν σοφὸν Θεαίτητον*] Cur adolescentulum honorifico hoc nomine salutet, ex iis apparet, quae statim deinceps subiiciuntur. Qui enim scientiam ad sensuum perceptionem retulisset, eum consequens erat nemini cuiquam sapientiae nomine cedere videri. — *ἐξαίφνης οὕτως*, sic subito, re non exspectata. Quod ipsum etiam verbo *ἀναφαίνεσθαι* significatur, siquidem in eo haec est vis, ut saepe de rebus subito emergentibus dicatur. v. ad Remp. VI. p. 484. A.

φανήσει μηδὲν χείρων εἰς σοφίαν ὀτουοῦν ἀνθρώπων ἢ καὶ θεῶν; ἢ ἧττόν τι οἴει τὸ Πρωταγόρειον μέτρον εἰς θεοὺς ἢ εἰς ἀνθρώπους λέγεσθαι;

ΘΕΑΙ. Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε. καὶ ὅπερ γε ἐρωτᾷς, πάνυ θαυμάζω. ἡνίκα γὰρ διῆμεν, ὃν τρόπον
D *λέγοιεν τὸ δοκοῦν ἑκάστῳ τοῦτο καὶ εἶναι τῷ δοκοῦντι, πάνυ μοι εὖ ἐφαίνετο λέγεσθαι· νῦν δὲ τοὐναντίον τάχα μεταπέπτωκεν.*

ΣΩ. Νέος γὰρ εἶ, ὦ φίλε παῖ· τῆς οὖν δημη-

D. *νῦν δὲ τοὐναντίον*] Vulgo *αὖ* post *δὲ* insertum legitur, invitis codd. fere omnibus. Pro *τάχα* vero scribebatur *ταχύ*, quod ex Vat. et pr. Ven. *II.* emendavit Bekker.

D. *Νέος γὰρ εἶ, ὦ φίλε παῖ*] Simillimus locus est Parmenid. p. 130. E. *νέος γὰρ εἶ ἔτι, φάναι τὸν Παρμενίδην, ὦ Σώκρατες, καὶ οὔπω σὸν ἀντείληπται φιλοσοφία, ὡς ἔτι ἀντιλήψεται καὶ ἐμὴν δόξαν, ὅτε οὐδὲν αὐτῶν ἀτιμάσεις· νῦν δὲ ἔτι πρὸς ἀνθρώπων ἀποβλέπεις δόξας διὰ τὴν ἡλικίαν.* Vocatur autem Socratis oratio *δημηγορία*, quia Protagoras eam fingitur iudicare ostentationis causa et ad captandam audientium gratiam esse habitam; ita enim facere solebant oratores plebeii. Quocirca non assentimur Heindorfio *δημηγορεῖν* et *δημηγορίαν* nugari et nugas significare existimanti. Schol. *τὸν δοκοῦντα ἔλεγχον, ὃν ἄρτι ἔλεγεν ὁ Σωκράτης κατὰ Πρωταγόρου, ἅτε τοῦ κυνοκεφάλου ἐμέμνητο, δημηγορίαν νῦν καλεῖ, διὰ τῆς εἰρωνείας τὸν λόγον παραμυθησάμενος, ἵνα πάλιν διεγείρῃ τὸν νέον*, in quibus insunt vera falsis permixta.

Θεούς τε εἰς τὸ μέσον ἄγοντες] Winckelmannus ad Euthyd. p. 90. recipiendum putat quod habent Bodl. aliique *εἰς τὸ μέσον λέγοντες*. Sed quamvis alibi usurpetur *εἰς τὸ μέσον λέγειν, εἰς τὸ μέσον φθέγγεσθαι, εἰς τὸ κοινὸν λέγειν*, tamen ab hoc quidem loco illud est alienissimum, nec debebat vir doctus ipsius Platonis sententiae librorum aliquot manuscriptorum quamvis ceteroquin praestantissimorum auctoritatem anteponere. Queritur Protagoras de eo, quod Socrates ipsos adeo deos ad praesentis rei disputationem adhibuerit ac veluti traxerit. Quod recte dicitur *εἰς τὸ μέσον ἄγειν*, non potuit significari formula *εἰς τὸ μέσον λέγειν*.

οὓς ἐγὼ ἔκ τε τοῦ λέγειν — ἐξαιρῶ] Foedum hic nobis videmur detexisse glossema, quod nescimus qui virorum doctorum aciem fallere potuerit. Etenim verba haec: *περὶ αὐτῶν, ὡς εἰσὶν ἢ ὡς οὐκ εἰσίν*, perturbant profecto nexum sententiarum mirifice: quibus extrusis omnia recte facilique motu decurrunt. Nec vero difficile est videre, unde additamentum illud ortum sit. Constat enim vel ex Cicerone De Nat. Deor. I. 12. et 23.: Protagoram de deorum natura admodum dubitanter

γορίας ὀξέως ὑπακούεις καὶ πείθει. πρὸς γὰρ ταῦτα ἐρεῖ Πρωταγόρας ἢ τις ἄλλος ὑπὲρ αὐτοῦ, Ὦ γενναῖοι παῖδές τε καὶ γέροντες, δημηγορεῖτε ξυγκαθεζόμενοι, θεούς τε εἰς τὸ μέσον ἄγοντες, οὓς ἐγὼ ἔκ τε τοῦ λέγειν καὶ τοῦ γράφειν περὶ αὐτῶν, ὡς εἰσὶν ἢ ὡς οὐκ εἰσίν, ἐξαιρῶ· καὶ ἃ οἱ πολλοὶ ἂν ἀποδέχοιντο ἀκούοντες, λέγετε ταῦτα, ὡς δεινὸν εἰ μηδὲν διοίσει εἰς σοφίαν ἕκαστος τῶν ἀνθρώπων βοσκήματος ὁτουοῦν· ἀπόδειξιν δὲ καὶ ἀνάγκην οὐδ' E

εἰς τὸ μέσον ἄγοντες] λέγοντες Bodl. Vat. et pr. Ven. II. E. ἐξαιρῶ· καὶ ἃ οἱ —] V. ἐξαίρω. Correxit Heindorf. Dein vett. editt. καὶ ἃ ἂν οἱ πολλοί, invitis codicibus, praeter Par. E.

scripsisse. Protagoras, inquit Cicero, sophistes temporibus illis vel maximus, cum in principio libri sui sic posuisset, *De divis neque ut sint neque ut non sint habeo dicere*: Atheniensium iussu urbe atque agro est exterminatus, librique eius in concione combusti. Graeca refert Sextus Empir. adv. Mathem. p. 329. Περὶ θεῶν οὐτε εἰ εἰσὶν οὔθ' ὁποῖοί τινές εἰσιν, δύναμαι λέγειν. Diog. Laërt. IX. 51. Περὶ μὲν θεῶν οὐκ ἔχω εἰδέναι εὔθ' ὡς εἰσὶν εὔθ' ὡς οὐκ εἰσίν· πολλὰ γὰρ τὰ κωλύοντα εἰδέναι, ἥ τε ἀδηλότης καὶ βραχὺς ὢν ὁ βίος τοῦ ἀνθρώπου. ubi v. Menagius. Haec igitur sciolus aliquis importune hic allevit, ut scilicet constaret, quorsum istud ἐκ τοῦ λέγειν καὶ τοῦ γράφειν pertineret. Tolerabilius esset additamentum, si scriptum legeretur τῷ λέγειν καὶ τῷ γράφειν, eo quod doceo et scribo.

E. καὶ ἃ οἱ πολλοὶ ἂν ἀποδέχοιντο] Quum praecedat, θεούς τε εἰς τὸ μέσον ἄγοντες, expectaveris sane hanc orationis consecutionem: καὶ ἃ ἂν οἱ πολλοὶ ἀπ. ἀκ. λέγοντες ταῦτα. Sed nimirum talis anacoluthia sicuti quasi naturali partu edita est, ita etiam facilem habet excusationem. Prorsus eodem modo Menexen. p. 249. A. προυθυμούμην τε — καὶ ἐπειδὰν εἰς ἀνδρὸς τέλος ἵωσιν, ἀποπέμπει εἰς τὰ σφέτερα αὐτῶν. De Rep. II. p. 364. D. conf. Schaefer. ad Demosth. Apparat. II. p. 364. D. Dein ἀνάγκη est: argumentatio, qua quis aliquid concedere cogitur: zwingende Beweisführung, quemadmodum supra p. 153 C. ἀναγκάζειν probandi ac demonstrandi potestate positum vidimus. conf. De Rep. V. p. 158. D. οὐ γεωμετρικαῖς ἀλλ' ἐρωτικαῖς ἀναγκαις. Ibid. VII. 527. A. X. 611. B. εἰκότι, quo maxime rhetores et rhetorissantes sophistae utebantur. v. Phaedr. p. 267. A. p. 272. D. E. Euthydem p. 305. E. Phaedon. p. 92. C. Verba, ἄξιος οὐδ' ἑνὸς μόνου ἂν εἴη, referuntur ad proverbium natum ex Homerico Iliad. θ', v. 234. νῦν δ' οὐδ' ἑνὸς ἄξιοί εἰμεν Ἕκτορος. v.

ἠντινοῦν λέγετε, ἀλλὰ τῷ εἰκότι χρῆσθε, ᾧ εἰ ἐθέλοι Θεόδωρος ἢ ἄλλος τις τῶν γεωμετρῶν χρώμενος γεωμετρεῖν, ἄξιος οὐδενὸς μόνου ἂν εἴη. σκοπεῖτε οὖν σύ τε καὶ Θεόδωρος, εἰ ἀποδέξεσθε πιθανολογίᾳ τε καὶ εἰκόσι περὶ τηλικούτων λεγομένους
163 λόγους.

ΘΕΑΙ. Ἀλλ' οὐ δίκαιον, ὦ Σώκρατες, οὔτε σὺ οὔτε ἂν ἡμεῖς φαῖμεν.

ΣΩ. Ἄλλη δὴ σκεπτέον, ὡς ἔοικεν, ὡς ὅ τε σὸς καὶ ὁ Θεοδώρου λόγος.

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν ἄλλη.

ΣΩ. Τῇδε δὴ σκοπῶμεν, εἰ ἄρα ἐστὶν ἐπιστή-

P. 163. ἀποδέξεσθε πιθανολογίᾳ] Bodl. πιθανολογίας. Pro τηλικούτων Bodl. Vat. Ven. *II.* τούτων. Ἄλλη δὴ σκεπτέον] V. ἀλλὰ δή — ἔοικεν ἄλλη ὡς quod e Bodl. Vat. Ven. *II.* mutatum. Praeterea iidem λόγος post Θεοδώρου collocant vulgo post ὅ τε σός positum.

Wyttenbach. Epistol. Crit. ad Ruhnken. p. 29. Inepte Schol. ἐκ τῆς τῶν κυβευόντων συνηθείας ἔλαβε τὸ Οὐδενὸς μόνου, ὅταν ἐκεῖ πάσῃ ἐν τῷ παίζειν ἓν τὸ ἐλάχιστον.

P. 163. Ἀλλ' οὐ δίκαιον — φαῖμεν] Heusdius Spec. Crit. p. 36. Hoc responsum, inquit, manifeste corruptela laborat: ita vero restituendum videtur: ἀλλ' οὐ δίκαιον — οὔτε ἂν ἡμᾶς φαῖμεν. Intelligitur ἀποδέξασθαι. Diceremus: neque te neque nos oportere huiusmodi orationem de tantis rebus probare. Nec tamen hac mutatione opus esse persuadere nobis potuimus. Nam ad οὐ δίκαιον intelligendum τοῦτ' ἐστίν; ad haec autem: οὔτε οὐ οὔτε ἂν ἡμεῖς φαῖμεν, ex antecedentibus assumi opportet ἀποδέξασθαι, ut Theaetetus maiore quadam vi et gravitate rem bis neget, more loquendi in Platonis sermonibus haudquaquam infrequenti.

εἰς γὰρ τοῦτο πᾶς ὁ λόγος] Cardinem rei censet verti maxime in eo, ut accurate definiatur, numquid inter scientiam et sensuum perceptionem intersit. Itaque deinde rursus quaedam opponit rationi Protagoreae, ita tamen ut ea ipse refellat et confutet. Primum enim Protagorae adversari videri dicit hoc, quod audientes peregrinae linguae voces saepe non intelligamus quid dicatur: ex eo enim apparere, sentire aliud quiddam esse quam scire. Quam tamen obiectionem levem esse docet, quandoquidem illud ipsum, quod audiatur omninoque percipiatur, afferat scientiam, reliqua quia non percipiantur ne sciri quidem possint. Tum aliud quiddam profert, unde perceptionis et scientiae discrimen intelligatur. Multa sunt, inquit, quae ita scimus, ut ea aliquando didicerimus. Iam vero quod non amplius sentitur, id ex Protagorae ra-

μη τε καὶ αἴσθησις ταὐτὸν ἢ ἕτερον. εἰς γὰρ τοῦτό που πᾶς ὁ λόγος ἡμῖν ἔτεινε, καὶ τούτου χάριν τὰ πολλὰ καὶ ἄτοπα ταῦτα ἐκινήσαμεν. οὐ γάρ;

ΘΕΑΙ. Παντάπασι μὲν οὖν.

ΣΩ. Ἦ οὖν ὁμολογήσομεν, ἃ τῷ ὁρᾶν αἰσθα- B
νόμεθα ἢ τῷ ἀκούειν, πάντα ταῦτα ἅμα καὶ ἐπίστασθαι; οἷον τῶν βαρβάρων πρὶν μαθεῖν τὴν φωνὴν πότερον οὐ φήσομεν ἀκούειν, ὅταν φθέγγωνται, ἢ ἀκούειν τε καὶ ἐπίστασθαι ἃ λέγουσι; καὶ αὖ γράμματα μὴ ἐπιστάμενοι, βλέποντες εἰς αὐτὰ πότερον οὐχ ὁρᾶν ἢ ἐπίστασθαι, εἴπερ ὁρῶμεν, διισχυριούμεθα;

Τῇδε δὴ σκοπῶμεν] τί δαὶ δὴ σκ. Bodl. τί δὲ δὴ σκ. Vat. Ven. *II.* Unice vera est lectio vulgata.

ἢ ἕτερον] πότερον Bodl. Vat. et pr. Ven. *II.* Pro ταὐτὸν Bodl. τοὔτου.

tione sciri non potest. Praeterea multa aegre et obscure sentiuntur percipiunturque res modo eminus modo cominus, quorum omnium nihil convenit in scientiam. Verum re diligentius explorata videbimus, ne haec quidem satis vere contra illam sententiam disputari. Nam de memoria quidem ita statuendum est, diversam eam esse a sensu, quaeque videmur recordando scire, non esse eadem, quae sensibus perceperimus. Quod autem sentiendi illam diversitatem attinet, certe non absurde putaverimus aliam etiam scientiam existere, prouti alia sit sensuum perceptio. Quibus ita expositis Plato denique Protagoram ipsum ita loquentem inducit, ut omnem rationem suam gravissima oratione (inde a p. 166. A. usque ad 168. B.) tueatur, et quae contra eam disputata sunt magno animi ardore repellat et confutet. Quo ipso iam tandem id efficitur, ut omnis eorum ratio, qui scientiam in sensuum perceptione contineri statuebant, plenissime exposita et argumentis confirmata ac defensa videatur.

τὰ πολλὰ — ἐκινήσαμεν] Infra p. 184. A. *ἐγείρειν* sic dicitur. Politic p. 186. C. *κινεῖν μῦθον.* Ibid. 176. E. *ἐγείρειν μῦθον.* De Rep. V. p. 450. A. *ὅσον λόγον πάλιν κινεῖτε.* Eurip. Electr. v. 302. *κινεῖς μῦθον.* Sext. Empir. adv. Mathem. p. 16. D. al.

B. *πότερον οὐ φήσομεν ἀκούειν*] utrum negabimus nos audire, quando loquantur (sonos vocum edant) an audire et scire quae dicant? Mox pariter dici poterat *πότερον οὐχ ὁρᾶν ἢ ὁρᾶν τε καὶ ἐπίστασθαι*, ubi tamen non est, cur aliquid turbatum esse opinemur. Proxima sic interpretamur: Hoc ipsum ex iis, quodcunque videmus et audimus, nos scire

ΘΕΑΙ. Αὐτό γε, ὦ Σώκρατες, τοῦτο αὐτῶν, ὅπερ ὁρῶμέν τε καὶ ἀκούομεν, ἐπίστασθαι φήσομεν· τῶν μὲν γὰρ τὸ σχῆμα καὶ τὸ χρῶμα ὁρᾶν τε καὶ
C ἐπίστασθαι, τῶν δὲ τὴν ὀξύτητα καὶ βαρύτητα ἀκούειν τε ἅμα καὶ εἰδέναι· ἃ δὲ οἵ τε γραμματισταὶ περὶ αὐτῶν καὶ οἱ ἑρμηνεῖς διδάσκουσιν, οὔτε αἰσθάνεσθαι τῷ ὁρᾶν ἢ ἀκούειν οὔτε ἐπίστασθαι.

ΣΩ. Ἀριστά γ', ὦ Θεαίτητε, καὶ οὐκ ἄξιόν σοι πρὸς ταῦτα ἀμφισβητῆσαι, ἵνα καὶ αὐξάνῃ. Cap. XVIII. Ἀλλ' ὅρα δὴ καὶ τόδε ἄλλο προσιόν, καὶ σκόπει, πῇ αὐτὸ διωσόμεθα.

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον δή;

ΣΩ. Τὸ τοιόνδε, εἴ τις ἔροιτο, ἆρα δυνατόν,
D ὅτου τις ἐπιστήμων γένοιτό ποτε, ἔτι ἔχοντα μνήμην αὐτοῦ τούτου καὶ σωζόμενον, τότε ὅτε μέμνηται μὴ ἐπίστασθαι αὐτὸ τοῦτο, ὃ μέμνηται. μακρολογῶ δέ, ὡς ἔοικε, βουλόμενος ἐρέσθαι, εἰ μαθών τίς τι μεμνημένος μὴ οἶδε.

B. τὸ σχῆμα καὶ τὸ χρῶμα] Sic Bodl. Vat. Ven. *AΠ*, Flor. b. Vett. editt. τὸ σχ. τε καὶ τὸ χρ.

D. ἔτι ἔχοντα μνήμην] ποτὲ ἐπέχοντα Bodl. Vat. Ven. *Π*. Mox Coisl. ἔρεσθαι, ceteri fere omnes recte ἐρέσθαι.

dicemus. Male enim Heindorfius: Hoc *unum* de iis, quo in genere vir doctus alibi quoque lapsus est. Deinde τῶν μὲν referendum ad γράμματα, quorum figurae habent speciem et colorem; τῶν δὲ autem pertinet ad sonos loquentium, dictumque est per synesin quandam.

B. ἵνα καὶ αὐξάνῃ] hoc dicit: non par est tecum de his rebus dubitare, ut etiam animo augearis, h. e, ut animus tibi crescat et augeatur. Dativus σοι cum ἀμφισβητῆσαι cohaeret neque cum ἄξιόν ἐστι, quod vulgo putarunt interpretes. Euthydem. p. 279. B. ἴσως — ἂν τις ἡμῖν ἀμφισβητήσειεν. Polit. p. 268. A. ὅτι βουκάλῳ γε οὐδεὶς ἀμφισβητήσει. — πῇ αὐτὸ διωσόμεθα, quomodo id repellamus. Thucyd. IV. 108. λογισμῷ αὐτοκράτορι διωθεῖσθαι. Ibid. IV. 83. μὴ κακούμενοι διωθεῖσαι. Demosth. De falsa Legat. p. 384. 14. R. πάντα ταῦτα ἐκεῖνοι, διεωθοῦντο καὶ οὐδαμῇ προϊεντο ἑαυτούς. Id. p. 555. ἐγὼ μὲν γὰρ

ΘΕΑΙ. Καὶ πῶς, ὦ Σώκρατες; τέρας γὰρ ἂν εἴη ὃ λέγεις.

ΣΩ. Μὴ οὖν ἐγὼ ληρῶ; σκόπει δέ. ἆρα τὸ ὁρᾶν οὐκ αἰσθάνεσθαι λέγεις καὶ τὴν ὄψιν αἴσθησιν;

ΘΕΑΙ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Οὐκοῦν ὁ ἰδών τι ἐπιστήμιον ἐκείνου γέγονεν ὃ εἶδε κατὰ τὸν ἄρτι λόγον;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Τί δαί; μνήμην οὐ λέγεις μέντοι τι; E

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Πότερον οὐδενὸς ἢ τινός;

ΘΕΑΙ. Τινὸς δήπου.

ΣΩ. Οὐκοῦν ὧν ἔμαθε καὶ ὧν ἥσθετο, τοιουτωνί τινων;

ΘΕΑΙ. Τί μήν;

ΣΩ. Ὃ δὴ εἶδέ τις, μέμνηταί που ἐνίοτε;

ΘΕΑΙ. Μέμνηται.

ὃ εἶδε κατὰ τὸν ἄρτι λ.] Sic codd. Vulgo οἶδε.

E. Τί δαί; μνήμην] δέ Vat. Ven. II. et pr. Bodl.

τουτωνί τινων] Haec in ed. Steph. tribuuntur Theaeteto, illa autem: Τί μήν; Socrati. Recte iam Ald. et Bass.

ἴσως διεωσάμην καὶ ἄλλος τις ἂν ψευδῆ λόγον καὶ συκοφαντίαν. ἆρα δυνατόν, ὅτου τις—] num fieri possit, ut quis id, cuius aliquando sciens extiterit, adhuc tenens eius memoriam et conservans, tum, quum meminerit, nesciat illud ipsum, cuius meminerit. De usu verbi σώζεσθαι v. supra ad p. 153. B.

E. Τί δαί; μνήμην οὐ λέγεις μέντοι τι] Recte ponitur δαί. Simulat enim Socrates admirationem, quoniam praeterquam quod sentientes sciamus, etiam recordantes subinde habeamus scientiam, omni sensuum perceptione seiuncta et amota. Enimvero ex ea ipsa re colligi posse statuit, scientiam non in una sensuum perceptione contineri. De μέντοι in interrogationibus aientibus frequentato v. Protagor. p. 309. A. De Republ. VII. 521. C. IX. 581. A. Phaedr. p. 229. B. Hipp. min. p. 366. C. Cratyl. p. 439. A. al. Mox ad ὧν ἔμαθε καὶ ὧν ἥσθετο int. τις.

ΣΩ. Ἦ καὶ μύσας; ἢ τοῦτο δράσας ἐπελάθετο;

ΘΕΑΙ. Ἀλλὰ δεινόν, ὦ Σώκρατες, τοῦτό γε φάναι.

164 ΣΩ. Δεῖ γε μέντοι, εἰ σώσοιμεν τὸν πρόσθεν λόγον· εἰ δὲ μή, οἴχεται.

ΘΕΑΙ. Καὶ ἐγώ, νὴ τὸν Δία, ὑποπτεύω, οὐ μὴν ἱκανῶς γε συννοῶ· ἀλλ' εἰπὲ πῇ.

ΣΩ. Τῇδε· ὁ μὲν ὁρῶν ἐπιστήμων, φαμέν, τούτου γέγονεν, οὗπερ ὁρᾷ· ὄψις γὰρ καὶ αἴσθησις καὶ ἐπιστήμη ταὐτὸν ὡμολόγηται.

ΘΕΑΙ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ὁ δέ γε ὁρῶν καὶ ἐπιστήμων γεγονὼς οὗ ἑώρα, ἐὰν μύσῃ, μέμνηται μέν, οὐχ ὁρᾷ δὲ αὐτό. ἦ γάρ;

ΘΕΑΙ. Ναί.

B ΣΩ. Τὸ δέ γε οὐχ ὁρᾷ οὐχ ἐπίσταταί ἐστιν, εἴπερ καὶ τὸ ὁρᾷ ἐπίσταται.

ΘΕΑΙ. Ἀληθῆ.

ἢ τοῦτο δράσας] Steph. ἢ καὶ τοῦτο δρ. invitis codd. praeter Par. E. Deest καὶ etiam in Ald. Bas. 1. 2.

P. 164. οὗπερ ὁρᾷ] ὁρῶν Bodl. Vat. et pr. Ven. *II.* quod si verum est, ἐστίν intelligendum relinquitur.

ἢ τοῦτο δράσας ἐπελάθετο] an statim oblivisci tur, ubi occlusit oculos!

P. 164. Δεῖ γε μέντοι, εἰ σώσοιμεν —] Ad δεῖ γε μέντοι intell. δεινὸν τοῦτο φάναι. Dein τὸν λόγον σώζειν frequenti usu dicitur de eo, qui sententiam aliquam tenet, tuetur ac servat. Contrarium est οἴχεται ὁ λόγος, h. e. periit. Phaed. p. 89. B. ἐὰν τελευτήσῃ ὁ λόγος. Symp. p. 197. E. ὁ λόγος ἀπώλετο, ubi Platonicum hunc loquendi morem satis illustravimus. Totum locum Heusdius Specim. Crit p. 36. sic refingendum putabat: — εἰ δὲ μή, οἴχεται· καὶ ἐγὼ — συννοῶ, ἀλλ' ἔπου. Θ. Πῇ; quoniam illa: καὶ ἐγὼ νὴ τὸν Δία — minime Theaeteti personae convenirent. Quod viri docti iudicium nos quidem comprobare non possumus; nec probavit Buttmannus.

C. καίτοι τί ποτε μέλλομεν — ὁρᾶν] Quum iam videantur refutata esse eorum sententia, qui αἴσθησιν et ἐπιστήμην idem esse volebant, tamen

ΣΩ. Συμβαίνει ἄρα, οὗ τις ἐπιστήμων ἐγένετο, ἔτι μεμνημένον αὐτὸν μὴ ἐπίστασθαι, ἐπειδὴ οὐχ ὁρᾷ· ὃ τέρας ἔφαμεν ἂν εἶναι εἰ γίγνοιτο.

ΘΕΑΙ. Ἀληθέστατα λέγεις.

ΣΩ. Τῶν ἀδυνάτων δή τι ξυμβαίνειν φαίνεται, ἐάν τις ἐπιστήμην καὶ αἴσθησιν ταὐτὸν φῇ εἶναι.

ΘΕΑΙ. Ἔοικεν.

ΣΩ. Ἄλλο ἄρα ἑκάτερον φατέον.

ΘΕΑΙ. Κινδυνεύει.

ΣΩ. Τί οὖν δῆτ' ἂν εἴη ἐπιστήμη; πάλιν ἐξ C ἀρχῆς, ὡς ἔοικε, λεκτέον. Καίτοι τί ποτε μέλλομεν, ὦ Θεαίτητε, δρᾶν;

ΘΕΑΙ. Τίνος πέρι;

ΣΩ. Φαινόμεθά μοι ἀλεκτρυόνος ἀγεννοῦς δίκην, πρὶν νενικηκέναι, ἀποπηδήσαντες ἀπὸ τοῦ λόγου ᾄδειν.

ΘΕΑΙ. Πῶς δή;

B, καὶ τὸ ὁρᾷ ἐπίσταται] Bas. I. 2. ὁρᾶν ἐπίστασθαι, quod habet Par. A. ex corr.

C. εἴη ἐπιστήμη; πάλιν ἐξ ἀρχῆς] ἐπιστήμη μὴ πάλιν Bodl. Vat. et pr. Ven. II. Sed marg. Bodl. ἐν ἑτέρῳ λείπει τὸ μή.

Socrates cavendum esse monet, ne triumphus ante victoriam agatur, siquidem quae contra eam disputata sint, refelli possint aut certe elevari. Itaque quum hactenus impugnaverit illam Protagoreorum opinionem, inde ab his verbis acie quasi relicta rursus transit ad partes adversariorum, exploraturus quibus argumentis causa eorum sustentari queat. De more Graecorum maximeque Atheniensium alendi gallos gallinaceos, quos in pugnam committerent, omnia in vulgus nota sunt. v. Plat. Hipp. mai. p. 295. D. Lysid p. 211. E. Legg. VII. p. 789. B. Aristoph. Acharn. v. 166. ibique intpp. Avv. v. 70. Equitt. v. 491. Vesp. 1490. Aelian. V. Hist. II. 28, al. Ad ipsam hanc sententiam contendisse iuvabit Demosthen. adv. Conon. §. 9. p. 471. ἥδε γὰρ τοὺς ἀλεκτρυόνας μιμούμενος τοὺς νενικηκότας, οἱ δὲ κροτεῖν τοῖς ἀγκῶσιν αὐτὸν ἠξίουν ἀντὶ πτερύγων τὰς πλευράς. Hinc expendes etiam elegantem usum verborum ἀποπηδήσαντες ἀπὸ τοῦ λόγου.

ΣΩ. Ἀντιλογικῶς ἐοίκαμεν πρὸς τὰς τῶν ὀνομάτων ὁμολογίας ἀνομολογησάμενοι καὶ τοιούτῳ τινὶ περιγενόμενοι τοῦ λόγου ἀγαπᾶν, καὶ οὐ φάσκοντες ἀγωνισταὶ ἀλλὰ φιλόσοφοι εἶναι λανθάνομεν ταὐτὰ
D ἐκείνοις τοῖς δεινοῖς ἀνδράσι ποιοῦντες.

ΘΕΑΙ. Οὔπω μανθάνω ὅπως λέγεις.

ΣΩ. Ἀλλ' ἐγὼ πειράσομαι δηλῶσαι περὶ αὐτῶν ὅ γε δὴ νοῶ. ἠρόμεθα γὰρ δή, εἰ μαθὼν καὶ μεμνημένος τίς τι μὴ ἐπίσταται, καὶ τὸν ἰδόντα καὶ μύσαντα μεμνημένον, ὁρῶντα δὲ οὔ, ἀποδείξαντες, οὐκ εἰδότα ἀπεδείξαμεν καὶ ἅμα μεμνημένον· τοῦτο δ' εἶναι ἀδύνατον. καὶ οὕτω δὴ μῦθος ἀπώλετο ὁ Πρωταγόρειος, καὶ ὁ σὸς ἅμα ὁ τῆς ἐπιστήμης καὶ αἰσθήσεως, ὅτι ταὐτόν ἐστι.
E ΘΕΑΙ. Φαίνεται.

ἀλλὰ φιλόσοφοι εἶναι] V. σοφοί, invitis optimis et plurimis codicibus.

D. πειράσομαι δηλῶσαι] ἁπλῶσαι Bodl. Vat. Ven. Π.,

Ἀντιλογικῶς ἐοίκαμεν—] Acrium et contentiosorum hominum more se versatos esse ait, qui πρὸς τὰς ὁμολογίας τῶν ὀνομάτων inter ipsos convenerint, h. e. secundum eum vocabulorum usum, quem ipsi concesserint, atque isto modo convicerint adversariorum sententiam. Quinam dicantur ἀντιλογικοί, ad Phaedon. p. 101. E. exposuimus; clarius etiam intelligetur ex Euthydemo, ubi Euthydemus et Dionysodorus multas nectunt argutias ex eo ductas illas, quod vocabulis nunc hanc nunc aliam significationem attribuunt. Significat igitur Socrates Protagoreos sententiae suae patrocinium ita suscepturos esse, ut de vocabulorum vi et significatione aliter sentiant; quod quorsum spectet, proxima disputationis pars unumquemque docere poterit. Ἀγωνισταί sunt pugnaces disputatores, quibus opponuntur φιλόσοφοι, sapientiae amatores, qui in disputando id tantummodo agunt, ut verum exquiratur. Male vulgo σόφοι scribebatur, quod ex optimis codicibus emendatum est. Nam alibi certe δεινοὶ καὶ σοφοὶ coniunguntur, non inter se opponuntur, veluti supra p. 154. D. εἰ μὲν δεινοὶ καὶ σοφοὶ ἐγώ τε καὶ σύ infra p. 173. B. δεινοί τε καὶ σοφοὶ γεγονότες. Protagor. p. 341. A. Πρωταγόρας σοφὸς καὶ δεινός ἐστιν ἀνήρ. Hipp. min. p. 373. B. σοφὸς γὰρ ἂν ἦν καὶ δεινὸς κατὰ τὸν σὸν λόγον.

D. μῦθος ἀπώλετο ὁ Πρωταγόρειος] Heindorfius ὁ μῦθος, articulo interposito, scribendum putabat. Quasi vero non subsequeretur ὁ Πρωταγόρειος. De formula μῦ-

ΣΩ. Οὔ τι ἄν, οἶμαι, ὦ φίλε, εἴπερ γε ὁ πατὴρ τοῦ ἑτέρου μύθου ἔζη, ἀλλὰ πολλὰ ἂν ἤμυνε· νῦν δὲ ὀρφανὸν αὐτὸν ἡμεῖς προπηλακίζομεν. καὶ γὰρ οὐδ' οἱ ἐπίτροποι, οὓς Πρωταγόρας κατέλιπε, βοηθεῖν ἐθέλουσιν, ὧν Θεόδωρος εἷς ὅδε. ἀλλὰ δὴ αὐτοὶ κινδυνεύσομεν τοῦ δικαίου ἕνεκ' αὐτῷ βοηθεῖν.

ΘΕΟ. Οὐ γὰρ ἐγώ, ὦ Σώκρατες, ἀλλὰ μᾶλλον Καλλίας ὁ Ἱππονίκου τῶν ἐκείνου ἐπίτροπος· ἡμεῖς 165
δέ πως θᾶττον ἐκ τῶν ψιλῶν λόγων πρὸς τὴν γεωμετρίαν ἀπενεύσαμεν. χάριν γε μέντοι σοὶ ἕξομεν, ἐὰν αὐτῷ βοηθῇς.

ΣΩ. Καλῶς λέγεις, ὦ Θεόδωρε. σκέψαι οὖν τὴν γ' ἐμὴν βοήθειαν. τῶν γὰρ ἄρτι δεινότερα ἄν τις ὁμολογήσειε μὴ προσέχων τοῖς ῥήμασι τὸν νοῦν, ἢ

sed in Ven. δηλῶσαι superscriptum.

P. 165. μέντοι σοι ἕξομεν] σοι om. Bodl. Vat. Ven. Π. μὴ προσέχων] Sic Bodl. Vat. Ven. Π. pro vulg. προσχών.

θος ἀπώλετο v. ad p. 164. A.— ὁ τῆς ἐπιστήμης, h. e. ὁ περὶ τῆς ἐπιστήμης καὶ αἰσθήσεως. v. ad Apolog. Socrat. p. 26. B. Charmid. p. 156. A.

E. ὁ πατὴρ τοῦ ἑτέρου μ.] h. e. auctor, de quo usu v. ad Phaedr. p. 257. B. Symp. 177. D. Ad οὔτι ἄν int. ἀπώλετο.

ἀλλὰ δὴ αὐτοὶ κινδυνεύσομεν] sed nos ipsi, qui antea contra diximus quoniam iustum est, s. ut iustitiae satisfiat, ei succurrere periclitabimur. Ita enim haec intelligenda sunt, in quibus Heindorfius αὐτοὶ putabat significare nos soli. Dein quod Theodorus Calliam potius vult esse rationis Protagoreae tutorem, vel ex Protagora Platonis constat, homo ditissimus atque opulentissimus quantopere deditus fuerit sophistis maximeque Protagorae; de qua re v. ad Protag. p. 311. A. Cratyl. p. 391. A. De gente Calliae v. ad Cratyl. p. 384. A.

P. 165. ἐκ τῶν ψιλῶν λόγων —] h. e. a disputationibus actione et usu carentibus, quales sunt quae vulgo a philosophis instituuntur. Sic enim illud ψιλῶν interpretamur. Alii intelligunt disputationes, quae non utuntur figuris, ut geometria. De metaphora in ἀπενεύσαμεν conspicua v. ad Remp. V. p. 472. A. Euthydem. p. 293. A. Parmen. p. 130. D. Itaque Theodorus sese fatetur misso philosophiae studio animum ad geometriam maxime applicuisse.

P. 165. μὴ προσέχων τοῖς ῥήμασιν —] nisi animum ad verba adverterit, quomodo plerumque eis so-

τὸ πολὺ εἰθίσμεθα φάναι τε καὶ ἀπαρνεῖσθαι. σοὶ λέγω ὅπῃ, ἢ Θεαιτήτῳ;

ΘΕΟ. Εἰς τὸ κοινὸν μὲν οὖν, ἀποκρινέσθω δὲ
B ὁ νεώτερος· σφαλεὶς γὰρ ἧττον ἀσχημονήσει.

Cap. XIX. ΣΩ. Λέγω δὴ τὸ δεινότατον ἐρώτημα. ἔστι δὲ, οἶμαι, τοιόνδε τι· ἆρα οἷόν τε τὸν αὐτὸν εἰδότα τι τοῦτο ὃ οἶδε μὴ εἰδέναι;

ΘΕΟ. Τί δὴ οὖν ἀποκρινούμεθα, ὦ Θεαίτητε;

ΘΕΑΙ. Ἀδύνατόν που, οἶμαι ἔγωγε.

ΣΩ. Οὔκ, εἰ τὸ ὀρᾶν γε ἐπίστασθαι θήσεις. τί γὰρ χρήσει ἀφύκτῳ ἐρωτήματι, τὸ λεγόμενον ἐν φρέατι συνεχόμενος, ὅταν ἐρωτᾷ ἀνέκπληκτος ἀνήρ, καταλαβὼν τῇ χειρὶ σοῦ τὸν ἕτερον ὀφθαλμόν, εἰ
C ὁρᾷς τὸ ἱμάτιον τῷ κατειλημμένῳ.

ΘΕΑΙ. Οὐ φήσω, οἶμαι, τούτῳ γε, τῷ μέντοι ἑτέρῳ.

B. *Τί δὴ οὖν ἀποκρινούμεθα*] V. *ἀποκρινάμεθα*, quod solus Par. E. cum vett. editt. tuetur. Habet tamen iam Bas. 2. *ἀποκρινουμεθα*.

ἐν φρέατι συνεχόμενος] Sic Bodl. Vat. Ven. *II.* Vett editt. *συσχόμενος*.

leamus in aiendo et negando uti.

Εἰς τὸ κοινὸν μὲν οὖν] Int. *λέγε*. Legg. VII. p. 796. E. *Θέντες εἰς κοινὸν λέγητε.* — *σφαλεὶς γ. ἧ. ἀσχημονήσει*, erranti ei minus erit indecorum. Homer. Iliad. X. 79 sqq.

B. *ἆρα οἷόν τε τὸν αὐτὸν* —] num fieri potest, ut idem, sciens aliquid, hoc ipsum, quod sciat, nesciat. Hoc fieri posse neganti Theaeteto Socrates respondet, fieri posse utique, siquidem scientia insit in visu ac sensibus; exoriri enim isto modo quaestionem prorsus inexplicabilem, quod est *ἄφυκτον ἐρώτημα* Euthydem. p. 276. E. *πάντα* — *τοιαῦτα ἡμεῖς ἐρωτῶμεν ἄφυκτα*. Proverbialem loquutionem, *ἐν φρέατι συνέχεσθαι*, in puteo constrictum teneri, apparet de iis commode dici, qui in eas angustias redacti, sunt, ut extricare sese ex difficultatibus nullo modo possint. conf. p. 174. C. Praesenti *συνέχομενος* cur Buttmannus diffisus sit, non potuimus intelligere.

C. *Οὐδὲν ἐγώ, φήσει, τοῦτο οὔτε τάττω*] Reprehendit Socrates Theaetetum, quod is respondit *Οὕτω γέ πως*. Non iam, inquit, de modo, quo id fiat, quaero, sed illud scire volo: an quod scias, id etiam nescias! Itaque verba sic explicanda putamus: Mi-

ΣΩ. Οὐκοῦν ὁρᾷς τε καὶ οὐχ ὁρᾷς ἅμα ταὐτόν;

ΘΕΑΙ. Οὕτω γέ πως.

ΣΩ. Οὐδὲν ἐγώ, φήσει, τοῦτο οὔτε τάττω οὔτ' ἠρόμην τὸ ὅπως, ἀλλ' εἰ, ὃ ἐπίστασαι, τοῦτο καὶ οὐκ ἐπίστασαι. νῦν δὲ ὃ οὐχ ὁρᾷς, ὁρῶν φαίνει. ὡμολογηκὼς δὲ τυγχάνεις τὸ ὁρᾶν ἐπίστασθαι καὶ τὸ μὴ ὁρᾶν μὴ ἐπίστασθαι. ἐξ οὖν τούτων λογίζου τί σοι συμβαίνει.

ΘΕΑΙ. Ἀλλὰ λογίζομαι, ὅτι τἀναντία οἷς ὑπε- D
θέμην.

ΣΩ. Ἴσως δέ γ', ὦ θαυμάσιε, πλείω ἂν τοιαῦτ' ἔπαθες, εἴ τίς σε προσηρώτα, εἰ ἐπίστασθαι ἔστι μὲν ὀξύ, ἔστι δὲ ἀμβλύ, καὶ ἐγγύθεν μὲν ἐπίστασθαι, πόρρωθεν δὲ μή, καὶ σφόδρα καὶ ἠρέμα τὸ αὐτό, καὶ ἄλλα μυρία, ἃ ἐλλοχῶν ἂν πελταστικὸς

C. *Οὐδὲν ἐγώ, φήσει*] Ante *Οὐδὲν* Stephano aliqua deesse videbantur.

D. *ἐπίστασθαι ἔστι μὲν ὀξύ*] Pro *μέν*, quod codicibus debetur, vett. editt. habent *καί*.

nime ego hoc nunc iubeo neque interrogabam, quomodo (τὸ ὅπως) idem videres et non videres, sed etc. Stephano ante *οὐδὲν* nonnulla excidisse videbantur; qui fortasse eo maxime in fraudem inductus est, quod *οὐδὲν* non vidit adverbii loco pro *οὐδαμῶς* positum esse.

D. *ὅτι τἀναντία*—] Consequitur enim, ut quia eadem res et videtur et non videtur, ea etiam sciri et nesciri simul iudicanda sit.

εἰ ἐπίστασθαι ἔστι μὲν ὀξὺ κ. τ. λ.] Nempe si scientia in visu inest, videbimur etiam acute vel tarde, eminus et cominus scire posse, quoniam eadem visui tribuuntur. Mox τὸ αὐτὸ est pariter, in quo non debebat haerere Heindorfius.

ἃ ἐλλοχῶν ἂν πελταστικὸς ἀνὴρ μισθοφόρος] Comparatur captiosus iste disputator cum milite levis armaturae eoque mercenario. Nempe cogitandum de sophista est, qui acuminis sui ostentatione alios ad disciplinam suam cauponis alicuius instar pelliciat lucrum inde facturus. — *ἐμβαλὼν ἂν εἰς τὸ ἀκούειν*, impetu in auditum ceterosque sensus facto. Sic enim *ἐμβάλλειν* non raro intransitive usurpatur.

ἀνὴρ μισθοφόρος ἐν λόγοις ἐρόμενος, ἡνίκ' ἐπιστήμην καὶ αἴσθησιν ταὐτὸν ἔθου, ἐμβαλὼν ἂν εἰς τὸ ἀκούειν καὶ ὀσφραίνεσθαι καὶ τὰς τοιαύτας αἰσθή-
E σεις, ἤλεγχεν ἂν ἐπέχων καὶ οὐκ ἀνιείς, πρὶν θαυμάσας τὴν πολυάρατον σοφίαν ξυνεποδίσθης ὑπ' αὐτοῦ, οὗ δή σε χειρωσάμενός τε καὶ ξυνδήσας ἤδη ἂν τότε ἐλύτρου χρημάτων, ὅσων σοί τε κακείνῳ ἐδόκει. Τίν' οὖν δὴ ὁ Πρωταγόρας, φαίης ἂν ἴσως, λόγον ἐπίκουρον τοῖς αὑτοῦ ἐρεῖ; ἄλλο τι πειρώμεθα λέγειν;

E. ὅσων σοί τε κακείνῳ ἐδ.] Bodl. Vat. Ven. *II. γε.* Ταῦτά τε — λέγομεν] Steph. putabat verba καὶ ὁμόσε οἶμαι χωρήσεται pertinere ad aliquod verbum futuri temporis post λέγομεν omissum, quod verbum irridendi significationem habuerit, hoc modo: omnia irridebit quae — atque manus con-

E. πρὶν θαυμάσας τὴν πολυάρατον σοφίαν] Hoc πολυάρατον criticis vehementer offensioni fuit. Heindorfius enim πολυήρατον restituendum putat, hoc est, amabilem, multum amatam. Quod merito displicuit Buttmanno, qui olim πολυάπατον, nuper autem πολύκροτον refingendum censuit. Sed nec hoc animum explet. In Ven. *II.* utrumque ᾱ in voc. πολυάρατον erasum est. Unde colligere licet scribam dubitavisse, utrum ᾱ in ῆ mutari oporteret. Et nobis quidem praestare videtur πολυήρητον, multum votis expetitum, quo usus Homerus est Odyss. V. v. 280. XIX. 404. Plato tamen Ionicum πολυήρητον fortasse mutavit in πολυάρατον. Certe quidem Themistius Orat. XXII. p. 325. 19. ed. Dindorf. dixit: τὸν πολυάρατον πλοῦτον τί ἂν καὶ λέγοιμεν ὁποίων ἀγωνοθέτης πολέμων ἐστίν; Itaque nihil sollicitandum.

οὐ δή σε χειρωσάμενος —] quo quidem loco quum te perdomuisset et constrinxisset, tum vero te dimitteret tanto redemtionis pretio, quantum vobis placeret. In his ἤδη τότε positum pro vulgari τότ' ἤδη, de quo v. ad Gorg. p. 527. D. Reip. VIII. p. 565. C. Supra p. 147. D. ἐξαχθέντος δέ, τὸτ' ἤδη σκέψομαι, εἴτε ἀνεμιαῖον κ. τ. λ. De Rep. III. p. 417. D. Θέοντες ἤδη τότε ἐγγύτατα ὀλέθρου αὐτοί τε καὶ ἡ ἄλλη πόλις. Legg. VI. p. 778. B. ταῦτα — ποιήσαντες ἐκεῖνα ἤδη τότε — ἀποτελοῦμεν. ubi eadem atque hic verborum collocatio est.

ἄλλο τι πειρώμεθα λέγειν] nonne conemur dicere? — ὅσα ἡμεῖς ἐπαμ. λ. quae nos ei opitulantes dicimus. Etenim exposuit Socrates rationem Protagorae sic, ut eam vel illustraret vel etiam defenderet et a dubitationibus vindicaret. Ad ταῦτά τε πάντα ex superioribus assumendum esse ἐρεῖ iam Scholiastes perspectum habuit. Formulam ὁμόσε χωρεῖν s. ἰέναι ad Euthyphron.

ΘΕΑΙ. *Πάνυ μὲν οὖν.*

Cap. XX. *ΣΩ.* *Ταῦτά τε δὴ πάντα, ὅσα ἡμεῖς ἐπαμύνοντες αὐτῷ λέγομεν, καὶ ὁμόσε, οἶμαι, χωρήσεται, καταφρονῶν ἡμῶν καὶ λέγων, Οὗτος δὴ* 166
ὁ Σωκράτης ὁ χρηστός, ἐπειδὴ αὐτῷ παιδίον τι ἐρωτηθὲν ἔδεισεν, εἰ οἷόν τε τὸν αὐτὸν τὸ αὐτὸ μεμνῆσθαι ἅμα καὶ μὴ εἰδέναι, καὶ δεῖσαν ἀπέφησε διὰ τὸ μὴ δύνασθαι προορᾶν, γέλωτα δὴ τὸν ἐμὲ ἐν τοῖς λόγοις ἀπέδειξε. τὸ δέ, ὦ ῥᾳθυμότατε Σώκρατες, τῇδ' ἔχει· ὅταν τι τῶν ἐμῶν δι' ἐρωτήσεως

seret. Non haerebunt, opinor, qui annotationem infra positam perlegerint.

P. 166. *γέλωτα δὴ τὸν ἐμὲ ἐν τ. λ.*] Sic Bodl. Vat. Ven. *ΞΣ.* Vind. et pr. Coisl. Ven. *Π.* Par. B. Zitt. Flor. i. Vett. editt. *δῆτα ἐμέ.*

p. 3. C. et Euthydem. p. 294. D. tractavimus.

P. 166. *Οὗτος δὴ ὁ Σωκράτης ὁ χρηστός*] Hic quoque *χρηστὸς* fatuum significat, de quo usu vocabuli iam antea dictum est. Irrisionis indicium facit etiam *δή*, scilicet. v. Valcken. ad Herodot. V. 20. Nec minus ad id valet *οὗτος ἀνήρ* cum indignatione aut contemtu usurpari solitum. Gorg. p. 489. B. *οὗτοσὶ ἀνὴρ οὐ παύσεται φλυαρῶν.* Ibid. p. 505. C. *οὗτος ἀνὴρ οὐχ ὑπομένει — τοῦτο πάσχων.* Lucian. Nigrin. T. I. p. 50. *οὗτος ἀνὴρ οὐ παύσεται τήμερον πρός με πολλῇ τῇ σκηνῇ καὶ τῇ τραγῳδίᾳ χρώμενος.*

διὰ τὸ μὴ δύνασθαι προορᾶν] propterea quod rem (rei exitum) praevidere non potuit. De *προορᾶν* absolute posito contulit Heindorfius Xenoph. Mem. I. 4, 10. *ἡ δὲ ὀρθότης (ἀνθρώπου) καὶ προορᾶν πλεῖον ποιεῖ δύνασθαι.*

γέλωτα δὴ τὸν ἐμὲ ἐν τοῖς λ. ἀπέδειξε] me scilicet, istum illum, quem hostiliter aggressus est, ridiculum exhibet. Articulum sic pronomini personali praemissum habes Phileb. p. 20. A. *δεινὸν μὲν τοίνυν προῳδοκᾶν οὐδὲν δεῖ τὸν ἐμέ, ἐπειδὴ τοῦθ' οὕτως εἶπες,* h. e. illum, cui hoc faciendum arbitraberis. Phaedr. p. 258. A. *τὸν ἑαυτὸν δὴ λέγων,* ubi v. ann. conf. Bast. Epist. Crit. p. 268. et in Epimetr. Epist. Crit. Pluto Hemsterhusiano ed. Lips. praemisso p. XXXIV. Bekkeri Anecdot. p. 923. Loquutionem *γέλωτά τινα ἀποδεῖξαι,* tetigit Wesselingius ad Herodot. VII. 209. *γελωτά με ἔθευ.* Frequentius est *γέλωτα ποιεῖσθαί τινα,* de quo v. Bast. Epist. Crit. p. 157. Sophocl. Oed. Col. v. 903. *ὡς μὴ — γέλως ἐγὼ ξένῳ γένωμαι τῶνδε.* Habet vero *ἀποδεῖξαι* in eiusmodi formulis usum proprium. Phaedon. p. 72 C. *τελευτῶντα πάντα λῆρον τὸν Ἔνδυμίωνα ἀποδείξειεν.* Sympos. c. 7. *ἀποδεῖξαί τινα ἀλλότριον ὄντα.* Phaedr. p. 278. C. *τὰ γεγραμμένα φαῦλα ἀποδεῖξαι.* Menex. p. 237. B. *ἀποφηναμένη μετοικοῦντας.* Plutarch. Gracch.

σκοπῇς, ἐὰν μὲν ὁ ἐρωτηθεὶς οἷάπερ ἂν ἐγὼ ἀποκριναίμην ἀποκρινάμενος σφάλληται, ἐγὼ ἐλέγχομαι, B εἰ δὲ ἀλλοῖα, αὐτὸς ὁ ἐρωτηθείς. αὐτίκα γὰρ δοκεῖς τινά σοι ξυγχωρήσεσθαι μνήμην παρεῖναι τῷ ὧν ἔπαθε τοιοῦτόν τι οὖσαν πάθος, οἷον ὅτε ἔπασχε, μηκέτι πάσχοντι; πολλοῦ γε δεῖ. ἢ αὖ ἀποκνήσειν ὁμολογεῖν οἷόν τ' εἶναι εἰδέναι καὶ μὴ εἰδέναι τὸν αὐτὸν τὸ αὐτό; ἢ ἐάνπερ τοῦτο δείσῃ, δώσειν ποτὲ τὸν αὐτὸν εἶναι τὸν ἀνομοιούμενον τῷ πρὶν ἀνομοιοῦσθαι ὄντι; μᾶλλον δὲ τὸν εἶναί τινα, ἀλλ' οὐχὶ C τούς, καὶ τούτους γιγνομένους ἀπείρους, ἐάνπερ ἀνομοίωσις γίγνηται, εἰ δὴ ὀνομάτων γε δεήσει θηρεύ-

οἷάπερ ἂν ἐγὼ ἀπ.] ἂν additum ex Bodl. Vat. Ven. *II.* Vind. Zitt. Pro ἀποκρινάμενος, quod debemus Vat. et Ven. *II.*, olim scribebatur ἀποκρινόμενος.

B. ἢ αὖ ἀποκνήσειν] V. ἢ, quod correctum dedit Bekker. ex Coisl. Par. E. H.

ἀνομοίωσις γίγν.] ἀνομοίως Bodl.

p. 835. B. ἀπέδειξε τοὺς ἄλλους ῥήτορας παίδων μηδὲν διαφέροντας. Dion. p. 960. D. τοὺς ἄλλους ἅπαντας τῇ μὲν φρονήσει παῖδας ἀποδεῖξαι, τῇ δὲ παῤῥησίᾳ δούλους. Sed affatim exemplorum suppeditabit Wyttenbach. ad Phaedon. p. 181 sq. ed. Bat.

οἷάπερ ἂν ἐγὼ ἀποκριναίμην] qualia ego, si interroger, responsurus sim. Vulgo deerat ἄν, quod quoniam ita tantum omitti licet, ut opinio vel voluntas loquentis significetur, vereor ut hoc loco omitti recte potuerit. v. Hermann. De Particula ἄν p. 163. — Dein αὐτίκα est, ut exemplum afferam. v. ad Gorg. p. 472. D. Protag. p. 359. E. Num censes, inquit, quenquam tibi concessurum esse, memoriam alicui adesse eorum, quibus affectus fuerit, tanquam talem affectionem, qualis fuerit quum afficeretur, quum tamen non iam afficiatur? an cunctaturum tibi concedere, fieri posse, ut idem eandem rem et sciat et nesciat? Nempe diversum quiddam esse vult τὴν μνήμην et τὸ πάθος illud; unde consequi arbitratur, ut qui rem meminerit aliquam, non eodem eius sensu afficiatur, quo affectus fuerit tum, quum eam sensibus ut praesentem perceperit.

μᾶλλον δὲ τὸν εἶναί τινα ἀλλ' οὐχὶ τούς] vel potius concessurum eum esse, posse aliquem (quum sensuum perpetua vicissitudo sit) τὸν esse, ac non τούς, h. e. plures, siquidem existat mutatio? Etenim qui eandem rem saepius ac diversis temporibus senserit ac perceperit, is alio

σεις διευλαβεῖσθαι ἀλλήλων; ἀλλ', ὦ μακάριε, φήσει, γενναιοτέρως ἐπ' αὐτὸ ἐλθών, ὃ λέγω, εἰ δύνασαι, ἐξέλεγξον, ὡς οὐχὶ ἴδιαι αἰσθήσεις ἑκάστῳ ἡμῶν γίγνονται, ἢ ὡς ἰδίων γιγνομένων οὐδέν τι ἂν μᾶλλον τὸ φαινόμενον μόνῳ ἐκείνῳ γίγνοιτο, ἢ, εἰ εἶναι δεῖ ὀνομάζειν, εἴη, ᾗπερ φαίνεται. ὑς δὲ δὴ καὶ κυνοκεφάλους λέγων οὐ μόνον αὐτὸς ὑηνεῖς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀκούοντας τοῦτο δρᾶν εἰς τὰ συγγράμματά μου ἀναπείθεις, οὐ καλῶς ποιῶν. ἐγὼ γὰρ φημὶ μὲν τὴν ἀλήθειαν ἔχειν ὡς γέγραφα· μέτρον γὰρ ἕκαστον ἡμῶν εἶναι τῶν τε ὄντων καὶ μή· μυρίον μέντοι διαφέρειν ἕτερον ἑτέρου αὐτῷ τούτῳ, ὅτι τῷ D

C. ἑκάστῳ ἡμῶν] Sic Bodl. Vat. Ven. Π. Vett. editt. ἡμῶν ἑκάστῳ.

μόνῳ ἐκείνῳ] μόνον Coisl. Ven. ΣΣ. Vind.

ὑς δὲ δή] δή cum vett. editt. om. Par. EF. Exhibet vocem etiam Suidas in Ὑηνεῖς.

tempore rursus alius est, ut non unus homo videatur, sed plures.

C. εἰ δὴ ὀνομάτων δήσει —] siquidem verborum aucupia inter nos vitare oportuerit. v. ad Gorg. p. 489. B. ubi Astius rectissime: „Dicitur verba aucupari vel captare, qui alterius quocum disputat verba urget, ut cum pugnantia loquentem faciat vel refellat."

γενναιοτέρως ἐπ' αὐτὸ ἐλθών] h. e. fortius et confidentius Supra p. 146. C. ἀλλ' εὖ καὶ γενναίως εἰπέ. Ibid. D. p. 151. E. v. ad Lysid. p. 215. D. — ἐξέλεγξον ὡς οὐχί κ. τ. λ. coargue me ac doce non proprios sensus cuique nostrum exsistere. Tractavimus hoc genus loquendi ad Gorg. p. 467. A. ubi quae laudavimus rei exempla, iis addas licet Euthydem. p. 288. E. Phaedr. p. 273. B. Hipp. mai. p. 288. B. et quae congessit Wyttenbach. ad Plutarch. Moral. II. p. 1170.

ᾗ, εἰ εἶναι δεῖ ὀνομάζειν, εἴη] V. ad p. 160. B. Errorem vulgarem, quo post δεῖ commate interpungebatur, dudum notavit Grouius, interpres Gallicus. — Verba ὑς δὲ δὴ καὶ κυνοκεφάλους κ. τ. λ. spectant ad illa p. 161. C. sqq. Verbum ὑηνεῖς Timaeus Gloss. p. 262. interpretatur ὑικόν τι καὶ ζωῶδες ποιεῖς, ubi Ruhnkenius alios Grammaticos observavit legisse συηνεῖς. conf. ad Remp. VII. p. 535. E. Inurbanitatem Protagorae ne mireris: similiter philosophus loquentem fecit Thrasymachum Reipubl. I. p. 343. A. B.

μὲν ἄλλα ἔστι τε καὶ φαίνεται, τῷ δὲ ἄλλα. καὶ σοφίαν καὶ σοφὸν ἄνδρα πολλοῦ δέω τὸ μὴ φάναι εἶναι, ἀλλ' αὐτὸν τοῦτον καὶ λέγω σοφόν, ὃς ἄν τινι ἡμῶν, ᾧ φαίνεται καὶ ἔστι κακά, μεταβάλλων ποιήσῃ ἀγαθὰ φαίνεσθαί τε καὶ εἶναι. τὸν δὲ λόγον
E αὖ μὴ τῷ ῥήματί μου δίωκε, ἀλλ' ὧδε ἔτι σαφέστερον μάθε, τί λέγω. οἷον γὰρ ἐν τοῖς πρόσθεν ἐλέγετο ἀναμνήσθητι, ὅτι τῷ μὲν ἀσθενοῦντι πικρὰ φαίνεται ἃ ἐσθίει, καὶ ἔστι, τῷ δὲ ὑγιαίνοντι τἀναντία ἔστι καὶ φαίνεται. σοφώτερον μὲν οὖν τούτων οὐδέ-
167 τερον δεῖ ποιῆσαι· οὐδὲ γὰρ δυνατόν· οὐδὲ κατηγορητέον, ὡς ὁ μὲν κάμνων ἀμαθής, ὅτι τοιαῦτα δοξάζει, ὁ δὲ ὑγιαίνων σοφός, ὅτι ἀλλοῖα· μεταβλητέον δ' ἐπὶ θάτερα· ἀμείνων γὰρ ἡ ἑτέρα ἕξις. οὕτω δὲ καὶ ἐν τῇ παιδείᾳ ἀπὸ ἑτέρας ἕξεως ἐπὶ τὴν ἀμείνω

D. *πολλοῦ δέω τὸ μὴ φάναι*] Vulgo *τῷ μὴ φάναι*, quod miramur a Bekkero servatum. Recte Bodl. Vat. Ven. *II.* Flor. a. b. *τὸ μὴ φάναι*. Stephanus requirebat *τοῦ μὴ φάναι*. Heindorfius scripsit *π. δέω ἐγὼ φάναι*.

μεταβάλλων ποιήσῃ] V. *ποιήσει*. Coniunctivum requiri pervidit Heindorf., isque modus in Ven. Ξ. a sec. m. restitutus est.

E. *ἐν τοῖς πρόσθεν*] Sic Bodl. Vat. Ven. *II.* Vett. editt. *ἐμπροσθεν*.

D. *καὶ σοφίαν καὶ σοφὸν ἄνδρα — τὸ μὴ φ.*] ac multum abest, ut sapientiam et virum sapientem esse negem, ut etc. Pro *τὸ μὴ φάναι* Ald. Bas. I. 2. quod vitiose exhibent *τῷ μὴ φάναι*, id Stephanus vitiosius etiam in *τοῦ μὴ φάναι* mutavit. Verum esse *τὸ μὴ φάναι* vel ea facile persuadebunt, quae de infinitivo sic cum articulo coniuncto exposuit Matthiae Gr. G. §. 543. p. 1263. ed. 3. Hoc igitur dicit Protagoras: veram quidem esse omnem sensuum perceptionem et unumquodque visum, sed aliam alia esse vel meliorem vel deteriorem; itaque viri sapientis esse efficere posse, ut quae visa mala sint, ea in bona commutentur.

μὴ τῷ ῥήματί μου δίωκε] ne verborum tantummodo rationem habens, rebus ipsis neglectis, persequere. v. ad Gorg. p. 450. E. Reip. I. p. 340. D. Euthydem. p. 304. E.

P. 167. *ἐπεὶ οὔ τί γε ψευδῆ δοξάζοντα*] nam falsa aliquem opinantem nemo quisquam postea vera opinantem reddit; neque enim licet ea quae non sunt opinari, neque alia praeter ea, quibus quis affici-

μεταβλητέον. ἀλλ' ὁ μὲν ἰατρὸς φαρμάκοις μεταβάλλει, ὁ δὲ σοφιστὴς λόγοις. ἐπεὶ οὔ τί γε ψευδῆ δοξάζοντά τίς τινα ὕστερον ἀληθῆ ἐποίησε δοξάζειν· οὔτε γὰρ τὰ μὴ ὄντα δυνατὸν δοξάσαι, οὔτε ἄλλα παρ' ἃ ἂν πάσχῃ, ταῦτα δὲ ἀεὶ ἀληθῆ. ἀλλ' οἶμαι, πονηρᾷ ψυχῆς ἕξει δοξάζοντάς συγγενῆ αὐτῆς χρη- B στὴ ἐποίησε δοξάσαι ἕτερα τοιαῦτα, ἃ δή τινες τὰ φαντάσματα ὑπὸ ἀπειρίας ἀληθῆ καλοῦσιν, ἐγὼ δὲ βελτίω μὲν τὰ ἕτερα τῶν ἑτέρων, ἀληθέστερα δὲ οὐδέν. καὶ τοὺς σοφούς, ὦ φίλε Σώκρατες, πολλοῦ δέω βατράχους λέγειν, ἀλλὰ κατὰ μὲν σώματα ἰατροὺς λέγω, κατὰ δὲ φυτὰ γεωργούς. φημὶ γὰρ καὶ τούτους τοῖς φυτοῖς ἀντὶ πονηρῶν αἰσθήσεων, ὅταν τι αὐτῶν ἀσθενῇ, χρηστὰς καὶ ὑγιεινὰς αἰσθήσεις C τε καὶ ἀληθείας ἐμποιεῖν, τοὺς δέ γε σοφούς τε καὶ

P. 167. *ἐπεὶ οὔ τί γε ψευδῆ*] Sic Bodl. Ven. *Π.* Vett. edidit. *ἐπεὶ οὔ τε τι γε ψ.* Buttmannus corrigebat *οὐκέτι.*

B. *πονηρᾷ ψυχῆς ἕξει*] Codices *πονηρᾶς.* Dein Bodl. Vat. Ven. *Π. δοξάζοντας* pro vulg. *δοξάζοντα.* Recte; transitur enim ad pluralem numerum usu non rarissimo.

συγγενῆ αὐτῆς] Sic unus Flor. b. pro vulg. *ἑαυτῆς*, quod in *αὐτῆς* mutandum esse Stephanus perspexit.

κατὰ μὲν σώματα] Sic Bodl. Vat. Ven. *Π.* Vett. edidit. *κατὰ μὲν τὰ σώματα.*

tur; haec autem (quibus adficitur) semper vera sunt; sed, opinor, pravo mentis statu similia huius (pravi status, i. e. prava) opinantes rectus status (*χρηστὴ* sc. *ἕξις*) efficit, ut itidem talia (h. e. *χρηστὰ*) opinentur. Celebratissima est haec Protagorae sententia, qua neminem statuebat falsa vel opinari vel dicere posse. v. Cratyl. p. 385. C — E. ibique ann. Pro *πονηρᾷ* quod codd. habent *πονηρᾶς*, id propter oppositum *χρηστὴ* ferri non potest. Hoc ipsum vero *χρηστὴ* Heindorfius in *χρηστῇ* mutari iussit: cui recte adversatus est Schleiermacherus, qui etiam ipsam *ἕξιν* commode dici posse hoc efficere acute perspexit. Pro *δοξάζοντα* autem cum optimis libris *δοξάζοντας* dedimus, quae numeri permutatio neminem morabitur.

B. *βατράχους λέγειν*] Carpit illa Socratis p. 161. C sq.

C. *αἰσθήσεις τε καὶ ἀληθείας ἐμποιεῖν*] Libri omnes *ἀληθεῖς*, quod mirifice adversatur rationi Protagorae, qui veritatem nullo modo effici posse statuebat. Accedit ipse verborum ordo, qui aliquid in vulgata lectione depravatum esse

ἀγαθοὺς ῥήτορας ταῖς πόλεσι τὰ χρηστὰ ἀντὶ τῶν πονηρῶν δίκαια δοκεῖν εἶναι ποιεῖν. ἐπεὶ οἷά γ' ἂν ἑκάστῃ πόλει δίκαια καὶ καλὰ δοκῇ, ταῦτα καὶ εἶναι αὐτῇ, ἕως ἂν αὐτὰ νομίζῃ· ἀλλ' ὁ σοφὸς ἀντὶ πονηρῶν ὄντων αὐτοῖς ἑκάστων χρηστὰ ἐποίησεν εἶναι καὶ δοκεῖν· κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ ὁ σοφιστὴς τοὺς παιδευομένους οὕτω δυνάμενος παιδαγωγεῖν σοφός τε καὶ ἄξιος πολλῶν χρημάτων τοῖς παιδευθεῖσι. καὶ οὕτω σοφώτεροί τέ εἰσιν ἕτεροι ἑτέρων καὶ οὐδεὶς ψευδῆ δοξάζει, καί σοι, ἐάν τε βούλῃ ἐάν τε μή, ἀνεκτέον ὄντι μέτρῳ· σώζεται γὰρ ἐν τούτοις ὁ λόγος οὗτος, ᾧ σὺ εἰ μὲν ἔχεις ἐξ ἀρχῆς ἀμφισβητεῖν, ἀμφισβήτει, λόγῳ ἀντιδιεξελθών, εἰ δὲ δι' ἐρωτήσεων βούλει, δι' ἐρωτήσεων· οὐδὲ γὰρ τοῦτο φευκτέον, ἀλλὰ πάντων μάλιστα διωκτέον τῷ νοῦν ἔχοντι. ποίει μέντοι οὑτωσί· μὴ ἀδίκει ἐν τῷ ἐρωτᾶν. καὶ γὰρ πολλὴ ἀλογία ἀρετῆς φάσκοντα

indicat. Evidens est atque vera correctio Schleiermacheri, quam recipere non dubitavimus. Etenim quemadmodum naturae humanae, ita etiam plantis sophista attribuit *αἰσθήσεις* pariter atque *ἀληθείας*. Ceterum plantas a multis philosophis veteribus ipsoque Platone animalibus esse annumeratas, narrat Plutarchus qui fertur De placitis Philosophor. c. 26. 10.

δίκαια δοκεῖν εἶναι] Heindorfius *δοκεῖν καὶ εἶναι* requirebat. Buttmannus putabat vocem *δοκεῖν* ex *δίκαια* natam esse. Neutra sententia nobis nunc probatur. Protagoras enim sapientium et bonorum rhetorum esse dicit efficere posse, ut utilia loco malorum civitati iusta esse videantur: nam quae unicuique civitati iusta et honesta videantur, ea illi etiam iusta et honesta esse. Ita igitur fit, ut deinceps *εἶναι καὶ δοκεῖν* dicat. Idem postea Buttmannum de hoc loco sensisse, ex altera editione Heindorfiana non sine voluptate intelleximus.

D. *σώζεται γὰρ ἐν τ. ὁ λόγος οὗτος*] sc. *μέτρον πάντων εἶναι τὸν ἄνθρωπον*. — *λόγῳ ἀντιδιεξελθών*, h. e. continua oratione; opponitur enim *δι' ἐρωτήσεων*. Sic Sophist. p. 217. C. Protag. p. 329. B. al. — *οὐδὲ γὰρ τοῦτο φ.* sc. *τὸ δι' ἐρωτήσεων διεξιέναι*, quod adeo viro prudenti studiosissime sectandum arbitratur Protagoras. Itaque sophista etiam in dialogo cognomine, posteaquam longam eamque valde calamistratam orationem recitavit, inde a p. 328. E. cum Socrate de virtutis natura disserens inducitur. conf. ibid. p. 329. B. *Πρωταγόρας δὲ ὅδε ἱκανὸς μὲν μακροὺς λόγους καὶ καλοὺς εἰπεῖν, ὡς αὐτὰ δηλοῖ, ἱκανὸς δὲ καὶ ἐρωτηθεὶς ἀποκρίνασθαι κατὰ βραχύ, καὶ ἐρόμενος περιμεῖναί τε καὶ ἀπο-

ἐπιμελεῖσθαι μηδὲν ἀλλ' ἢ ἀδικοῦντα ἐν λόγοις διατελεῖν. ἀδικεῖν δ' ἐστὶν ἐν τῷ τοιούτῳ, ὅταν τις μὴ χωρὶς μὲν ὡς ἀγωνιζόμενος τὰς διατριβὰς ποιῆται, χωρὶς δὲ διαλεγόμενος, καὶ ἐν μὲν τῷ παίζῃ τε καὶ σφάλλῃ καθ' ὅσον ἂν δύνηται, ἐν δὲ τῷ διαλέγεσθαι σπουδάζῃ τε καὶ ἐπανορθοῖ τὸν προσδιαλεγόμενον, ἐκεῖνα μόνα αὐτῷ ἐνδεικνύμενος τὰ σφάλματα, ἃ αὐτὸς ὑφ' ἑαυτοῦ καὶ τῶν προτέρων συνου- 168
σιῶν παρεκέκρουστο. ἂν μὲν γὰρ οὕτω ποιῇς, ἑαυτοὺς αἰτιάσονται οἱ προσδιατρίβοντές σοι τῆς αὑτῶν ταραχῆς καὶ ἀπορίας, ἀλλ' οὐ σέ, καὶ σὲ μὲν διώξονται καὶ φιλήσουσιν, αὐτοὺς δὲ μισήσουσι, καὶ φεύξονται ἀφ' ἑαυτῶν εἰς φιλοσοφίαν, ἵν' ἄλλοι γενόμενοι ἀπαλλαγῶσι τῶν οἳ πρότερον ἦσαν· ἐὰν δὲ τἀναντία τούτων δρᾷς, ὥσπερ οἱ πολλοί, τἀναντία ξυμβήσεταί σοι καὶ τοὺς ξυνόντας ἀντὶ φιλοσόφων μισοῦντας τοῦτο τὸ πρᾶγμα ἀποφανεῖς, ἐπει- B

δέξασθαι τὴν ἀποκρίσιν. — ἀδικεῖν ἐν λόγοις est captiosis argumentationibus et conclusiunculis alterum fallere.

E. ὅταν τις μὴ χωρὶς μὲν ὡς ἀγωνιζόμενος] In talibus locis χωρὶς non tam seiunctionem quam oppositionem et diversitatem denotat. v. ad Protagor. p. 336. B. et Schaefer ad Theognid. in Brunckii Poëtis Gnom. p. 9. Ante διαλεγόμενος Stephanus ὡς requirebat. Eo tamen non opus. Dicit autem Protagoras hoc: Iniuste autem agere in hac causa est, si quis non aliter disputat ut certaturus, aliter ut disserens, ita ut in illo quidem iocetur et in errorem inducat quantum possit, in disserendo autem serio agat et colloquentem sustentet, eos tantummodo ei ostendens errores, in quos ipse per se et per superiores sermones inductus fuerit. Distinguit igitur Protagoras eristicos, qui id ipsum agant, ut alios argutiis suis et quaestiunculis vexent, a dialecticis, quos vult serio in disputando agere. Nimirum ipsum arti eristicae multum tribuisse, in Prolegomenis ad Euthydemum exposuimus. De oppositione inter τὸ διαλέγεσθαι et τὸ ἀγωνίζεσθαι Heindorfius apte comparat De Rep. V. p. 454. A. Phileb. p. 17. A. Menon. p. 75. A. ubi inter alia: εἰ δὲ φίλοι ὄντες βούλοιντο ἀλλήλοις διαλέγεσθαι, δεῖ δὴ πρᾳότερόν πως καὶ διαλεκτικώτερον ἀποκρίνεσθαι. De παρακρούειν v. ad Criton. p. 46. E. Lysid. p. 215. C.

P. 168. ἀντὶ φιλοσόφων μισοῦντας τοῦτο τὸ πρ.] sc. φιλοσοφίαν. Nota haec synesis.

δὰν πρεσβύτεροι γένωνται. ἐὰν οὖν ἐμοὶ πείθῃ, ὃ καὶ πρότερον ἐῤῥήθη, οὐ δυσμενῶς οὐδὲ μαχητικῶς, ἀλλ' ἴλεῳ τῇ διανοίᾳ ξυγκαθεὶς ὡς ἀληθῶς σκέψει, τί ποτε λέγομεν, κινεῖσθαί τε ἀποφαινόμενοι τὰ πάντα τό τε δοκοῦν ἑκάστῳ τοῦτο καὶ εἶναι ἰδιώτῃ τε καὶ πόλει, καὶ ἐκ τούτων ἐπισκέψει, εἴτε ταὐτὸν εἴτε καὶ ἄλλο ἐπιστήμη καὶ αἴσθησις, ἀλλ' οὐχ, ὥσπερ ἄρτι, ἐκ συνηθείας ῥημάτων τε καὶ ὀνομάτων,
C ἃ οἱ πολλοὶ ὅπῃ ἂν τύχωσιν ἔλκοντες ἀπορίας ἀλλήλοις παντοδαπὰς παρέχουσι. Ταῦτα, ὦ Θεόδωρε, τῷ ἑταίρῳ σου εἰς βοήθειαν προσηρξάμην κατ' ἐμὴν δύναμιν, σμικρὰ ἀπὸ σμικρῶν· εἰ δ' αὐτὸς ἔζη, μεγαλειότερον ἂν τοῖς αὐτοῦ ἐβοήθησεν.

P. 168. B. *πρότερον ἐῤῥήθη*] Sic Coisl. Ven. *A.* Par. BCFH. et supra versum Ven. Ξ. Vett. editt. *ἐῤῥέθη*, quod in Bodl. spiritibus neglectis scriptum extat; quod signum est criticae dubitationis.

B. *ἴλεῳ τῇ διανοίᾳ ξυγκαθεὶς*] propitio animo te (ad colloquentes) demittens. De verbis *καθιέναι*, *μεθιέναι*, *ἰφιέναι*, *ἀφιέναι*, *ἑξιέναι*, intransitive usurpatis v. praeter Heindorfium ad h. l. nostra ad Protag. p. 336. A. Reip. VIII. p. 563. A. Phaedon. p. 112. D. Infra p. 173. E. addito pronomine legimus: *ἡ δὲ διάνοια — εἰς — οὐδὲν αὑτὴν συγκαθιεῖσα*. De *ἰδιώτῃ τε καὶ πόλει* v. ad Gorg. p. 507. D. — *ἃ — ἕλκοντες*, quid sit *ἕλκειν ὀνόματα*, docebunt quae leguntur p. 195. C. et 199. A.

C. *εἰς βοήθειαν προσηρξάμην*] opis ferendae causa suppeditavi. Sed dubitatum est de veritate voc. *προσηρξάμην*. Schneiderus enim Saxo in Lex. Gr. voc. *προσαρκέω* scribendum censuit *προσηρκεσάμην*. Verum media haec forma quum in se perquam suspecta sit, Coraius in Prodromo Bibliothecae Hellenic. *σελ. πβ'*. *προσήρκεσα μέν* reponendum arbitratus est. Vulgatae tamen lectionis patrocinium Buttmannus suscepit Lexilog. T. I. p. 103. = 26, 4. ubi *ἄρχεσθαι* et *κατάρχεσθαι* docuit solemniter usurpari de initiis sacrificiorum; deinde de sacrificandis primitiis; denique omnino de iis, qui quid de integra aliqua re demant, ut id alteri offerant. Ingeniosa sane haec explicatio est; sed veremur tamen, ne *προσάρχεσθαι* ita non sit a Platone usurpatum. Itaque in ea sumus sententia, ut cum Coraio *προσήρκεσα μὲν* legendum existimemus.

πάνυ γὰρ νεανικῶς] h. e. admodum fortiter et grave.

D. *ὅτι πρὸς παιδίον τοὺς*

Cap. XXI. *ΘΕΟ. Παίζεις, ὦ Σώκρατες· πάνυ γὰρ νεανικῶς τῷ ἀνδρὶ βεβοήθηκας.*

ΣΩ. Εὖ λέγεις, ὦ ἑταῖρε. καί μοι εἰπέ· ἐνενόησάς που λέγοντος ἄρτι τοῦ Πρωταγόρου καὶ ὀνειδίζοντος ἡμῖν, ὅτι πρὸς παιδίον τοὺς λόγους ποιούμενοι τῷ τοῦ παιδὸς φόβῳ ἀγωνιζοίμεθα εἰς τὰ ἑαυτοῦ, καὶ χαριεντισμόν τινα ἀποκαλῶν, ἀποσεμνύνων δὲ τὸ πάντων μέτρον, σπουδάσαι ἡμᾶς διεκελεύσατο περὶ τὸν αὐτοῦ λόγον; D

ΘΕΟ. Πῶς γὰρ οὐκ ἐνενόησα, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Τί οὖν; κελεύεις πείθεσθαι αὐτῷ;

ΘΕΟ. Σφόδρα γε.

C. *τοῖς αὑτοῦ ἐβοήθησεν*] Bodl. pr. *ἐβοήθησαν.*

D. *τῷ τοῦ παιδὸς φ.*] Ante *τῷ* Bodl. Vat. inserunt *οἱ.* Sed *οἱ* in Bodl. punctis notatum. Dein Vat. Ven. *ΠΣ.* Vind. Zitt. *ἀγωνιζόμεθα.* Tenendus tamen optativus.

λόγους π.] V. p. 166. A. Sententia verborum haec est: quod cum puerulo disputantes ex pueri metu praesidium nobis quaerentes (eo quod puer metueret consecutiones) certaremus adversus suas rationes. Quod quoniam mirum videri debet, siquidem metu alicuius abuti ad causam suam defendendam prorsus singulare est; Protagoras id dicitur *χαριεντισμὸν* appellavisse. Quibus verbis significantur illa p. 166. A. *γέλωτα δὴ τὸν ἐμὲ ἐν τοῖς λόγοις ἀπέδειξεν.* Observandum autem est *ἀποκαλεῖν* de more cum opprobrii, contemtus et ignominiae significatione poni, qui usus loquendi interpretes praeterilt. Gorg. p. 512. C. *ὡς ἐν ὀνείδει ἀποκαλέσαις ἄν μηχανοποιόν*, ubi plura id genus exempla adscripsimus. Demosthen. De fals. leg. 417. extr. *λογογράφους τοίνυν καὶ σοφιστὰς ἀποκαλῶν τοὺς ἄλλους καὶ ὑβρίζειν πειρώμενος.* Ibid. p. 438. extr. *βάρβαρόν τε γὰρ καὶ ἀλάστορα τὸν Φίλιππον ἀποκαλῶν ἐδημηγόρει.* Id. advers. Mid. p. 582. in. *οὓς νῦν ὑβρίζει καὶ πτωχοὺς ἀποκαλεῖ.* Lucian. Dial. Mort. II. 2. *ἀνδράποδα καὶ καθάρματα ἡμᾶς ἀποκαλῶν.* Prometh. c. 2. *Προμηθέας ἀπεκάλουν ἐπισκώπτοντες.* Piscator. c. 25. *φληνάφους καὶ λήρους ἀποκαλῶν τὰ σά.* Sed manum de tabula; sufficiunt enim vel haec exempla, ut quae sit huius verbi vis ac significatio, omnibus appareat, neque iam attinet refutare Cornarium aut Fischerum, *ἀποκαλεῖν* vetandi vi positum opinantes. Notetur vero subita constructionis mutatio, qua *ἀποκαλῶν* pro *ἀποκαλοῦντος* ponitur. Sic De Rep. VIII. p. 549. C. ubi v. ann. Nimirum sequitur nominativus perinde ac si scriptum esset; *ἐνενόησας, ὅτι ἔλεγε.*

ΣΩ. Ὁρᾷς οὖν, ὅτι τάδε πάντα πλὴν σοῦ παιδία ἐστίν; εἰ οὖν πεισόμεθα τῷ ἀνδρί, ἐμὲ καὶ σὲ
E δεῖ ἐρωτῶντάς τε καὶ ἀποκρινομένους ἀλλήλοις σπουδάσαι αὐτοῦ περὶ τὸν λόγον, ἵνα μή τοι τοῦτό γ' ἔχῃ ἐγκαλεῖν, ὡς παίζοντες πρὸς μειράκια διεσκεψάμεθ' αὖ τοῦτον τὸν λόγον.

ΘΕΟ. Τί δ'; οὐ πολλῶν τοι Θεαίτητος μεγάλους πώγωνας ἐχόντων ἄμεινον ἂν ἑπακολουθήσειε λόγῳ διερευνωμένῳ;

ΣΩ. Ἀλλ' οὔ τοι σοῦ γε, ὦ Θεόδωρε, ἄμεινον. μὴ οὖν οἷόν ἐμὲ μὲν τῷ σῷ ἑταίρῳ τετελευτηκότι
169 δεῖν παντὶ τρόπῳ ἐπαμύνειν, σὲ δὲ μηδενί, ἀλλ',

E. ἵνα μή τοι τοῦτό γ' ἔχῃ] τοι adscivi e Bodl. Vat. Ven. *Π*. Pro αὐτοῦ Heindorf. coni. αὖτῳ.

λόγῳ διερευνωμένῳ] λόγου διερευνωμένου Vat. Ven. *Σ*. Vind. λόγῳ διερευνώμενος Par. F H.

ὅτι τάδε πάντα] Adsunt enim κωφὰ πρόσωπα antea non significata. — ἐρωτῶντάς τε καὶ ἀποκρινομένους, i. e. διαλεγομένους; v. ad Phaedon. p. 75. D.

E. διεσκεψάμεθ' αὖ τοῦτον τὸν λόγον] Pertinet αὖ ad παίζοντες πρὸς τὰ μειράκια διεσκ., non ad τοῦτον τὸν λόγον. Quod tenentes facile carebimus coniectura Schleiermacheri αὐτοῦ τὸν λόγον. Nempe is deceptus est sententia Heindorfii αὖ ad unum παίζοντες referentis.

μεγάλους πώγωνας ἐχόντων] Scilicet barba promissa si sapientem faceret, hircus sapientissimus esset.

τῷ σῷ ἑταίρῳ τετελευτηκότι] Ex his verbis certissime perspicitur, hunc dialogum non modo scriptum esse post Protagorae obitum, sed etiam habitum fingi. Itaque quum sophista anno ante Chr. n. 410. mortuus videatur, de quo v. Prolegg. ad Euthydem. p. 64. sq., consequens est, ut hic liber non ante Olymp. XCII. 3. litteris consignatus sit.

P. 169. εἴτε ἄρα σὲ δεῖ διαγραμμάτων] utrum te oporteat de geometricis descriptionibus esse mensuram, an omnes pariter ac tu sibi ipsi sufficiant in astronomia ceterisque, in quibus quidem excellere existimaris. Blanda sane ad disputandum invitatio, siquidem homini rerum mathematicarum perito res ad iudicandum satis facilis videri poterat. De voc. διαγράμματα v. ad Euthydem. p. 290. C. et de loquutione αἰτίαν ἔχειν ad Apol. Socrat. p. 33. C.

μὴ διδόναι λόγον] διδόναι λόγον quum alibi sit rationem reddere; tum hoc loco dicitur sic, ut valeat sermo-

ἴθι, ὦ ἄριστε, ὀλίγον ἐπίσπου, μέχρι τούτου αὐτοῦ, ἕως ἂν εἰδῶμεν, εἴτε ἄρα σὲ δεῖ διαγραμμάτων πέρι μέτρον εἶναι, εἴτε πάντες ὁμοίως σοὶ ἱκανοὶ ἑαυτοῖς εἷς τε ἀστρονομίαν καὶ τἆλλα, ὧν δὴ σὺ πέρι αἰτίαν ἔχεις διαφέρειν.

ΘΕΟ. Οὐ ῥᾴδιον, ὦ Σώκρατες, σοὶ παρακαθήμενον μὴ διδόναι λόγον, ἀλλ' ἐγὼ ἄρτι παρελήρησα φάσκων σε ἐπιτρέψειν μοι μὴ ἀποδύεσθαι, καὶ οὐχὶ ἀναγκάσειν καθάπερ Λακεδαιμόνιοι· σὺ δέ μοι δοκεῖς πρὸς τὸν Σκίρῶνα μᾶλλον τείνειν. Λακεδαι- B
μόνιοι μὲν γὰρ ἀπιέναι ἢ ἀποδύεσθαι κελεύουσι, σὺ δὲ κατ' Ἀνταῖόν τί μοι μᾶλλον δοκεῖς τὸ δρᾶμα

Ἀλλ' οὔ τοι σοῦ γε ἕνεκα] οὔ τοι Ven. Ξ. quod nunc cum Bekkero recepimus. Vett. editt. οὔ τι.

P. 169. πρὸς τὸν Σκίρῶνα μᾶλλον] σκιρωνα Bodl. Ven. Π. corr.

nem concedere, opportunitatem colloquendi praebere, quo sensu nunc formulam accipiendam esse iam Budaeus Ling. Graec. Commentar. p. 94. pervidit.

ἄρτι παρ. — φάσκων] Supra p. 162. B. Mox Latinorum ratio exigebat καθάπερ Λακεδαιμονίους; Graeci in talibus etiam nominativo utuntur. v. ad Phaedon. p. 111. A. coll. Dorvill. ad Chariton. p. 538. ed. Lips.

πρὸς τὸν Σκίρῶνα μᾶλλον τείνειν] ad Scironis propius accedere similitudinem, qui viatores de rupibus praecipitabat, donec ipse a Theseo Troezene Athenas proficiscente trucidaretur. v. Plutarch. Thes. 3. Diodor. IV. 61. Ovid. Met. VII. 446. ibique interpp. De loquutione τείνειν πρός τι vel ἐγγύς τινος v. ad Cratyl. p. 402. C. Phaedon. p. 65. B. quos locos iam Heindorfius comparavit.

B. κατ' Ἀνταῖόν τί μοι μᾶλλον δ.] Antaeus in antro Lybiae quodam habitabat omnesque advenas in illas regiones venientes ad ineundum secum luctandi certamen cogebat, quos omnes interfecit; ipse vero tandem ab Hercule, qui raptis hobus Geryonis in Lybiam pervenerat, correptus atque iugulatus est. v. Diodor. IV. 17. Lucan. IV. 589 sqq. Quod vero nunc Antaeus memoratur, iniecta antea Scironis mentione, de eo assentimur Schleiermachero, Theodorum iudicanti primum omnino violentiam et crudelitatem per iocum exprobrare, quandoquidem Sciron nemini pepercerit omnesque praetereuntes in mare praecipitaverit; deinde vero rem aliquanto mitigare commemorato Antaeo, qui certe non sine pugnae experimento advenas interfecerit.

δρᾶν· τὸν γὰρ προελθόντα οὐκ ἀνίης πρὶν ἀναγκάσῃς ἀποδύσας ἐν τοῖς λόγοις προσπαλαῖσαι.

ΣΩ. Ἄριστά γε, ὦ Θεόδωρε, τὴν νόσον μου ἀπείκασας· ἰσχυρικώτερος μέντοι ἐγὼ ἐκείνων. μυρίοι γὰρ ἤδη μοι Ἡρακλέες τε καὶ Θησέες ἐντυγχάνοντες καρτεροὶ πρὸς τὸ λέγειν μάλ' εὖ ξυγκεκόφασιν, ἀλλ' ἐγὼ οὐδέν τι μᾶλλον ἀφίσταμαι· οὕτω τις C ἔρως δεινὸς ἐνδέδυκε τῆς περὶ ταῦτα γυμνασίας. μὴ οὖν μηδὲ σὺ φθονήσῃς προσανατριψάμενος σαυτόν τε ἅμα καὶ ἐμὲ ὀνῆσαι.

ΘΕΟ. Οὐδὲν ἔτι ἀντιλέγω, ἀλλ' ἄγε ὅπῃ ἐθέλεις· πάντως τὴν περὶ ταῦτα εἱμαρμένην, ἣν ἂν σὺ ἐπικλώσῃς, δεῖ ἀνατλῆναι ἐλεγχόμενον. οὐ μέντοι πε-

B. *πρὶν ἀναγκάσῃς*] *ἀναγκάσεις* Ven. *A.* Par. F. Dein Vat. Ven. *Π. ἀποδύσασθαι.*

ἰσχυρικώτερος] V. *ἰσχυρότερος*, quod unus fere Ven. *Ξ.* habet. Etiam Ald. Bas. 1. 2. *ἰσχυρωκώτερος.*

ἐντυγχάνοντες καρτεροὶ] V. *ἐντυχόντες*, quod e Bodl. Flor. b. et Ven. *Π.* correctum. Pro *καρτεροί*, quod suppeditarunt Bodl. Vat. Ven. *ΑΠ.* Par. F. Flor. b., vett. editt. *κρατεροί.*

πρὶν ἀναγκάσῃς ἀποδ.] Non ausim *ἂν* post *πρὶν* sine codicum suffragiis inserere. v. ad Phaedon. p. 62. C.

B. *τὴν νόσον μου ἀπείκασας*] h. e. morbum hunc meum comparasti s. comparatione descripsisti. *Νόσος* et *νοσεῖν*, ut Lat. aegrotare, dicitur de vehementioribus cupiditatibus, quibus quis tanquam morbis conficitur; v. ann. ad Sympos. p. 207. A. Phaedr. p. 228. B. et quae collegit Wyttenbach. Bibl. Crit. V. II. Part. IV. p. 73 sq. Intelligit vero Socrates ingentem suam cupiditatem disserendi, qua ipsum flagrare Theodorus significaverat.

μυρίοι γὰρ ἤδη μοι Ἡρακλέες τε καὶ Θησ.] h. e. pugnatores Herculis et Thesei in suo genere similes. De plurali v. ad Menexen. p. 245. D. ad Sympos. p. 218. A. Intelliguntur autem sophistae acrius in Socratem invehentes, quales sunt Euthydemus et Dionysodorus in libro Euthydemi nomine inscripto, Thrasymachus in libris De Republica, Callicles in Gorgia, alii. A quibus etsi graviter subinde sit contusus, tamen sese ait non ab hoc certaminis genere desistere ideoque ipso Scirone et Antaeo esse validiorem. De *οὐδέν τι μᾶλλον*, h. e. *οὐδαμῶς*, v. Phaedr. p. 260. D. De Rep. VI. p. 487. C. Xenoph. Cyr. VII. 16. al. Proximum *οὕτω*, quod illustravit Hermann. ad Lucian. De Hist. Conscr. p. 357., referas ad *δεινός*, ut sit adeo vehemens cupiditas me invasit huius exercitatio-

ραιτέρω γε ὧν προτίθεσαι οἷός τ' ἔσομαι παρασχεῖν ἐμαυτόν σοι.

ΣΩ. Ἀλλ' ἀρκεῖ καὶ μέχρι τούτων. καί μοι πάνυ τήρει τὸ τοιόνδε, μή που παιδικόν τι λάθωμεν εἶδος τῶν λόγων ποιούμενοι, καί τις πάλιν ἡμῖν D *αὐτὸ ὀνειδίσῃ.*

ΘΕΟ. Ἀλλὰ δὴ πειράσομαί γε καθ' ὅσον ἂν δύνωμαι.

Cap. XXII. *ΣΩ. Τοῦδε τοίνυν πρῶτον πάλιν ἀντιλαβώμεθα, οὗπερ τὸ πρότερον, καὶ ἴδωμεν, ὀρθῶς ἢ οὐκ ὀρθῶς ἐδυσχεραίνομεν ἐπιτιμῶντες τῷ λόγῳ, ὅτι αὐτάρκη ἕκαστον εἰς φρόνησιν ἐποίει, καὶ ἡμῖν ξυνεχώρησεν ὁ Πρωταγόρας, περί τε τοῦ ἀμεί-*

C. *ἀλλ' ἄγε ὅπῃ*] *ἀλλὰ λέγε* Bodl. Vat. Ven. *Π.* Dein *θέλεις* Coisl. Ven. *Δ.* Par. BFH.

ἢν ἂν οὐ ἐπιχλ.] *ἂν* restitutum ex Par. CH. et corr. Ven. *Π.* Par. BE. Habet voculam teste Bastio etiam Vatican. Eandem tuentur Flor. a. b. c.

πάνυ τήρει] Vat. *πᾶν ὑπήρει.* Bodl. *πᾶν ὑπήρειτα.*

D. *καὶ ἴδωμεν*] *εἰδῶμεν* Bodl. Vat.

nis. — *προσαναtριψάμενος*, h. e. ad luctam praeparans; solebant enim luctatores ungi oleo.

C. *πάντως τὴν περὶ ταῦτα εἱμαρμένην*] De asyndeto v. ad p. 143. A. Respici putat Heindorfius ad proverbium illud: *τὴν εἱμαρμένην οὐδεὶς ἐκφεύγει.* — *περαιτέρω ὧν προτίθεσαι*; nam p. 169. A. *ὀλίγον ἐπίσπου μέχρι τούτου αὐτοῦ, ἕως ἂν εἰδῶμεν, εἴτε ἆρα σὲ δεῖ διαγραμμάτων μέτρον εἶναι, εἴτε πάντες κ. τ. λ.*

παιδικόν τι — εἶδος τῶν λόγων ποιούμενοι] Dictum hoc sic, ut vulgo *ποιεῖσθαι λόγους.*

D. *Τοῦδε τοίνυν πρῶτον πάλιν —*] Quam Socrates hactenus eleganter illustravit subtiliterque defendit Protagorae rationem, eam nunc rursus ita vocat in disceptationem, ut quae contra illam vere dici possint, ea omnia deinceps exponere instituat. Itaque ante omnia dispiciendum arbitratur, recte an secus a Protagora dicatur, hominem esse rerum mensuram.

καὶ ἡμῖν ξυνεχώρησεν ὁ Πρωταγόρας] iam concessit nobis Protagoras, ad melius et deterius aliquos differre, qui scilicet etiam essent sapientes. Respicitur ad illa p. 166. D sqq. ubi Protagoras sapientem volebat eum esse, qui efficeret, ut si cui nostrum mala sint et videantur, ei contra bona videantur atque sint. Pessime Heindorfius mutata ante *καὶ* interpunctione haec quoque ex praecedenti *ἴδωμεν* pendere voluit.

νονος καὶ χείρονος διαφέρειν τινάς, οὓς δὴ καὶ εἶναι σοφούς. οὐχί;

ΘΕΟ. Ναί.

ΣΩ. Εἰ μὲν τοίνυν αὐτὸς παρὼν ὡμολόγει,
E ἀλλὰ μὴ ἡμεῖς βοηθοῦντες ὑπὲρ αὐτοῦ ξυνεχωρήσαμεν, οὐδὲν ἂν πάλιν ἔδει ἐπαναλαβόντας βεβαιοῦσθαι· νῦν δὲ τάχ' ἄν τις ἡμᾶς ἀκύρους τιθείη τῆς ὑπὲρ ἐκείνου ὁμολογίας. διὸ καλλιόνως ἔχει σαφέστερον περὶ τούτου αὐτοῦ διομολογήσασθαι· οὐ γάρ τι σμικρὸν παραλλάττει οὕτω ἔχον ἢ ἄλλως.

ΘΕΟ. Λέγεις ἀληθῆ.

ΣΩ. Μὴ τοίνυν δι' ἄλλων, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἐκεί-
170 νου λόγου ὡς διὰ βραχυτάτων λάβωμεν τὴν ὁμολογίαν.

ΘΕΟ. Πῶς;

καὶ χείρονος διαφ.] Vett. edidt. *καὶ τοῦ χείρονος*. Articulum optimi ac plurimi libri mss. omittunt. Mox vulgo *οὐχὶ δή*; Sed *δή* praeter Ven. Ξ. nullus codex tuetur.

E. *καλλιόνως ἔχει*] V. *κάλλιον, ὡς*, quod mut. ex Bodl. Vat. Ven. ΞΠΣ. Vind. Zitt. Dein pro *αὐτοῦ* Heindorf. coni. *αὐτούς*.

P. 170. *οὐδένα ὄντινα οὐ τὰ μὲν*] Sic Bodl. Vat. Ven.

E. *διὸ κάλλιόνως ἔχει, σαφέστερον —*] Quum non praesens adsit Protagoras, inquit, nosque pro illo concesserimus aliquos praeter ceteros sapientiae nomine excellere; forsitan aliquis nobis hanc potestatem, illius nomine consentiendi, abroget. Quocirca satius est rem denuo confirmare et certius inter nos de ea convenire. In hac vero sententiarum serie et consecutione cur Heindorfius *περὶ τούτου αὐτοὺς διομ.* necessario requiri iudicaverit, nos quidem nullo modo potuimus intelligere. — *ὡς διὰ βραχυτάτων*, Gorg. p. 449. C. *πειράσομαί γε ὡς διὰ βραχυτάτων*. Ibid. D. *ὅτι ἀποκρίνει ὡς οἷόν τε διὰ βραχυτάτων*. Thucyd. I. 60. *ὡς ἐς ἐλάχιστον δρόμῳ βιάσασθαι*. Id. III. 46. *ὅ τι ἐν βραχυτάτῳ τὴν ἁμαρτίαν καταλῦσαι*. Ibid. extr. *ὅ τι ἐπ' ἐλάχιστον τὴν αἰτίαν ἐπιφέρειν*. Demosth. Philipp. III. p. 124. *ἀλλ' ὡς ἐκ πλείστου φυλάττεσθαι*. al.

P. 170. *Οὐκοῦν, ὦ Πρωταγόρα, καὶ ἡμεῖς*] Argumentatur hoc fere modo. Si verum est quod quisque opinatur, consequitur, ut etiam communis illa hominum opinio vera sit, qua vulgo existimant alios aliis esse sapientiores ac prudentiores, et ob id ipsum veras et falsas opiniones licere distingui. Quid quod adeo efficitur, ut quo quid pluribus probetur, eo magis pro vero habendum sit, ideoque Protagorae sententia, ut quae paucissimos nacta

ΣΩ. Οὐτωσί. Τὸ δοκοῦν ἑκάστῳ τοῦτο καὶ εἶναί φησί που ᾧ δοκεῖ;

ΘΕΟ. Φησὶ γὰρ οὖν.

ΣΩ. Οὐκοῦν, ὦ Πρωταγόρα, καὶ ἡμεῖς ἀνθρώπου, μᾶλλον δὲ πάντων ἀνθρώπων δόξας λέγομεν, καὶ φαμὲν οὐδένα ὄντινα οὐ τὰ μὲν αὑτὸν ἡγεῖσθαι τῶν ἄλλων σοφώτερον, τὰ δὲ ἄλλους ἑαυτοῦ, καὶ ἔν γε τοῖς μεγίστοις κινδύνοις, ὅταν ἐν στρατείαις ἢ νόσοις ἢ ἐν θαλάττῃ χειμάζωνται, ὥσπερ πρὸς θεοὺς ἔχειν τοὺς ἐν ἑκάστοις ἄρχοντας, σωτῆρας σφῶν προσδοκῶντας, οὐκ ἄλλῳ τῳ διαφέροντας ἢ τῷ εἰδέναι. καὶ πάντα που μεστὰ τἀνθρώπινα ζητούντων διδασκάλους τε καὶ ἄρχοντας ἑαυτῶν τε καὶ τῶν ἄλλων ζώων τῶν τε ἐργασιῶν, οἰομένων τε αὖ ἱκανῶν μὲν διδάσκειν, ἱκανῶν δὲ ἄρχειν εἶναι. καὶ ἐν τού- B

Π. Par. EH. Flor. b. Vett. editt. *οὐδένα ὅντιναοὖν*, quod iam Stephanus recte in *ὅντινα οὐ* commutandum vidit.

ὥσπερ πρὸς θεοὺς ἔχειν] *περ* add. Bodl. Vat. Ven. *Π.* Stephanus legendum censebat *ὥσπερ θεοὺς ἔχειν*, Ficinum secutus.

B. *μεστὰ τἀνθρώπινα*] V. *μετά*, quod e Ven. *ΞΠ.* et Par. F. emendatum. Verum Heindorfius coniectura assecutus erat.

sit defensores, pro falsa aut certe pro dubia haberi debeat. De constructione verborum recte Heindorfius: „Post *δόξας*, inquit, quum ita pergere vellet, *ὅτι τὰ μὲν αὐτοὶ τῶν ἄλλων σοφώτεροί εἰσι, τὰ δὲ ἄλλα ἑαυτῶν*, mutatur paullulum sermonis tenor, dum additur *καὶ φαμὲν κ. τ. λ.*“

ὅταν ἐν στρατείαις — χειμαζώμεθα] *χειμάζεσθαι* quum proprie de tempestatibus dicatur, tum etiam in universum significat agitari malis atque periculis. v. Monck. ad Eurip. Hippolyt. v. 315. Hinc igitur praeter hoc *ἐν θαλάττῃ* etiam *ἐν στρατείαις ἢ νόσοις* adiicitur, in quo zeugma agnovit Dorvill. ad Charit. v. 397. quod, si proprium verbi usum tenemus, utique statuendum erit. — In verbis *ὥσπερ πρὸς θεοὺς ἔχειν τοὺς ἐν ἑκάστοις ἄρχοντας*, ante *τοὺς ἄρχοντας* repetendum *πρός*, de quo loquendi genere praeter Heindorf. ad h. l. v. nostra ad Euthyphron. p. 2. C. ad Remp. VIII. p. 545. E. Tim. p. 91. C. ab. Bernhardy Syntax. p. 205. Held. ad Plutarch. Paull. Aemil. p. 124. B. Schaefer. ad Iulian. p. XX. ad Dionys. de Compos. Verbor. p 328.

πάντα που μεστὰ τἀνθρ.] Sympos. p. 223. B. *θορύβου μεστὰ πάντα εἶναι.* Epist. VII. p. 337. D. *πάντ' ἴσται σωτηρίας τε καὶ εὐδαιμονίας μεστά.* Ibid. p. 329. B. *στάσεως μεστὰ σύμπαντα.* Perperam vulgo *μετὰ* scribebatur.

τοις ἅπασι τί ἄλλο φήσομεν ἢ αὐτοὺς τοὺς ἀνθρώπους ἡγεῖσθαι σοφίαν καὶ ἀμαθίαν εἶναι παρὰ σφίσιν;

ΘΕΟ. Οὐδὲν ἄλλο.

ΣΩ. Οὐκοῦν τὴν μὲν σοφίαν ἀληθῆ διάνοιαν ἡγοῦνται, τὴν δὲ ἀμαθίαν ψευδῆ δόξαν;

C ΘΕΟ. Τί μήν;

ΣΩ. Τί οὖν, ὦ Πρωταγόρα, χρησόμεθα τῷ λόγῳ; πότερον ἀληθῆ φῶμεν ἀεὶ τοὺς ἀνθρώπους δοξάζειν, ἢ ποτὲ μὲν ἀληθῆ, ποτὲ δὲ ψευδῆ; ἐξ ἀμφοτέρων γάρ που ξυμβαίνει μὴ ἀεὶ ἀληθῆ ἀλλ' ἀμφότερα αὐτοὺς δοξάζειν. σκόπει γάρ, ὦ Θεόδωρε, εἰ ἐθέλοι ἄν τις τῶν ἀμφὶ Πρωταγόραν ἢ σὺ αὐτὸς διαμάχεσθαι, ὡς οὐδεὶς ἡγεῖται ἕτερος ἕτερον ἀμαθῆ τε εἶναι καὶ ψευδῆ δοξάζειν.

ΘΕΟ. Ἀλλ' ἄπιστον, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Καὶ μὴν εἰς τοῦτό γε ἀνάγκης ὁ λόγος

D ἥκει ὁ πάντων χρημάτων μέτρον ἄνθρωπον λέγων.

ΘΕΟ. Ἠῶς δή;

ΣΩ. Ὅταν σὺ κρίνας τι παρὰ σαυτῷ πρός με ἀποφαίνῃ περί τινος δόξαν, σοὶ μὲν δὴ τοῦτο κατὰ

C. ὦ Πρωταγόρα] Pro ὦ Bodl. Vat. et pr. Ven. Π. τῷ. ποτὲ δὲ ψευδῆ] V. δὲ καὶ ψ. invitis codd. fere omnibus. εἰ ἐθέλοι ἄν] Sic optimi et plurimi pro vulg. θέλοι.
D. πρός με ἀποφαίνῃ] Sic Bodl. Vat. Ven. Π. Editt.

C. ἐξ ἀμφοτέρων γάρ που ξυμβ.] Nam si homines statuamus semper vera opinari, huic ipsi sententiae concedendum erit adversari illud, quod homines vulgo existimant etiam falsas esse opiniones atque errores. Mox Heusdius legendum putabat: διαμάχεσθαι ὡς οὐδεὶς ὃς οὐχ ἡγεῖται, neminem esse quin existimet; et paullo inferius: ὅταν σὺ κρίνας τι περί τινος παρὰ σαυτῷ πρὸς ἐμέ ἀποφαίνῃ τὴν δόξαν. Utrumque commentum ipsius Heusdii errore natum esse recte docuit Buttmannus.

D. μάλα μυρίοι δῆτα, φησὶν Ὅμηρος] „Odyss. π. v. 121. ρ. v. 422. τ. 78." Fischerus.

E. τὰ ἐξ ἀνθρώπων πράγματα παρ.] immensa, ingentia negotia; negotia, quaecunque uspiam inter homines reperiuntur, ut nos quidem interpretamur. De hoc usu loquendi Heindorfius laudavit Taylor. ad Lysiam p. 494. ed. Reisk. et Reiskium ad Aeschin. p. 83. sed quem imprimis conferri iubet

τὸν ἐκείνου λόγον ἀληθὲς ἔστω, ἡμῖν δὲ δὴ τοῖς ἄλλοις περὶ τῆς σῆς κρίσεως πότερον οὐκ ἔστι κριταῖς γενέσθαι, ἢ ἀεί σε κρίνομεν ἀληθῆ δοξάζειν; ἢ μυρίοι ἑκάστοτέ σοι μάχονται ἀντιδοξάζοντες, ἡγούμενοι ψευδῆ κρίνειν τε καὶ οἴεσθαι;

ΘΕΟ. Νὴ τὸν Δία, ὦ Σώκρατες, μάλα μυρίοι E δῆτα, φησὶν Ὅμηρος, οἵ γέ μοι τὰ ἐξ ἀνθρώπων πράγματα παρέχουσιν.

ΣΩ. Τί οὖν; βούλει λέγωμεν, ὡς σὺ τότε σαυτῷ μὲν ἀληθῆ δοξάζεις, τοῖς δὲ μυρίοις ψευδῆ;

ΘΕΟ. Ἔοικεν ἔκ γε τοῦ λόγου ἀνάγκη εἶναι.

ΣΩ. Τί δὲ αὐτῷ Πρωταγόρᾳ; ἆρ' οὐχὶ ἀνάγκη, εἰ μὲν μηδὲ αὐτὸς ᾤετο μέτρον εἶναι ἄνθρωπον μηδὲ οἱ πολλοί, ὥσπερ οὐδὲ οἴονται, μηδενὶ δὴ εἶναι ταύτην τὴν ἀλήθειαν, ἣν ἐκεῖνος ἔγραψεν; εἰ δὲ αὐτὸς 171 μὲν ᾤετο, τὸ δὲ πλῆθος μὴ συνοίεται, οἶσθ' ὅτι πρῶτον μὲν ὅσῳ πλείους οἷς μὴ δοκεῖ ἢ οἷς δοκεῖ, τοσούτῳ μᾶλλον οὐκ ἔστιν ἢ ἔστιν;

ΘΕΟ. Ἀνάγκη, εἴπερ γε καθ' ἑκάστην δόξαν ἔσται καὶ οὐκ ἔσται.

omnes πρὸς ἐμέ. v. ad Corg. p. 489. E. Cratyl. 384. A. Lysid. 211. A. Protagor. p. 335. A.

ἢ ἀεί σε κρ.] Sic optimi tres. Vett. edidit. σὲ ἀεί.

E. Τί δὲ αὐτῷ Πρ.] δαὶ Bodl. corr. et Vat. Ven. Π.

Hemsterhusium ad Thom. Mag. p. 359. eum falso testem rei attulit. Uberrime omnium dictionem illustravit Abreschius ad Aeschyl. p. 140. et 651. et Hemsterhus. Anecdot. I. p. 212 sq. conf. Matthiae Gr. §. 574. extr.

P. 171. Τί δὲ αὐτῷ Πρωταγόρᾳ;] Quod Stephanus requirebat αὐτῷ τῷ Πρωταγόρᾳ, eo non opus est, siquidem ante nomina propria articulus modo additur modo omittitur. Recte igitur dicitur αὐτὸς Πρωταγόρας et αὐτὸς ὁ Πρωταγόρας. Dativum autem posuit scriptor ratione habita proximorum verborum: ἆρ' οὐχὶ ἀνάγκη κ. τ. λ. nisi idem ex praecedentibus repetere volueris. Accusativi eadem ratio est in talibus, atque in illo Horatii Epist. I. 6. v. 5. quid censes munera terrae? quid maris extremos Arabes ditantis et Indos? — quo spectanda modo, quo sensu credis et ore?

τοσούτῳ μᾶλλον οὐκ ἔστιν ἢ ἔστιν] Sc. ἀλήθεια.

ΣΩ. Ἔπειτά γε τοῦτ' ἔχει κομψότατον· ἐκεῖνος μὲν περὶ τῆς αὐτοῦ οἰήσεως τὴν τῶν ἀντιδοξαζόντων οἴησιν, ἣ ἐκεῖνον ἡγοῦνται ψεύδεσθαι, ξυγχωρεῖ που ἀληθῆ εἶναι ὁμολογῶν τὰ ὄντα δοξάζειν ἅπαντας.

ΘΕΟ. Πάνυ μὲν οὖν.

B ΣΩ. Οὐκοῦν τὴν αὐτοῦ ἂν ψευδῆ ξυγχωροῖ, εἰ τὴν τῶν ἡγουμένων αὐτὸν ψεύδεσθαι ὁμολογεῖ ἀληθῆ εἶναι;

ΘΕΟ. Ἀνάγκη.

ΣΩ. Οἱ δέ γ' ἄλλοι οὐ ξυγχωροῦσιν ἑαυτοὺς ψεύδεσθαι;

ΘΕΟ. Οὐ γὰρ οὖν.

ΣΩ. Ὁ δέ γ' αὖ ὁμολογεῖ καὶ ταύτην ἀληθῆ τὴν δόξαν ἐξ ὧν γέγραφε.

P. 171. B. *ψευδῆ ξυγχωροῖ*] *συγχώροιη* Coisl. *ἑαυτοὺς ψεύδεσθαι*] Sic Ven. *II.* a m. sec. Vulgo *ἑαυτοῖς*, quod mutandum vidit Buttmannus.

Ἔπειτά γε τοῦτ' ἔχει κομψότατον] Deinde res hoc habet longe lepidissimum. Tertia enim verbi persona ita ponitur, ut intelligendum sit subiectum generale res, s. τὸ πρᾶγμα, quemadmodum Germani usurpamus nostrum es. v. infra ad pag. 187. C. De voc. *κομψόν*, ironice posito, v. Ruhnk. ad Tim. p. 162.

ἐκεῖνος μὲν περὶ τῆς αὐτοῦ οἰήσεως] Adduntur haec per epexegesin longe usitatissimam, in qua nullo coniunctionis alicuius ligamento opus est. Hoc *μέν* autem ne *ἀνανταπόδοτον* existimes, respondet ei deinde *δέ* in verbis *Οἱ δέ γε ἄλλοι οὐ ξυγχωροῦσιν*.

B. καὶ ταύτην ἀληθῆ τὴν δόξαν, ἐξ ὧν γέγραφεν] secundum ea, quae scripsit. Criton. p. 40. D. *δοκεῖ μέν μοι ἥξειν τήμερον ἐξ ὧν ἀπαγγέλλουσιν ἥκοντές τινες ἀπὸ Σουνίου.* Phaedon. p. 61. C. *ἐξ ὧν ἐγὼ ἤσθημαι, οὐδ' ὁπωστιοῦν ἂν σοι ἐκὼν πείσαιτο.* Cur Heindorfius istud, *ἐξ ὧν γέγραφεν*, post *Φαίνεται* ponendum censuerit, vix quisquam dixerit.

Ἐξ ἁπάντων ἄρα ἀπὸ Πρωταγόρου ἀρξ.] Heindorfius, quia *ἐκ* pro *ὑπὸ* Herodoteum sit, non Platonicum, reponendum putat: *Ὑφ' ἁπάντων*. Sed vereor ne vir doctus *ἐκ* male intellexerit. Non enim haec praepositio causam efficientem, quam vocant, in eiusmodi locis significat, sed potius originem et quasi locum, unde quid veniat, ut respondeat nostro von Seiten. Itaque locum sic reddimus: Undique igitur ne excepto quidem Protagora contendetur, imo ab illo concedetur; quum videlicet contrarie dicenti concedat vera ipsum iudicare, tum etiam ipse Protagoras concedet

ΘΕΟ. Φαίνεται.

ΣΩ. Ἐξ ἁπάντων ἄρα ἀπὸ Πρωταγόρου ἀρξαμένων ἀμφισβητήσεται, μᾶλλον δὲ ὑπό γε ἐκείνου ὁμολογήσεται, ὅταν τῷ τἀναντία λέγοντι ξυγχωρῇ ἀληθῆ αὐτὸν δοξάζειν, τότε καὶ ὁ Πρωταγόρας αὐτὸς ξυγχωρήσεται μήτε κύνα μήτε τὸν ἐπιτυχόντα ἄνθρωπον μέτρον εἶναι μηδὲ περὶ ἑνὸς οὗ ἂν μὴ μάθῃ. οὐχ οὕτως; C

ΘΕΟ. Οὕτως.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἐπειδὴ ἀμφισβητεῖται ὑπὸ πάντων. οὐδενὶ ἂν εἴη ἡ Πρωταγόρου ἀλήθεια ἀληθής, οὔτε τινὶ ἄλλῳ οὔτ' αὐτῷ ἐκείνῳ.

ΘΕΟ. Ἄγαν, ὦ Σώκρατες, τὸν ἑταῖρόν μου καταθέομεν.

τῷ τἀναντία λέγοντι] Articulum τῷ vulgo omissum omnes codd. una consensione servarunt.

neque canem neque quemlibet hominem mensuram esse ullius rei quam non didicerit. Phileb. p. 16. D. Θεῶν εἰς ἀνθρώπους δόσις ποθὲν ἐκ Θεῶν ἐρρίφη διά τινος Προμηθέως ἅμα φανοτάτῳ πυρί, Plat. Legg. IX. p. 872. D. ἐκ παλαιῶν ἱερίων εἴρηται. Infra p. 173. D. τί τῷ κακόν ἐστιν ἐκ προγόνων γεγονός. Tim. p. 47. B. οὔθ' ἥξει ποτὲ τῷ θνητῷ γένει δωρηθὲν ἐκ Θεῶν. Isaeus De Philoctem. heredit. p. 62. οὐ μόνον ἐξ ἡμῶν ἐλέγχονται, ἀλλὰ καὶ ἐξ ὧν — διαπεπραγμένοι εἰσίν. Dictionem ἀπὸ Πρωταγόρου ἀρξαμένων, ad Sympos. p. 173. D. Gorg. p. 471. C. Alcibiad. I. p. 121. A. coll. 104. A. Remp. VI. p. 498. C. attigimus. Praeterea notanda est singularis periodi structura, siquidem ἀμφισβητήσεται et ὁμολογήσεται regimine suo carere videntur. At enim vero cogites quaeso verbis τότε καὶ ὁ Πρωταγόρας αὐτὸς ξυγχωρήσεται iterari superius illud ἐπ' ἐκείνου γε ὁμολογήσεται, ita quidem, ut ad activam constructionem transeatur, et nihil erit quod animum offendere posse videatur. Finge enim omissam esse illam verborum repetitionem, et omnia recte facileque decurrere videbuntur. Similis iterationis exempla afferre piget. Et quis omnes illas liberioris orationis formas in Platonis libris conspicuas in numerato habeat? Ceterum Heindorfio noli credere hic et alibi affirmanti μηδὲ περὶ ἑνός Attice dici pro μηδενός. Quid rei sit, docebit annotatio nostra ad Sympos. p. 177. A. et 214. D. Phaedon. 100. B.

C. τὸν ἑταῖρόν μου καταθέομεν] H. e. in amicum nostrum invehimur. Apte comparat Heindorfius Legg. VII. p. 806. E. τί δράσομεν, ὦ Κλεινία; τὸν ξένον ἐάσομεν τὴν

ΣΩ. Ἀλλά τοι, ὦ φίλε, ἄδηλον, εἰ καὶ παραθέομεν τὸ ὀρθόν. εἰκός γε ἄρα ἐκεῖνον πρεσβύτερον
D ὄντα σοφώτερον ἡμῶν εἶναι· καὶ εἰ αὐτίκα ἐντεῦθεν ἀνακύψειε μέχρι τοῦ αὐχένος, πολλὰ ἂν ἐμέ τε ἐλέγξας ληροῦντα, ὡς τὸ εἰκός, καὶ σὲ ὁμολογοῦντα, καταδὺς ἂν οἴχοιτο ἀποτρέχων. ἀλλ' ἡμῖν ἀνάγκη, οἶμαι, χρῆσθαι ἡμῖν αὐτοῖς, ὁποῖοί τινές ἐσμεν, καὶ τὰ δοκοῦντα ἀεὶ ταῦτα λέγειν. καὶ δῆτα καὶ νῦν ἄλλο τι φῶμεν ὁμολογεῖν ἂν τοῦτό γε ὀντινοῦν, τὸ εἶναι σοφώτερον ἕτερον ἑτέρου, εἶναι δὲ καὶ ἀμαθέστερον;

ΘΕΟ. Ἐμοὶ γ' οὖν δοκεῖ.

Cap. XXIII. ΣΩ. Ἦ καὶ ταύτῃ ἂν μάλιστα ἵστασθαι τὸν λόγον, ᾗ ἡμεῖς ὑπεγράψαμεν βοηθοῦν-
E τες Πρωταγόρᾳ, ὡς τὰ μὲν πολλὰ ᾗ δοκεῖ, ταύτῃ καὶ ἔστιν ἑκάστῳ, θερμά, ξηρά, γλυκέα, πάντα ὅσα τοῦ τύπου τούτου· εἰ δέ που ἔν τισι ξυγχωρήσεται διαφέρειν ἄλλον ἄλλου, περὶ τὰ ὑγιεινὰ καὶ νοσώδη

C. εἰκός γε ἄρα] Sic codd. fere omnes. Vett. editt. εἰκὸς γάρ. P. 172. καλὰ μὲν καὶ αἰσχρὰ καὶ δίκαια] καὶ ante δί-

Σπάρτην οὕτω καταθραμεῖν. laudato Menagio ad Diog. Laërt. VII. 187.

D. καὶ τὰ δοκοῦντα ἀεὶ ταῦτα λέγειν] et quaecunque nobis videntur, eá dicere et affirmare. Non infrequens est τοῦτο sic post participium illatum. Infra p. 172. B. τὸ κοινῇ δόξαν τοῦτο γίγνεται ἀληθές. Charmid. p. 163. C. τὸν τὰ ἑαυτοῦ πράττοντα τοῦτον σώφρονα καλεῖν. ubi v. ann. conf. Matthiae Gr. §. 472. 2. Mox ἄλλο τι rursus est nonne, quo neglecto Stephanus rursus in fraudem incidit, post ὁμολογεῖν ἂν voculam ᾗ excidisse ratus.

ἵστασθαι τὸν λόγον, ᾗ ἡμεῖς ὑπεγράψαμεν] consistere sententiam eo modo, quo ipsam delineavimus. Nam ὑπογράφειν quum proprie sit litterarum ductus praescribere, ut Protag. p. 326. D. tum omnino est delineare v. Schaefer. ad Dionys. Hal. p. 120. conf. De Rep. VI. p. 501. A. Legg. V. p. 734. E. VII. p. 934. C. — Ad συγχωρήσεται recte vidit Heindorfius e praecedenti ὁντινοῦν repetendum esse τις, ista autem, ἐθελῆσαι ἂν φάναι pendere e superiore illo φῶμεν. — καὶ θηρίον δέ, et vero etiam bestiam. Phileb. p. 13. B. κακὰ δὲ ὄντ' αὐτῶν τὰ πολλὰ καὶ ἀγαθὰ δὲ, ὡς ἡμεῖς φαμέν, ὅμως πάντα σὺ προσαγορεύεις ἀγαθά. Criton. p. 51. A. καὶ σὺ δὲ ἡμᾶς τοὺς νόμους — ἐπιχειρήσεις ἀνταπολλύναι. v. Astius ad Legg. p.

ἐθελῆσαι ἂν φάναι μὴ πᾶν γύναιον καὶ παιδίον καὶ θηρίον δὲ ἱκανὸν εἶναι ἰᾶσθαι αὑτὸ γιγνῶσκον ἑαυτῷ τὸ ὑγιεινόν, ἀλλὰ ἐνταῦθα δὴ ἄλλον ἄλλου διαφέρειν, εἴπερ που;

ΘΕΟ. Ἔμοιγε δοκεῖ οὕτως.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ περὶ πολιτικῶν, καλὰ μὲν καὶ 172
αἰσχρὰ καὶ δίκαια καὶ ἄδικα καὶ ὅσια καὶ μή, οἷα ἂν ἑκάστη πόλις οἰηθεῖσα θῆται νόμιμα ἑαυτῇ, ταῦτα καὶ εἶναι τῇ ἀληθείᾳ ἑκάστῃ, καὶ ἐν τούτοις μὲν οὐδὲν σοφώτερον οὔτε ἰδιώτην ἰδιώτου οὔτε πόλιν πόλεως εἶναι· ἐν δὲ τῷ ξυμφέροντα ἑαυτῇ ἢ μὴ ξυμφέροντα τίθεσθαι, ἐνταῦθ', εἴπερ που, αὖ ὁμολογήσει ξύμβουλόν τε ξυμβούλου διαφέρειν καὶ πόλεως δόξαν ἑτέραν ἑτέρας πρὸς ἀλήθειαν, καὶ οὐκ
ἂν πάνυ τολμήσειε φῆσαι, ἃ ἂν θῆται πόλις ξυμ- B
φέροντα οἰηθεῖσα αὑτῇ, παντὸς μᾶλλον ταῦτα καὶ ξυνοίσειν· ἀλλ' ἐκεῖ, οὗ λέγω, ἐν τοῖς δικαίοις καὶ ἀδίκοις καὶ ὁσίοις καὶ ἀνοσίοις, ἐθέλουσιν ἰσχυρί-

καια in ed. Steph. excidit. Mox Bodl. Vat. αὐτῇ.

54. Schaefer. ad Longum p. 349 sq.

P. 172. *Οὐκοῦν καὶ περὶ πολιτικῶν*] Nec civitates Protagoras arbitratur ideo, quia quae sibi utilia putant, sanciunt et constituunt, etiam vere utilia ac salutaria constituere; imo concedendum ei est, inter eos, qui publice aliquid vel suadent vel dissuadent, utilitatis habita ratione multum interesse. Etenim Protagorae haec fuit sententia, ut antea vidimus, ut sapientes existimaret non eo ceteris excellere, quod veritatem tenerent potius quam vulgus, sed eo maxime, quod utile ab inutili ac damnoso certiore iudicio discernerent.

B. *ἀλλ' ἐκεῖ οὗ λέγω, ἐν τοῖς δικαίοις* —] Id tantum in republica gubernanda (*ἐκεῖ οὗ λέγω*) sapientiam putant esse, ut quis quae utilia sint, certiore indicio perspiciat; iustitiae autem et iniustitiae, pietati et impietati, non eam tribuunt naturam, quae per se seorsum constet, sed quod communiter visum sit, hoc verum existere tum quum visum sit et quam diu videatur, existimare solent. Contendebant enim sophistae, quum universam virtutem tum singulas eius partes et formas in opinione, non in natura positas esse. v. Protagor. p. 337. D. Gorg. p. 483. A sqq. De Rep. II. p. 358. E — 359. E. Legg. V. p. 714. B sqq. al. — *ἐθέλουσιν ἰσχυρίζεσθαι*, promto animo s. sine dubitatione asse-

ζεσθαι, ὡς οὐκ ἔστι φύσει αὐτῶν οὐδὲν οὐσίαν ἑαυτοῦ ἔχον, ἀλλὰ τὸ κοινῇ δόξαν τοῦτο γίγνεται ἀληθὲς τότε, ὅταν δόξῃ καὶ ὅσον ἂν δοκῇ χρόνον. καὶ ὅσοι γε δὴ μὴ παντάπασι τὸν Πρωταγόρου λόγον λέγουσιν, ὧδέ πως τὴν σοφίαν ἄγουσι. Λόγος δὲ ἡμᾶς, ὦ Θεόδωρε, ἐκ λόγου, μείζων ἐξ ἐλάττονος, καταλαμβάνει.

C ΘΕΟ. Οὐκοῦν σχολὴν ἄγομεν, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Φαινόμεθα. καὶ πολλάκις μέν γε δή, ὦ δαιμόνιε, καὶ ἄλλοτε κατενόησα, ἀτὰρ καὶ νῦν, ὡς εἰκότως οἱ ἐν ταῖς φιλοσοφίαις πολὺν χρόνον δια-

B. *λόγον λέγουσι*] Sic Par. EFH. Vulgo *λέγωσι*, quod bene correxit Heindorf.

C. *ἐκ νέων κυλινδούμενοι*] Sic codd. mss. cum ed. Bas. 2. Vulgo *καλινδούμενοι*.

verant. Neque enim Heindorfius pervidit verum, qui *ἐθέλειν* idem fere quod *τολμᾶν* esse putaverit.

καὶ ὅσοι γε δὴ μὴ παντάπασι τὸν Πρ.] et quotquot quidem non omnino Protagorae rationem amplectuntur s. confirmant, isto fere modo philosophiam tractant, h. e. ii, qui a Protagora de homine rerum mensura dissentiunt, illud tamen statuunt: nihil esse natura sanctum, iustum, honestum, sed totam virtutem et honestatem in opinione consistere. Significat igitur alios quoque de virtute non melius sentire, etiamsi Protagorae sententiae de veritatis iudicio non suffragentur. Difficultatem aliquam habent verba *ὧδέ πως τὴν σοφίαν ἄγουσιν*. Heindorfius *ἄγειν* aestimandi vi positum censet, sicuti in formulis *ἐντίμως ἄγειν τινά*, *Θεὸν ἄγειν τινά*, *παρ' οὐδὲν ἄγειν*. Mihi tamen haec verbi significatio neque exemplis istis satis demonstrata esse et ab hoc loco prorsus abhorrere videtur. Non enim de eo agitur, quo loco illi philosophiam habeant et quanti eam aestiment; sed significatur potius, quid de his rebus sentiant, etiamsi in quibusdam partibus a Protagorae sententia recedant. Itaque *ἄγειν φιλοσοφίαν* putamus esse regere et moderari philosophiam, quemadmodum dicitur *ἄγειν τὴν νῆα*, *ἄγειν τὴν πόλιν*, et quae sunt similes loquutiones.

Λόγος δὲ ἡμᾶς — καταλαμβάνει] Iniecta reipublicae administrationis mentione materiam disputandi crescere dicit. Etenim venit ei in mentem philosophorum atque oratorum, quorum illi vulgo ad negotia et munera publica obeunda ineptissimi habebantur. Itaque hic tanquam episodium quoddam interponitur, quo viri civiles et philosophi inter se comparantur. Primum igitur Socrates describit servilem vulgarium oratorum condicionem abiectamque sentiendi rationem; qui unice temporum necessitatibus inservientes liberaliter studiis operam dare aut de rebus scitu dignis libere disserere non pos-

τρίψαντες εἰς τὰ δικαστήρια ἰόντες γελοῖοι φαίνονται ῥήτορες.

ΘΕΟ. Πῶς δὴ οὖν λέγεις;

ΣΩ. Κινδυνεύουσιν οἱ ἐν δικαστηρίοις καὶ τοῖς τοιούτοις ἐκ νέων κυλινδούμενοι πρὸς τοὺς ἐν φιλοσοφίᾳ καὶ τῇ τοιᾷδε διατριβῇ τεθραμμένους ὡς οἰ- D κέται πρὸς ἐλευθέρους τεθράφθαι.

ΘΕΟ. Πῇ δή;

ΣΩ. Ἴλι τοῖς μέν, τοῦτο ὃ σὺ εἶπες, ἀεὶ πάρεστι σχολὴ καὶ τοὺς λόγους ἐν εἰρήνῃ ἐπὶ σχολῆς ποιοῦνται· ὥσπερ ἡμεῖς νυνὶ τρίτον ἤδη λόγον ἐκ

D. *πρὸς ἐλευθέρους τεθράφθαι*] *τετράφθαι* Bodl. Coisl. Vat. et pr. Ven. *II.*

E. *ὑπογραφὴν παραγιγνωσκομένην*] Sic Bodl. Vat. Ven. *II.* Flor. b. et pr. Coisl. Vulgo erat *παραγαγινωσκ.*

sint. Deinde philosophos eosque principes docet a rebus gerendis esse alienos, atque criminationes hoc nomine in eos vulgo coniectas elegantissime illustrat. Ad eum locum, quo philosophi propter rerum gerendarum inscitiam corripiuntur, contendisse iuvabit quae de eadem re in Gorgia p. 484. C sqq. De Republ. VI p. 487, et VII. p. 517. D. exposita leguntur. De philosophorum autem atque oratorum comparatione similia in Euthydemo leguntur.

C. *οἱ ἐν δικαστηρίοις καὶ τοῖς τοιούτοις*] Mox 173. D. *οὐδὲ ὅπου δικαστήριον* (*ἴασιν*) *ἢ βουλευτήριον ἢ τι κοινὸν ἄλλο τῆς πόλεως συνέδριον.* unde patet nauci non esse quae scripsit Scholiastes: *οἷον ἐργαστηρίοις, ἐμπορίαις.*

ὡς οἰκέται πρὸς ἐλευθέρους] Dev. *οἰκέτης* v. ad Cratyl. p. 384. D. — *τοῦτο ὃ σὺ εἶπες, id quod* tu dicebas. Tim. p. 62. E. *τοῦτο ὃ νῦν λέγομεν.* Gorg. p. 461. *τοῦθ' ὃ δὴ ἀγαπᾷς.* Aristoph. Nubb. v. 373. *ἀλλ' ὅστις ὁ βροντῶν ἐστί, φράσον, τοῦθ' ὃ με ποιεῖ τιτρεμαίνειν.* Respicit autem ad illa Theodori: *Οὐκοῦν σχολὴν ἄγομεν;*

D. *ὥσπερ ἡμεῖς νυνὶ τρίτον ἤδη λόγον ἐκ λ*] Quemadmodum omnino sententiae eae, quae superioribus illustrandis et confirmandis inserviunt, sine copularum ligamento accedere solent, quam orationis formam nos quidem appositionem enuntiatorum vel epexegesin vocare solemus: ita etiam sicuti aliquid per comparationem explicatur vel illustratur, id quod illustrationis gratia subiicitur, libere et sine coniunctionum ligamento accedit, prorsus ut fieri solet in appositione nominum. Causam rei adeo non perspexit Heindorfius, ad h. l., ut eius constructionis exempla inter anacoluthia retulerit: non magis eam pervidit Räckertus qui in Eclogg. Platon p. 15. ubi hunc ipsum locum posuit, protasin putat in medio esse positam inter duplicem apodosin, in eiusque rei fidem laudat Hermannum ad Sophocl. Philoctet. v. 269. et 454. Sed nimirum

λόγου μεταλαμβάνομεν, οὕτω κἀκεῖνοι, ἐὰν αὐτοὺς ὁ ἐπελθὼν τοῦ προκειμένου μᾶλλον, καθάπερ ἡμᾶς, ἀρέσῃ, καὶ διὰ μακρῶν ἢ βραχέων μέλει οὐδὲν λέγειν, ἂν μόνον τύχωσι τοῦ ὄντος. οἱ δὲ ἐν ἀσχολίᾳ τε ἀεὶ λέγουσι· κατεπείγει γὰρ ὕδωρ ῥέον, καὶ οὐκ
E ἐγχωρεῖ περὶ οὗ ἂν ἐπιθυμήσωσι τοὺς λόγους ποι-

τὴν δίκην ἔχοντα] τινὰ δίκην ἔχοντα Bodl. Vat. *A*. et pr.

videtur Rückertus idem fere sensisse quod Schneiderus ad Rempubl. VI. p. 497. C. qui ὥςπερ putat in talibus arcte cohaerere cum praecedentibus, οὕτως autem non aliter referri ad ὥςπερ, ac si id nullo cum superioribus nexu coniunctum sed ipsius adverbii demonstrativi causa positum esset. Quae si quid intelligo, eo denique redeunt, ut ὥςπερ proprie quidem ad superiora pertinere dicamus, sed tamen efficere hoc, ut nova pars enunciati per οὕτως annectatur. At enimvero ea forma orationis etsi utique aliquoties reperitur apud Platonem, tamen probe illa discernenda est ab hoc loquendi genere, de quo nunc agimus quodque est a Platone frequentissime usurpatum. In quo tamen recte iudicando utique tenendum est illud, quod Schneidero fraudi fuit: ea, quae explicationis causa interserantur, tam arcte saepe cum reliqua oratione cohaerere, ut mirum non sit, si quae deinceps sequuntur, subinde his ipsis potius, quam praecedentibus accommodentur. Id quod factum est in loco Reipublicae VI. p. 497. B. ubi νῦν μὲν sic interponitur, ac si membrum secundarium porro etiam continuaretur, quum tamen deinde inferatur, εἰ δὲ λήψεται — τότε δηλώσει. Sunt igitur haec eiusmodi, ut ad suam quaeque legem et normam exigenda sint, neutiquam autem communi loquendi usui officere existimari debeant. Exempla legitimae constructionis bene multa attulimus ad Gorg. p. 448. E. Rempubl. VIII. p. 557. C. Iam his ita explicatis quaerendum venit: num haec quoque ὥςπερ ἡμεῖς κ. τ. λ. cohaereant cum superiore Ἡι, an libera constructione adiiciantur. Illud placuit Heindorfio, qui ob eam rem post ποιοῦνται lenius interpunxit, et nobis quoque probatur unice. Pone enim scriptum esse hunc in modum: καὶ ὥςπερ ἡμεῖς κ. τ. λ. ac protenus senties, illud ἦ etiam alterum orationis membrum afficere. Quocirca sane coli loco post ποιοῦνται rectius commate distinguitur, neque audiendi sunt qui haec: ὥςπερ ἡμεις κ. τ. λ. a superioribus nimia distinctione nimis separaverunt. Restat ut de duabus aliis rebus moneamus, ne quid obscuritatis relictum videatur. Itaque primum quidem ad οὕτω κἀκεῖνοι intelligendum est λόγον ἐκ λόγου μεταλαμβάνουσιν, h. e. alias atque alias disputationes instituunt; nam ἐκεῖνοι sunt philosophi. Deinde notandum ἀρέσκειν cum accusativo construi, de quo v. Remp. VIII. p. 557. B. Cratyl. P. 391. C. ubi Heindorf. complura exempla notavit. conf. Matthiae Gr. §. 411. 5. 2. Causam talis constructionis in promtu

εἶσθαι, ἀλλ' ἀνάγκην ἔχων ὁ ἀντίδικος ἐφέστηκε καὶ ὑπογραφὴν παραναγιγνωσκομένην, ὧν ἐκτὸς οὐ ῥητέον· (ἣν ἀντωμοσίαν καλοῦσιν·) οἱ δὲ λόγοι ἀεὶ περὶ ὁμοδούλου πρὸς δεσπότην καθήμενον, ἐν χειρὶ τὴν δίκην ἔχοντα, καὶ οἱ ἀγῶνες οὐδέποτε τὴν ἄλλως ἀλλ' ἀεὶ τὴν περὶ αὐτοῦ· πολλάκις δὲ καὶ περὶ

Ven. *Π.*

fore putamus omnibus.

κατεπείγει γὰρ ὕδωρ ῥέον] dum latrant ad clepsydram. v. Meier et Schömann. De Lite Attica p. 713 sqq.

E. *ἀλλ' ἀνάγκην ἔχων ὁ ἀντίδικος κ. τ. λ.*] *Ἀνάγκην* intelligit fortasse ipsam clepsydram, qua tempus dicendo concessum definiebatur. Germanice dixeris: die Zwinge. Hesychius: *Ἀνάγκη· ἡ δικαστικὴ κλεψύδρα.* Pollux VIII. 17. *ἔνιοι δὲ οἴονται καὶ ἀνάγκην σκεῦος εἶναι δικαστικόν.* v. Valesius ad Harpocrat. p. 456. ed. Lips. Praeterea adversarius dicitur habere *ὑπογραφὴν παραναγιγνωσκομένην, ὧν ἐκτὸς οὐ ῥητέον*, h. e. *ὑπογεγραμμένα ἔτται, ἃ παραναγιγνώσκεται, ὧν ἐκτὸς κ. τ. λ.* Etenim in orando id maxime spectari oportebat, quod pertineret ad quaestionem nec licebat extra oleas vagari. Quae lex in iudiciis de caede maxime valebat. Lysias c. Sim. p. 163. *ἔχοιμι δ' ἂν καὶ ἄλλα πολλὰ εἰπεῖν περὶ τούτου, ἀλλ' ἐπειδὴ παρ' ὑμῖν οὐ νόμιμόν ἐστιν, ἔξω τοῦ πράγματος λέγειν, ἐκεῖνο ἐνθυμεῖσθε.* Antiphon. De chor. p. 766. Lycurg. c. Leocr. p. 144. ed. Reisk. Taylor. Lectt. Lysiac. p. 316 sq. ed. Reisk. Matthiae de Iudiciis Atheniensium p. 164. Habebant igitur litigantes parata quae ad quodque caput possent recitari et cum illis conferri, quae ab adversario prolata essent; id quod dicitur *παραναγιγνώσκεσθαι.* Unde clarum fit et perspicuum, quid sit *ὑπογραφή*, quod vocabulum hac potestate praeditum Lexicographi nostri ignorant. Est autem haud dubie scriptum s. commentarium, in quo consignatum erat, quod in oranda causa adversariis reponeretur. Iam vero his explicatis certe nemini poterit dubium esse, quin verum perviderit Abreschius Auctor. Dilucidatt. Thucyd. p. 425., qui verba *ἣν ἀντωμοσίαν καλοῦσι* glossatori alicui deberi suspicatus est. De *ἀντωμοσία* v. ad Apol. p. 19. B.

οἱ δὲ λόγοι ἀεὶ περὶ ὁμοδούλου πρὸς δ.] *Ὁμόδουλος* vocatur reus, qui defenditur. Sed *δεσπότης καθήμενος* intelligitur iudex, qui solemniter *κάθηται*: unde *οἱ καθήμενοι*, iudices; v. Thucyd. V. 55. in Demosth. in Mid. 522. 16. c. Theocrin. 1329. 18. al. In huius arbitrio quum multa essent posita, bene et eleganter dominus litigantium vocatur.

οἱ ἀγῶνες οὐδέποτε τὴν ἄλλως —] Perinde est utrum *τὴν ἄλλως* an *τηνάλλως*, ut vulgo, scribatur, quanquam priorem scribendi rationem hoc loco commendat oppositio verborum *τὴν περὶ αὐτοῦ*. Est vero *τὴν ἄλλως*, sic temere, ut libere liceat in dicendo exspatiari, quod philosophi in disputando faciunt. Nam intelligitur *ὁδόν*,

173 *ψυχῆς ὁ δρόμος. ὥστ' ἐξ ἁπάντων τούτων ἔντονοι καὶ δριμεῖς γίγνονται, ἐπιστάμενοι τὸν δεσπότην λόγῳ τε θωπεῦσαι καὶ ἔργῳ χαρίσασθαι, σμικροὶ δὲ καὶ οὐκ ὀρθοὶ τὰς ψυχάς. τὴν γὰρ αὔξην καὶ τὸ εὐθύ τε καὶ τὸ ἐλεύθερον ἡ ἐκ νέων δουλεία ἀφῄρηται, ἀναγκάζουσα πράττειν σκολιά, μεγάλους κιν-*

neque audiendus est Wagnerus ad Alciphron. Epist. T. I. p. 102, qui hic quidem *νίκην* intelligendum putat. Ceterum de usu voc. *τηνάλλως* s. *τὴν ἄλλως* v. Bergler. ad Alciphr. l. c. libr. I. 19. Coray. ad Heliodor. p. 141. Boissonad. ad Herodian. p. 133. et intpp. ad Alciphron. Epist. I. 19. Opponitur hic *τὴν περὶ αὐτοῦ*, h. e. ita, ut de ipsa re, quae cummaxime agitur, dicendum sit. Nam *αὐτὸ* saepe sic dicitur de re maximi momenti, s. de eo, quod caput est atque summum in aliqua re. v. ad Lysid. p. 204. B. Itaque non assequor, cur Heindorfius, quum iam Fischerus veram interpretationem praeivisset, tamen Stephanum sequi maluerit *περὶ αὐτοῦ* corrigentem, quod interpretatur: de ipsa cuiusque persona et statu. Sed videtur vir praestantissimus in eum errorem inductus esse verbis proximis: *πολλάκις δὲ καὶ περὶ ψυχῆς ὁ δρόμος*. Quasi vero ea non item commodissime adiiciantur, si alteram interpretationem eamque unice veram amplectamur. Etenim nexus et ordo sententiarum sine dubitatione hic est: Certamina orationum nunquam aliorsum digrediuntur, sed semper referuntur unice ad id, de quo agitur: agitur vero etiam saepenumero de ipsa vita, ut eo tristior oratorum istorum condicio videri debeat, quibus ne tum quidem, quum ipsa vita defendenda est, aliquid dicere liceat, quod ad ipsam causam non pertinere videatur. Formulam dicendi, *τὸν περὶ ψυχῆς δρόμον τρέχειν* praeter Gatakerum De Stilo N. T. p. 67. et Wesseling. ad Herod. VIII. 74. quos inspici iussit Heindorfius, illustrarunt etiam interpretes ad Aristophan. Vesp. v. 376. *ὡς ἐγὼ τοῦτον — ποιήσω δοκεῖν τὴν καρδίαν καὶ τὸν περὶ ψυχῆς δρόμον δραμεῖν.*

P. 173. *ἔντονοι καὶ δριμεῖς γίγνονται*] H. e. acres et acuti, qui pari cupiditate atque acumine exquirant, quomodo possint effugere iudicum severitatem. Apte comparat Heindorfius De Rep. VII. p. 519. A. *ἦ οὔπω ἐννενόηκας τῶν λεγομένων πονηρῶν μέν, σοφῶν δέ, ὡς δριμὺ μὲν βλέπει τὸ ψυχάριον καὶ ὀξέως διορᾷ πάντα ἐφ' ἃ τέτραπται κ. τ. λ.* De vulgarium oratorum nequitia conf. etiam Reip III. p. 405. B. C. *ἢ δοκεῖ σοι, ἦν δ' ἐγώ, τούτου αἴσχιον εἶναι τοῦτο, ὅταν τις μὴ μόνον τὸ πολὺ τοῦ βίου ἐν δικαστηρίοις φεύγων τε καὶ διώκων κατατρίβηται, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ ἀπειροκαλίας ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ πεισθῇ καλλωπίζεσθαι, ὡς δεινὸς ὢν περὶ τὸ ἀδικεῖν καὶ ἱκανὸς πάσας μὲν στροφὰς στρέφεσθαι, πάσας δὲ διεξόδους διεξελθὼν ἀποστραφῆναι λυγιζόμενος, ὥστε μὴ παραοχεῖν δίκας, καὶ*

δύνους καὶ φόβους ἔτι ἀπαλαῖς ψυχαῖς ἐπιβάλλουσα, οὓς οὐ δυνάμενοι μετὰ τοῦ δικαίου καὶ ἀληθοῦς ὑποφέρειν, εὐθὺς ἐπὶ τὸ ψεῦδός τε καὶ τὸ ἀλλήλους ἀνταδικεῖν τρεπόμενοι πολλὰ κάμπτονται καὶ συγκλῶνται, ὥςθ' ὑγιὲς οὐδὲν ἔχοντες τῆς διανοίας εἰς ἄνδρας ἐκ μειρακίων τελευτῶσι, δεινοί τε B

ταῦτα σμικρῶν τε καὶ οὐδενός ἀξίων ἕνεκα, ἀγνοῶν ὅσῳ κάλλιον καὶ ἄμεινον τὸ παρασκευάζειν τὸν βίον αὐτῷ μηδὲν δεῖσθαι κυσταίζοντος δικαστοῦ; Apol. p. 34. C. 35. B. 38. E.

τὴν γὰρ αὔξην καὶ τὸ εὐθύ τε —] Haec ut recte intelliguntur, diligenter observari debet *τὴν αὔξην* referri ad praegressum *σμικροὶ τὰς ψυχάς*, *τὸ εὐθύ* autem et *τὸ ἐλεύθερον* pertinere ad *οὐκ ὀρθοί*. Ex quo facile intelligetur, quidnam sit *ἡ αὔξη*. Iam vero utrumque cur penitus in eorum animis evanuerit, verbis proximis declaratur: *ἀναγκάζουσα πράττειν σκολιά*, *μεγάλους κινδύνους καὶ φόβους κ. τ. λ.* in quibus tamen chiasmi figura locum habet, siquidem quod postremo loco positum erat *τὸ εὐθύ τε καὶ ἐλεύθερον*, ad id primum respicitur verbis *ἀναγκάζουσα πράττειν σκολιά*; illud autem, quod prius commemorabatur *τὴν γὰρ αὔξην*, postea demum illustratur his: *μεγάλους κινδύνους κ. τ. λ.* Nam illud *σκολιὰ πράττειν* referri ad *τὸ εὐθύ*, quis dubitet, quum *σκολιὸν* proprie sit obliquum, quod item de versuto, callido et fraudulento dicitur? v. ad Remp. II. p. 365. B. Atque haec quidem membrorum paritas et concinnitas haud scimus an Stephanum commoverit, ut legendum putaret *καὶ μεγάλους κινδύνους* vel *μεγάλους τε κινδύνους*. Ac primo certe quidem adspectu id sane requiri videtur, siquidem omnia eo, quo diximus modo aestimaveris. Nihilominus vero copula facile caremus. Nam alterum hoc, quod per copulam aliquam annectendum fuisse videatur, quoniam indicat modum, quo *ἡ ἐκ νέων δουλεία* cogat *πράττειν σκολιά*, recte sine illa verbis praecedentibus adiungitur, quae scita est Fischeri observatio. De participiis compluribus ita cumulatis v. ad Phaedrum p. 228. B. Recte *Ficinus:* cogens obliqua perversaque patrare facinora, *dum* discrimina magna formidinesque mollibus adhuc inculeret animis. Totum locum ad suam rem transtulit Themistius Orat. XXI. p. 249. = 303. ed. Dindorf. quem tamen, quod scripsit Heindorfius, omnia hinc ad verbum repetiisse, male intellexit Ruhnkenium ad Longin. sect. XLIV. §. 4. p. 483. ed. Weisk. ipse Themistium non inspexit.

πολλὰ κάμπτονται καὶ ξυγκλῶνται] valde deflectuntur (depravantur) et distorquentur. De Rep. VI. p. 495. E. *τὰς ψυχὰς συγκεκλασμένοι καὶ ἀποτεθρυμμένοι*, quem locum comparat Heindorf. — *ἄνδρες ἐκ μ. τελευτῶσι*, viri ex adolescentulis evadant. Male Loersius ad Menexen. p. 249. A. corrigebat *τελῶσι*.

καὶ σοφοὶ γεγονότες, ὡς οἴονται. Καὶ οὗτοι μὲν δὴ τοιοῦτοι, ὦ Θεόδωρε· τοὺς δὲ τοῦ ἡμετέρου χοροῦ πότερον βούλει διελθόντες ἢ ἐάσαντες πάλιν ἐπὶ τὸν λόγον τραπώμεθα, ἵνα μὴ καί, ὃ νῦν δὴ ἐλέγομεν, λίαν πολὺ τῇ ἐλευθερίᾳ καὶ μεταλήψει τῶν λόγων καταχρώμεθα;

ΘΕΟ. Μηδαμῶς, ὦ Σώκρατες, ἀλλὰ διελθόντες. C πάνυ γὰρ εὖ τοῦτο εἴρηκας, ὅτι οὐχ ἡμεῖς οἱ ἐν τῷ τοιῷδε χορεύοντες τῶν λόγων ὑπηρέται. ἀλλ' οἱ λόγοι οἱ ἡμέτεροι ὥσπερ οἰκέται, καὶ ἕκαστος αὐτῶν περιμένει ἀποτελεσθῆναι, ὅταν ἡμῖν δοκῇ· οὔτε γὰρ δικαστὴς οὔτε θεατής, ὥσπερ ποιηταῖς, ἐπιτιμήσων τε καὶ ἄρξων ἐπιστατεῖ παρ' ἡμῖν.

P. 173. B. *ἐπὶ τὸν λόγον τραπώμεθα*] Sic Coisl. probante Bekkero. Vett. editt. *τρεπώμεθα*.

D. *σπουδαὶ δὲ ἑταιρειῶν*] *ἑταιριῶν* Bodl. Vat. Ven. *II.* cum Clem. Al. Strom. V. p. 249. quam formam in Isocrate fere praebet Urbinas. Neque apud Demosthenem exempla desunt optimorum codicum de ea consensionis. v. Baiter. ad Isocr. Panegyr. §. 79.

B. *τοὺς δὲ τοῦ ἡμετέρου χοροῦ*] Similiter Euthydem. p. 276. B. *τὴν δὲ σοφίαν ποῦ χοροῦ τάξομεν*; ubi comparare debebam Aristid. Orat. Plat. II. p. 267. *Μιλτιάδην δὲ ποῦ χοροῦ τάξομεν ἢ τάξιν τίνα*; Himer. Orat. VII. p. 534. ed. Wernsd. *τὸν κυβερνήτην τῆς πόλεως δὲ ποῦ χοροῦ τάξομεν*; Metaphora servatur etiam in iis quae mox sequuntur: spectant enim huc *οἱ ἐν τῷ τοιῷδε χορεύοντες* et *οἱ κορυφαῖοι*, quorum verborum elegantiam nunc mecum admiraberis. — *ὃ νῦν δὴ ἐλέγομεν*, p. 172. D.

C. *ἀλλ' οἱ λόγοι οἱ ἡμέτεροι*] Ipsa sententia flagitare videtur, ut extruso altero articulo scribatur: *ἀλλ' οἱ λόγοι ἡμέτεροι ὥσπερ οἰκέται*, quod etiam Heindorfio placuit. Quae lectio quanquam in codicibus non est reperta, tamen per se certa est. Quid enim? putabisne vulgatam scripturam sic posse explicari: *ἀλλ' οἱ λόγοι οἱ ἡμέτεροι* (*εἰσιν*) *ὥσπερ οἰκέται ἡμέτεροι*? Ea vero ratio sola quum suppetat, consequens est, ut *οἱ* istud sit exterminandum. De *περιμένει ἀποτελεσθῆναι* v. Matthiae Gr. §. 534. p. 1240. ed. 3.

D. *σπουδαὶ δὲ — προεστατοῦσι αὐτοῖς*] Nominativi absoluti usum, ex anacolutho explicandum illum, Platoni non esse infrequentem, vel ea docebunt, quae ad Cratyl. p. 403. A. scripsimus. conf. Matthiae Gr. §. 311. De *ἑταιρείαις*, sodalitatibus, h. e. coniurationibus reipublicae causa factis, Heindorfius confert Legg. IX. p. 856. B. Reip. II. p. 365. D. et Isocrat. de Big. p. 348. A. ed. Steph. Addimus Isocrat. Panegyr. c. 22. med. Thucyd.

Cap. XXIV. ΣΩ. *Λέγωμεν δή, ὡς ἔοικεν, ἐπεὶ σοί γε δοκεῖ, περὶ τῶν κορυφαίων· τί γὰρ ἄν τις τούς γε φαύλως διατρίβοντας ἐν φιλοσοφίᾳ λέγοι; Οὗτοι δέ που ἐκ νέων πρῶτον μὲν εἰς ἀγορὰν οὐκ ἴσασι τὴν ὁδόν, οὐδὲ ὅπου δικαστήριον ἢ βουλευτή-* D *ριον ἤ τι κοινὸν ἄλλο τῆς πόλεως συνέδριον· νόμους δὲ καὶ ψηφίσματα λέγόμενα ἢ γεγραμμένα οὔτε ὁρῶσιν οὔτε ἀκούουσι. σπουδαὶ δὲ ἑταιρειῶν ἐπ' ἀρχὰς καὶ σύνοδοι καὶ δεῖπνα καὶ σὺν αὐλητρίσι κῶμοι, οὐδὲ ὄναρ πράττειν προσίσταται αὐτοῖς. εὖ δὲ ἢ κακῶς τις γέγονεν ἐν πόλει, ἢ τί τῳ κακόν ἐστιν ἐκ προγόνων γεγονὸς ἢ πρὸς ἀνδρῶν ἢ γυναικῶν, μᾶλλον αὐτὸν λέληθεν ἢ οἱ τῆς θαλάττης λεγόμενοι χόες.*

ἢ κακῶς τις γέγονεν] Pro *κακῶς* Valckenar. Diatrib. Eurip. p. 112. coniiciebat *ἑτέρως* ex Iambl. Protrept. c. 14. p. 84. Pro *τις*, quod iam Heindorf. ex Clem. Alex. Strom. V. p. 249. restituit, quodque auctoritate Ven. *ΑΣ*. Vind. Par. CEFH. Vat b. Zitt. Flor. a. b. c. i, egregie confirmatur, vett. editt. *τι* scriptum habent.

VIII. 54. ubi vocantur *συνωμοσίαι ἐπὶ δίκαις καὶ ἀρχαῖς οὖσαι*. Aristoph. Lysistr. v. 577. Conf. Hüllmann. disp. de Atheniensium *συνωμοσίαις ἐπὶ δίκαις καὶ ἀρχαῖς*. Regiomont 1814. Krüger. ad Dionys. Hal. Historiogr. p. 365 sqq. Hermann. Lehrbuch der Griech. Staatsalterthümer §. 70.

εὖ δὲ ἢ κακῶς τις γέγονεν] nobili an humili loco aliquis in civitate natus sit. Pro *τις*, quod Heindorfius ex Clem. Alex. Strom. V. p. 249. restituit, perperam *τι* scribebatur. Valckenar. Diatrib. in Eurip. Fragm. p. 112. ex Iambl. Protrept. c. 14. coniectabat *εὖ δὲ ἢ ἑτέρως τι γέγονεν ἐν πόλει*. Sed dubitari non potest, quin lectio ab Heindorfio restituta, atque haud paucorum codicum suffragiis nunc confirmata, unice probanda sit. Nam si quis alius, certe philosophus scit, quid recte, quid secus in republica fiat. At non curat ille generis nobilitatem vel ignobilitatem, quod vulgus facere solet. Praeterea etiam proxima verba faciunt, ut de stirpe et genere cogitandum sit. Nam memoratur *κακὸν ἐκ προγόνων*, h. e. infamia aliqua a maioribus suscepta, vel etiam sceleris alicuius contagio, quae posteris luenda esse credebatur. v. Phaedr. p. 244. D. ibique ann. Pro *ἤ τί τῳ κακόν* Heindorfius malebat *ἤ τί τῷ* (i. e. *τίνι*) *κακόν*, probante Buttmanno, me non improbante, quamquam vulgatam defendi posse video. Pro *αὐτὸν* expectabas *αὐτούς*. Nec tamen insolens hic transitus a plurali numero ad singularem, v. De Rep. V. p. 463. D. Protagor. p.

E καὶ ταῦτα πάντ' οὐδ' ὅτι οὐκ οἶδεν, οἶδεν· οὐδὲ γὰρ αὐτῶν ἀπέχεται τοῦ εὐδοκιμεῖν χάριν, ἀλλὰ τῷ ὄντι τὸ σῶμα μόνον ἐν τῇ πόλει κεῖται αὐτοῦ καὶ ἐπιδημεῖ, ἡ δὲ διάνοια, ταῦτα πάντα ἡγησαμένη σμικρὰ καὶ οὐδέν, ἀτιμάσασα πανταχῇ φέρεται κατὰ Πίνδαρον, τά τε γᾶς ὑπένερθε καὶ τὰ ἐπίπεδα γεωμετροῦσα, οὐρανοῦ τε ὕπερ ἀστρονομοῦσα, καὶ πᾶ-
174 σαν πάντῃ φύσιν ἐρευνωμένη τῶν ὄντων ἑκάστου ὅλου, εἰς τῶν ἐγγὺς οὐδὲν αὐτὴν συγκαθιεῖσα.

ΘΕΟ. Πῶς τοῦτο λέγεις, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Ὡς περ καὶ Θαλῆν ἀστρονομοῦντα, ὦ Θεόδωρε, καὶ ἄνω βλέποντα, πεσόντα εἰς φρέαρ, Θρᾷττά τις ἐμμελὴς καὶ χαρίεσσα θεραπαινὶς ἀποσκῶψαι λέγεται, ὡς τὰ μὲν ἐν οὐρανῷ προθυμοῖτο

E. πανταχῇ φέρεται] πέτεται marg. Bodl. Par. BC. Flor. a. b. c.

καὶ τὰ ἐπίπεδα] Sic Bodl. Vat. Coisl. Ven. *Π.* et ceteri prope omnes. Vett. editt. ἐπίπερθεν. Apud Clem. Al. I. c. haec sic scripta leguntur: αὐτὸς δὲ πέταται κατὰ Πίνδαρον τᾶς τε γᾶς ὑπένερθεν οὐρανοῦ τε ὕπερ ἀστρονομῶν καὶ πᾶσαν πάντῃ φύσιν ἐρευνάμενος.

319. D. ibique annot. coll. Matthiae Gr. §. 303. ann. 3. — ἢ οἱ τῆς Θαλάττης λεγόμενοι χόες, h. e. quam quot mare, sicut dicitur in proverbio, congios capiat. Proverbium ἐπὶ τοῦ πολυμαθοῦς καὶ ἐμπείρου, ut ait Schol. Videtur illud eundem fere usum habuisse quem alterum illud: arenas dinumerare posse. Themistius p. 97 = 116. ed. Dind. διὰ τοῦτο ἄρα ὁ Πύθιος τῆς μὲν ψάμμου τὸν ἀριθμὸν οὐκ ἐδίσταζεν ὁπόση εἴη οὐδὲ τῆς Θαλάττης τοὺς χόας. Aristides Orat. III. T. I. p. 30. ed. Dind. τὸ λέγειν τι περὶ τούτων καὶ ἐγχειρεῖν, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐξαριθμεῖσθαι βούλοιτο τοὺς χόας τῆς Θαλάττης. Similiter Lucianus Amorr. §. 2. Θᾶττον ἄν μοι, ὦ Λυκῖνε, Θαλάττης κύματα καὶ πυκνὰς ἀπ' οὐρανοῦ νιφάδας ἀριθμήσειας ἢ τοὺς ἐμοὺς ἔρωτας. Ceterum laudat hunc locum Porphyr. De Abstinent. Lib. I. p. 60.

E. πανταχῇ φέρεται κατὰ Πίνδαρον,] Pindari fragmentum novissime tractavit Boeckh. Tom. II. P. II. p. 668 sq. Memorant sententiam Clem. Al. V. p. 707. Pott. Euseb. Praepar. Ev. XII. p. 672. Theodoret. Cur. Gr. XII. p. 1019. Jamblichus Protrept. p. 85. Porphyr. De Abstin. I. 56. Galen. Cohort. ad artes c. 1. Antonin. Philos. II. 13. ubi v. Gataker., sed omnes illi adeo inter sese discrepantes, ut quae ipsius Pindari verba fuerint coniectare difficillimum sit. Hoc unum igitur nos annotamus, quod Boeckh. non

εἰδέναι, τὰ δ' ἔμπροσθεν αὐτοῦ καὶ παρὰ πόδας λανθάνοι αὐτόν. ταὐτὸν δὲ ἀρκεῖ σκῶμμα ἐπὶ πάντας, ὅσοι ἐν φιλοσοφίᾳ διάγουσι. τῷ γὰρ ὄντι τὸν B τοιοῦτον ὁ μὲν πλησίον καὶ ὁ γείτων λέληθεν, οὐ μόνον ὅ τι πράττει, ἀλλ' ὀλίγου καὶ εἰ ἄνθρωπός ἐστιν ἤ τι ἄλλο θρέμμα· τί δέ ποτ' ἐστὶν ἄνθρωπος καὶ τί τῇ τοιαύτῃ φύσει προσήκει διάφορον τῶν ἄλλων ποιεῖν ἢ πάσχειν, ζητεῖ τε καὶ πράγματ' ἔχει διερευνώμενος. μανθάνεις γάρ που, ὦ Θεόδωρε. ἢ οὔ;

ΘΕΟ. Ἔγωγε· καὶ ἀληθῆ λέγεις.

ΣΩ. Τοιγάρτοι, ὦ φίλε, ἰδίᾳ τε συγγιγνόμενος ὁ τοιοῦτος ἑκάστῳ καὶ δημοσίᾳ, ὅπερ ἀρχόμενος ἔλεγον, ὅταν ἐν δικαστηρίῳ ἢ που ἄλλοθι ἀναγκα- C

P. 174. *εἰς τῶν ἐγγὺς οὐδὲν αὐτὴν συγκ.*] *εἰς τῶν* pro vulg. *εἴς τι τῶν* cum ed. Bas. 2. Bodl. Coisl. Vat. Ven. *A Π.* alii plurimi. Valcken. Diatr. p. 27. corrigebat: *ἐρευνωμένη τῶν ὄντων, ὅλως εἴς τι τῶν ἐγγὺς οὐδὲν αὐτὴν συγκ.*

Θρᾷττά τις] Bodl. *Θρᾶιττά.* Vulgo *Θρᾷττά τις*, sine iota subscripto. Sic etiam inferius paullo.

commemoravit, apud Theodoretum scriptum legi *οὐρανούς τε ὑπεραστρονομοῦσα.* — *ἑκάστου ὅλου*, cuiusque rei in universum et genere suo.

P. 174. *Ὥσπερ καὶ Θαλῆν* —] Fabulam narrat etiam Diog. Laërt. I. 34. Ceterum Thressam illam fuisse servam vix admonitione aliqua indigebit. Constat enim Thraciam mancipiorum fuisse fertilissimam. Mox de formula *τὰ παρὰ πόδας* v. Hermann. ad Lucian. De Hist. Conscrib. p. 92.

ταὐτὸν δὲ ἀρκεῖ σκώμμα —] *Ἀρκεῖ* quum significet sufficit, satis est, neque usquam sic usurpetur, ut valet denotet, vereor equidem ne librariorum temeritate depravatum sit. Fortasse mutandum est in *ὑπάρχει*, suppetit. Ad vulgatam lectionem tuendam Schleiermacherus conferri iussit locum Euthyphr. p. 11. C. — *ἴσως ἂν με ἔσκωπτες, νῦν δὲ* — *ἄλλου δή τινος δεῖ σκώμματος.* Ad *διάγουσι* int. *τὸν βίον.*

B. *ὁ μὲν πλησίον καὶ ὁ γείτων λέληθεν*] Similiter in proverbio dicebatur *οὐδ' ὁ γείτων αἰσθάνεται.* v. ad Alcibiad. I. p. 121. D. — *εἰ ἄνθρωπός ἐστι ἢ ἄλλο τι θρέμμα*, ad quodnam animalium genus referendus sit: nam talis philosophus tantummodo id curat, ut, quid homo sit in universum, cognitum perspectumque habeat, singulos homines non moratur. Aliter Platonis verba accepit Sextus Empir. Pyrrhon. Hypotyp. II. 5. *ἀκούομεν γοῦν τοῦ παρὰ Πλά-*

σθῃ περὶ τῶν παρὰ πόδας καὶ τῶν ἐν ὀφθαλμοῖς διαλέγεσθαι, γέλωτα παρέχει οὐ μόνον Θρᾴτταις, ἀλλὰ καὶ τῷ ἄλλῳ ὄχλῳ, εἰς φρεατά τε καὶ πᾶσαν ἀπορίαν ἐμπίπτων ὑπὸ ἀπειρίας, καὶ ἡ ἀσχημοσύνη δεινή, δόξαν ἀβελτερίας παρεχομένη. ἔν τε γὰρ ταῖς λοιδορίαις ἴδιον ἔχει οὐδὲν οὐδένα λοιδορεῖν, ἄτ' οὐκ εἰδὼς κακὸν οὐδὲν οὐδενὸς ἐκ τοῦ μὴ μεμε-
D λετηκέναι· ἀπορῶν οὖν γελοῖος φαίνεται· ἔν τε τοῖς ἐπαίνοις καὶ ταῖς τῶν ἄλλων μεγαλαυχίαις, οὐ προσποιήτως, ἀλλὰ τῷ ὄντι γελῶν ἔνδηλος γιγνόμενος

C. *δόξαν ἀβελτερίας*] Sic Bodl. Vat. Vett. editt. *ἀβελτηρίας*.

ἔν τε γὰρ ταῖς λοιδορίαις] Pro *τε* vulgo scribebatur

των Σωκράτους, διαῤῥήδην ὁμολογοῦντος μὴ εἰδέναι πότερον ἄνθρωπός ἐστιν ἢ ἕτερόν τι.

C. *εἰς φρεάτά τε καὶ πᾶσαν ἀπορίαν ἐμπ.*] Heindorfius conferri iubet p. 165. B. *τὸ λεγόμενον, ἐν φρέατι συσχόμενος*, Mihi istud *εἰς φρεάτά τε* interpositum videtur ob praegressam modo de Thalete narrationem. — *δόξαν ἀβελτερίας π.* quippe quae opinionem stupiditatis efficiat.

D. *οὐ προσποιήτως ἀλλὰ τῷ ὄντι γελῶν* —] Philosophi enim vero risu tales laudes et iactationes excipiunt, non simulato risu, assentationis teste, prosequuntur. Itaque quum talia audientes ex animo rideant, ita accidere solere ait, ut ipsi pro nugatoribus habeantur.

τύραννόν τε γὰρ ἢ βασιλέα ἐγκωμ.] Structura verborum haec est: *ἡγεῖται γὰρ τύραννον ἢ βασιλέα ἐγκωμιαζόμενον ἀκούειν* (*ὡς*) *ἕνα τῶν νομέων κ. τ. λ.* videtur enim sibi tyrannum vel regem laudibus celebratum audire tanquam unum de pastoribus felicem praedicatum, utpote gnaviter mulgentem; quod dictum est sane paullo insolentius, nec tamen adeo inusitate, ut cum Heindorfio suspicari necesse sit excidisse post *ἐγκωμιαζόμενον* participium *ἀκούων*. Nisi forte *τύραννον — ἐγκωμιαζομενον* pro accusativo absoluto habere malueris. Particula *τε* spectat ad ea, quae mox subiiciuntur: *γῆς δὲ ὅταν μύρια πλέθρα κ. τ. λ.* ubi tamen pro *καί* infertur *δέ*, v. ad Euthyphr. p. 3. E. Verba, *οἷον συβώτην ἢ ποιμένα*, Heindorfio et Astio de glossemate suspecta fuerunt. Sed defendit ea Buttmannus verisime. Qui quidem Socrates, inquit, tyrannum pastori comparat quamplurimos sibi fructus ex gregibus suis quaerenti: quam comparationem quo contemtius proferat, non acquiescens in generali illa pastoris mentio singula addit genera, *συβώτην, ποιμένα, βουκόλον*. Iam *βάλλοντα* hoc etsi proprie pertinet ad proximum *βουκόλον*, tamen quae in eo latet fructuum ex gregibus percipiendorum notio,

ληρώδης δοκεῖ εἶναι. τύραννόν τε γὰρ ἢ βασιλέα ἐγκωμιαζόμενον ἕνα τῶν νομέων, οἷον συβώτην, ἢ ποιμένα, ἤ τινα βουκόλον ἡγεῖται ἀκούειν εὐδαιμονιζόμενον πολὺ βδάλλοντα· δυσκολώτερον δὲ ἐκείνων ζῶον καὶ ἐπιβουλότερον ποιμαίνειν τε καὶ βδάλλειν νομίζει αὐτούς· ἄγροικον δὲ καὶ ἀπαίδευτον ὑπὸ ἀσχολίας οὐδὲν ἧττον τῶν νομέων τὸν τοιοῦτον ἀναγκαῖον γίγνεσθαι, σηκὸν ἐν ὄρει τὸ τεῖχος περιβεβλημένον. γῆς δὲ ὅταν μυρία πλέθρα ἢ ἔτι πλείω ἀκούσῃ ὡς τις ἄρα κεκτημένος θαυμαστὰ πλήθει E

γε, invitis codicibus. Dein Bodl. *οὐδέν* collocat post *λοιδορεῖν*. Idem liber verba *λοιδορεῖν — οὐδενὸς* in marg. adscripta habet.

μὴ μεμελετηκέναι] V. *μὴ ἐμμεμελετηκέναι* quod cum Bas. 2. ed. codd. mss. aspernantur.

itidem ad priora illa *συβώτην* et *ποιμένα* spectat. Vernaculus sermo loci vim optime ita expresserit: Preist man einen Tyrannen, so dünkt es ihm, als ob er irgend einen Hirten, etwa einen Schweinhirten oder Schaefer, oder tapfer melkenden Kuhhirten loben hörte. Ceterum eandem fore nominum coniunctionem habes De Rep. II. p. 370. D. *ἀλλ' οὐκ ἂν πάνυ γε μέγα εἴη, εἰ αὐτοῖς βουκόλους τε καὶ ποιμένας τοὺς τε ἄλλους νομέας προσθεῖμεν.* Pro *βδάλλοντα* et mox pro *βδάλλειν* quod libri quidam cum ed. Bas. 2. scriptum exhibent *ἀμέλγοντα* et *ἀμέλγειν*, fluxit hoc manifesto ex glossemate. Schol. ad h. l. *βδάλλοντα· ἀμέλγοντα.* Hesychius *βδάλλει· ἀμέλγει.* Pollux I. 250. *τὸ δ' ἐκεῖν ἀπ' αὐτῶν γάλα, βδάλλειν καὶ ἀμέλγειν.* Suidas, *βδέλλεται· ἀμέλγει, Πλάτων εἰς τὸν Θεαίτητον βδάλλεται λέγει.* Phavorinus, *βδέλλω, Ἀττικῶς δὲ βδάλλω.* v. Pierson. ad Moer. p. 93.

δυσκολώτερον δὲ ἐκείνων — αὐτούς] verumtamen morosius et tractatu difficilius atque insidiosius animal (hominem int.) eos pascere et mulgere arbitratur, quam illos, qui oves ac boves pascant et mulgeant. Nam *ἐκείνων* est *ἢ ἐκείνους*. Ad sententiam compares illa Xenophontis Cyrop. I. 1. 2. quae hic adscribere non vacat.

E. *ἀναγκαῖον γίγνεσθαι*] Int. *νομίζει*. Proxima sic iungenda sunt: *περιβεβλημένον τὸ τεῖχος* (quum muro arcis suae circumdatus sit) *σηκὸν ἐν ὄρει*, tanquam stabulo in monte. Quod *ὡς* non additum legitur ante *σηκόν*, eius rei causam si desideres, facile perspicies rem ex iis, quae ad Sympos. p. 221. E. disseruimus. conf. Hermann. ad Viger. p. 885. De voc. *σηκός* non attinet post Ruhnkenium ad Tim. p. 230 sq. dicere. De accusativo denique cum *περιβεβλημένος* iuncto conf. Sympos. p. 216. D. *τοῦτο γὰρ (τὸ σχῆμα) οὕτος ἔξωθεν περιβέβληται.* Ceterum regum et pastorum comparatio

E κέκτηται, πάνσμικρα δοκεῖ ἀκούειν εἰς ἅπασαν εἰω-
θὼς τὴν γῆν βλέπειν. τὰ δὲ δὴ γένη ὑμνούντων, ὡς
γενναῖός τις ἐπτὰ πάππους πλουσίους ἔχων ἀποφῆ-
ναι, παντάπασιν ἀμβλὺ καὶ ἐπὶ σμικρὸν ὁρώντων
175 ἡγεῖται τὸν ἔπαινον, ὑπὸ ἀπαιδευσίας οὐ δυναμένων
εἰς τὸ πᾶν ἀεὶ βλέπειν οὐδὲ λογίζεσθαι, ὅτι πάπ-
πων καὶ προγόνων μυριάδες ἑκάστῳ γεγόνασιν ἀνα-
ρίθμητοι, ἐν αἷς πλούσιοι καὶ πτωχοὶ καὶ βασιλεῖς

E. *πάνσμικρα δοκεῖ*] Sic Bodl. Vat. Coisl. Ven. *II.* Vett. edilt. *πάνυ σμικρὰ δ.*

ἀμβλὺ καὶ ἐπὶ σμ.] V. *ἀμβλύν.* Recte Bodl. Vat. Ven. *ΑΠΣ.* Vind. alii plurimi.

non infrequens, sicuti docebitur ad Politicum.

E. *τὰ δὲ δὴ γένη ὑμνούντων —*] Stephanus legi malebat: *τῶν δὲ δὴ γένη ὑμνούντων.* Non opus. Nam ad *ὑμνούντων* ex praecedentibus facile assumseris pronomen indefinitum *τινῶν*, ut genitivus solutus locum habeat. Iam vero, inquit, quum stirpem et progeniem celebrant, nobilem aliquem esse iudicantes, ut qui septem avos divites declarare possit, hancce laudem eorum esse arbitratur, qui omnino hebetes parva tantum respiciant etc. Itaque noli credere Heindorfio *ὑμνούντων* pendere ex *τὸν ἔπαινον* affirmanti, ex quo vocabulo suspensus est tantummodo genitivus *ὁρώντων*, et qui illi per epexegesin accedit, *οὗ δυναμένων.*

P. 175. *μυριάδες ἐκ γ. ἀναρίθμητοι*] Legg. VII. p. 804. E. *οἶδα ὅτι μυριάδες ἀναρίθμητοι γυναικῶν εἰσὶ τῶν περὶ τὸν Πόντον, ἃς Σαυρομάτιδας καλοῦσιν.* Aristoph. Vesp. v. 1044. *ἀλλ' ἴτε χαίροντες ὅποι βούλεσθ'. ὑμεῖς δὲ τέως, ὦ μυριάδες ἀναρίθμητοι, νῦν μὲν τὰ μέλλοντ' εὖ λέγεσθαι, μὴ πέσῃ φαύλως χαμᾶζε, εὐλαβεῖσθε.* Antipater in Iacobsii Anthol. Pal. T. I. p. 524. *αἱ δ' ἀναρίθμητοι νεαρῶν σωρηδὸν ἀοιδῶν μυριάδες λήθῃ, ξεῖνε, μαραινόμεθα.* Athen. T. II. p. 473. *ἀναριθμήτους μυριάδας* — ubi Schweighaeuserus suspicabatur, haec esse lyrici alicuius poetae verba. Ad sententiam conf. Menandrum Fragm. ap. Stob. Serm. 84. p. 490. Gesn. (p. 190 ed. Meinek.) *οἷς ἂν τῇ φύσει ἀγαθὸν ὑπάρχῃ μηδὲν οἰκεῖον προσόν, ἐκεῖσε καταφεύγουσιν, εἰς τὰ μνήματα καὶ τὸ γένος, ἀριθμοῦσίν τε τοὺς πάππους ὅσοι, οὐδὲν δ' ἔχουσι πλέον, οὐδ' ἐρεῖς ὅτῳ οὐκ εἰσὶ πάπποι· πῶς γὰρ ἐγένοντ' ἂν ποτε; εἰ μὴ λέγειν δ' ἔχόυσι τούτους, διά τινα τόπου μεταβολὴν ἢ φίλων ἐρημίαν, τί τῶν λεγόντων εἰσὶ δυσγενέστεροι; ὃς ἂν εὖ γεγονὼς ᾖ τῇ φύσει πρὸς τἀγαθά, κἂν Λίβυος ᾖ, μῆτερ, ἐστὶν εὐγενής. Σκύθης τις ἄλεθρος; ὁ δ' Ἀνάχαρσις οὐ Σκύθης;*

ἀλλ' ἐπὶ πέντε — σμικρολογίας] Hic quoque genitivus *σεμνυνομένων καὶ ἀναφερόντων* absolutus est, neque pendet ex *σμικρολογίας*, quod videbatur

καὶ δοῦλοι βάρβαροί τε καὶ Ἕλληνες πολλάκις μυρίοι γεγόνασιν ὀτῳοῦν, ἀλλ' ἐπὶ πέντε καὶ εἴκοσι καταλόγῳ προγόνων σεμνυνομένων καὶ ἀναφερόντων εἰς Ἡρακλέα τὸν Ἀμφιτρύωνος ἄτοπα αὐτῷ καταφαίνεται τῆς σμικρολογίας, ὅτι δὲ ὁ ἀπ' Ἀμφιτρύωνος εἰς τὸ ἄνω πεντεκαιεικοστὸς τοιοῦτος ἦν, οἷα B *συνέβαινεν αὐτῷ τύχη, καὶ ὁ πεντηκοστὸς ἀπ' αὐτοῦ, γελᾷ οὐ δυναμένων λογίζεσθαί τε καὶ χαυνότη-*

P. 175. B, *οἷα συνεβ. α. τύχη*] Vat. οἷα, teste quidem Bastio. Bodl. *τύχῃ*, quod utrumque aliquis recipiendum existimet. Sed nihil mutandum esse loci interpretatio docebit. Dein Coisl. Ven. *ΑΞΣ*. Vind. Par. EBH. Flor. a. b. c. i. *δυνάμενῳ*. Heindorf. coni. *δυνάμενον*.

Heindorfio. Ad *ἀναφερόντων* intelligi potest *τὸ γένος*, quod Stephano excidisse videbatur. Sed quanquam nullum aliud suppetit huius ellipsis exemplum, tamen quum *ἀναφέρειν* alibi quoque sine accusativo obiecti positum reperiatur (v. ad Phaedr. p. 237. C. Lysid. p. 219. C.) atque fere sit referri, spectare: nihil esse putamus, cur quis aliquid ad sententiae integritatem desideret. De verbis *ἄτοπα τῆς σμικρολογίας* multum ambigit Astius ad Remp. p. 327. qui genitivum rationem indicare existimat neque pendere ex *ἄτοπά*. Quod nostra sententia omnino falsum est. Connectendum est enim utique *ἄτοπα τῆς σμικρολογίας*, h. e. *ἀτοπόν τι τῆς σμικρολογίας*, etwas ganz Ungereimtes von Kleinlichkeit. Apte Heindorfius comparavit Apolog. Socrat. p. 41. C. *ἀμήχανον ἂν εἴη εὐδαιμονίας*. ubi v. annn.

ὅτι δὲ ὁ ἀπ' Ἀμφιτρύωνος—] Ὁ *ἀπ' Ἀμφιτρύωνος εἰς τὸ ἄνω πεντεκαιεικοστὸς* intelligitur quintus et vicesimus maiorum ipsius Amphitryonis, unde is videlicet repetere poterat stirpis suae nobilitatem. Sic etiam ὁ *πεντηκοστὸς ἀπ' αὐτοῦ*, quinquagesimus avorum ipsius intelligitur. Quod tenentes non magnopere haerebimus in loci interpretatione. Dicit enim Socrates hoc: Illud vero deridet, quod non possint computare et insipidae mentis stolidam avertere iactantiam, quintum et vigesimum itemque quinquagesimum de maioribus Amphitryonis fuisse fortunae filium, hoc est, extitisse talem, qualem eum fortuna reddidisset. Heindorfius *ἀπ' αὐτοῦ* retulit ad ipsum stemmatis sui ostentatorem. Quod fieri nullo modo potest. Nam ut taceam numerum singularem *αὐτοῦ*, etiam verborum sedes et collocatio huic interpretationi magnopere adversatur. Oportebat enim tunc ita scriptum esse: *ὅτι δὲ ὁ ἀπ' Ἀμφιτρύωνος εἰς τὸ ἄνω πεντεκαιεικοστὸς καὶ πεντηκοστὸς ἀπ' αὐτοῦ τοιοῦτος ἦν κ. τ. λ.* Quo intellecto Schleiermacherus aliam loci vel explicandi vel emendandi rationem ineundam esse sibi persuasit. Censuit enim ista: *καὶ ὁ*

τα ἀνοήτου ψυχῆς ἀπαλλάττειν. ἐν ἅπασι δὴ τούτοις ὁ τοιοῦτος ὑπὸ τῶν πολλῶν καταγελᾶται, τὰ μὲν ὑπερηφάνως ἔχων, ὡς δοκεῖ, τὰ δ' ἐν ποσὶν ἀγνοῶν τε καὶ ἐν ἑκάστοις ἀπορῶν.

ΘΕΟ. Παντάπασι τὰ γιγνόμενα λέγεις, ὦ Σώκρατες.

Cap. XXV. *ΣΩ. Ὅταν δέ γέ τινα αὐτός, ὦ*
C *φίλε, ἑλκύσῃ ἄνω, καὶ ἐθελήσῃ τις αὐτῷ ἐκβῆναι ἐκ*

τινα αὐτός, ὦ φίλε] αὐτὸν sola ed. Steph. errore, ut videtur.

C. *αὐτῷ ἐκβῆναι*] V. *αὐτῶν*, invitis codd.

ἐκ τοῦ Βασιλεὺς εὐδ.] Sic Ven. Σ. Vind. Zitt. Vulgo ante *βασιλεὺς* insertum *εἰ*.

κεκτημένος τ' αὖ πολὺ χρυσίον] *πολὺ* om. Bodl. Vat. et pr. Ven. *Π.* Dein *εἰς* ante *βασιλέως* vulgo interponitur, pro quo Coisl. Ven. *ΞΣΑ.* Vind. Par. BCFH. Florr. Zitt. *ἢ* prae-

πεντηκοστὸς ἀπ' αὐτοῦ, ex glossemate aliquo originem accepisse. Quod tamen non est cur ita statuamus, si eam, quam nos proposuimus, verborum explicationem tueamur. Etenim fingitur atque ponitur adeo vetustam esse domus illius nobilitatem, ut vel quinquagesimus avus afferri possit. Itaque post *ὁ ἀπ' Ἀμφιτρύωνος εἰς τὸ ἄνω πεντεκαιεικοστός* deinde per gradationem additur *καὶ ὁ πεντηκοστός*, ad quod iterum intelligendum est *τοιοῦτος ἦν, οἷα ξυνέβαινεν αὐτῷ τύχη*. Tum pro *δυναμένων* Heindorfius dedit *δυνάμενον*, ut ne *γελᾷ* accusativo suo destitutum esset. Quasi vero *γελᾶν* non sexcenties absolute et sine casu nominis usurpetur. Accedit quod numerus singularis secundum nostram interpretationem ne locum quidem habere potest.

B. *τὰ γιγνόμενα λέγεις*] ea quae fieri solent, ut supra p. 161. A. *τὸ δὲ γιγνόμενον οὐκ ἐννοεῖς*.

Ὅταν δέ γέ τινα αὐτός, ὦ φ.] *Ἑλκύσαι ἄνω τινά* dicitur philosophus, qui mentem alicuius a vitae quotidianae consideratione avocatam sursum evehit ad rerum sublimiorum contemplationem. Hoc autem dicitur facere *αὐτός*. Nimirum quia in rerum divinarum habitat quasi contemplatione, ipse sua sponte alios ad eandem excitat, non coactus in ea versatur. Exquo manifestum esse debet, integeriimam esse librorum scripturam, quam tamen viri docti rursus miro studio sollicitaverunt. Nam Stephanus scripsit *αὐτόν*, multaque alia praeterea novanda iudicavit, de quibus narrare non attinet. Heindorfius autem atque Heusdius maluerunt, *αὐτῶν* reponi, ne *τινὰ* nimis indefinite diceretur. Sed nimirum indefinitum hoc *τινὰ* (sc. eorum qui ipsi illuserunt) ne cui incommodum videretur, Plato ipse satis cavit verbis illis: *τὸν σμικρὸν ἐκεῖνον τὴν ψυχὴν καὶ δριμὺν καὶ δικανικόν*, quibus clarissime profecto significatur, qualis homo intelligendus sit.

καὶ ἐθελήσῃ τις αὐτῷ ἐκ-

τοῦ Τί ἐγὼ σὲ ἀδικῶ ἢ σὺ ἐμέ; εἰς σκέψιν αὐτῆς δικαιοσύνης τε καὶ ἀδικίας, τί τε ἑκάτερον αὐτοῖν καὶ τί τῶν πάντων ἢ ἀλλήλων διαφέρετον, ἢ ἐκ τοῦ Βασιλεὺς εὐδαίμων κεκτημένος τ' αὖ πολὺ χρυσίον, βασιλείας πέρι καὶ ἀνθρωπίνης ὅλως εὐδαιμονίας καὶ ἀθλιότητος ἐπὶ σκέψιν, ποίω τέ τινε ἐστὸν καὶ τίνα τρόπον ἀνθρώπου φύσει προσήκει τὸ μὲν κτήσασθαι αὐτοῖν, τὸ δὲ ἀποφυγεῖν, — περὶ τούτων ἁπάντων

bent. Sed Vat. Ven. et pr. Ven. *Π.* vocem omittunt. Idque recte probavit Bekkerus, qui deinde pro vulg. *ἐπίσκεψιν* de coniectura dedit *ἐπὶ σκέψιν.*

καὶ τίνα τρόπον] Steph. *τύπον*, errore. Dein Bodl. Coisl. Vat Ven. *ΞΠΣ.* Vind. Par. FH. Flor. a. c. i. et corr. Ven. *Λ.* Par. B. *κτήσεσθαι.* Sed verum esse aoristum, docet proximum *ἀποφυγεῖν.* Pro *τούτων ἁπάντων*, quod habent Bodl. Vat. Ven. *Π.*, ceteri libri cum vett. editt. *πάντων τούτων.*

βῆναι —] Sensus verborum hic est: si quis relictis istis vulgaribus et in ipsa vita obvenientibus de iure et iniuria controversiis eo ipsum ultro sequatur, ut de iustitiae et iniustitiae natura (h. e. de iustitiae et iniustitiae idea) quaerere instituat. Pro controversiis autem vulgaribus in universum dictis memoravit potius exempli loco *τὸ τί ἐγὼ σε ἢ σὺ ἐμέ*, ideoque sic loquitur: si quis egredi ex hoc quaestionum genere velit, quo quaeritur, quid ego tibi iniuriae intulerim aut tu mihi. Pro *αὐτῆς δικαιοσύνης* ne quis cum Heindorfio requirat *αὐτῆς τῆς δικαιοσύνης*, non pauca huiusmodi exempla adscripsimus ad Phaedr. p. 247. E. quibus inspectis articuli desiderium satis, opinor, expletum erit.

ἢ ἐκ τοῦ Βασιλεὺς εὐδαίμων —] H. e. si quis missis illis de singulorum hominum felicitate iudiciis (qualia *οἱ σμικροὶ τὴν ψυχὴν* edere solent) ad ipsius felicitatis et infelicitatis considerationem cum eo accedit. Ante *Βασιλεὺς εὐδαίμων* quod vulgo insectum legebatur *εἰ*, id nunc cum Bekkero delendum iudicavimus. Neque enim vulgo quaeri solet ab eiusmodi homuncionibus, quales antea philosopho illudere narratum est, an rex beatus sit et magnae dominus arcae: sed hoc pro certo et explorato habent, hoc ipsi unice expetunt, hoc omni sapientiae longissime anteponunt. Itaque apparet haec non *ἐρωτηματικῶς* sed potius *θετικῶς* enuntianda esse. Nam quod Buttmannus *εἰ* sic tuetur, ut sermonem obliquum, non rectum esse dicat, id certe difficultatem non tollit. Manet enim forma interrogationis, quae in ipsam sententiam minime convenit. Pro *κεκτημένος τ' αὖ πολὺ χρυσίον* Heusdius speciose coniecit *κεκτημένος πάνυ πολὺ χρυσίον*, quod etiam Buttmanno placuit. Idem vir doctus deinde malebat *ἀνθρώπῳ*

ὅταν αὖ δέῃ λόγον διδόναι τὸν σμικρὸν ἐκεῖνον τὴν ψυχὴν καὶ δριμὺν καὶ δικανικόν, πάλιν αὖ τὰ ἀντίστροφα ἀποδίδωσιν· ὀλιγιῶν τε ἀφ' ὑψηλοῦ κρεμασθεὶς καὶ βλέπων μετέωρος ἄνωθεν ὑπὸ ἀηθείας ἀδημονῶν τε καὶ ἀπορῶν καὶ βαρβαρίζων γέλωτα Θρᾴτταις μὲν οὐ παρέχει οὐδ' ἄλλῳ ἀπαιδεύτῳ οὐ-
D *δενί, οὐ γὰρ αἰσθάνονται, τοῖς δ' ἐναντίως ἢ ὡς*

D. *ὀλιγιῶν τε ἀφ' ὑψηλοῦ κρ.*] Quod vulgo post *τε* interpositum legitur *γάρ*, id unus Veu. Σ. tueri videtur, ceteri non agnoscunt.

τραφεῖσιν ἅπασιν] Sic Rodl. Vat. Ven. Π. Vulgo *πᾶσιν*.

E. *ᾧ ἀνεμέσητον*] ὃ Ven. Σ. Vind. Par. BC.

vel *ἄνθρωπον*, hominem natura decet, siquidem insolens esset *ἀνθρώπου φύσει προσήκει τὸ μὲν κ. τ. λ.* Sed conf. p. 174. B. *τί δέ ποτ' ἐστὶν ἀνθρώπος καὶ τί τῇ τοιαύτῃ φύσει προσήκει διάφορον τῶν ἄλλων ποιεῖν ἢ πάσχειν, ζητεῖ τε κ. τ. λ.*

πάλιν αὖ τὰ ἀντίστροφα ἀποδίδωσιν] Sc. *φύσις*, non philosophus. Exhibet spectaculum, inquit, quod illi velut ex altera parte respondeat, quandoquidem sicuti philosophus in tractandis vitae negotiis stolidus ineptusque videbatur, ita hic in exquirenda iudicandaque rerum veritate sese prorsus insecitum praebet. Germanice dixeris: er giebt ein Gegenstück. De usu voc. *ἀντίστροφον* v. Wyttenbach. ad Plut. De audiend. poët. 3. Vol. I. P. I. p. 197 sqq. = 140. ed. Lips. Schneider. ad Aristot. Politic. IV. 5. p. 245.

ὀλιγιῶν τε ἀπὸ ὑψηλοῦ —] Quod vulgo post *τε* insertum legebatur *γάρ*, id haud dubie ab iis profectum est, qui ignoravissent, talia epexegesis causa sine coniunctionibus addi solere, vel etiam eorum cum antecedentibus nexum et coniunctionem accuratius indicare voluissent. v. supra ad p. 172. D. Mox Piersonus ad Moer. p. 197. *βατταρίζων* legendum coniecit. Certe quidem *βαρβαρίζων* simile quiddam denotat, siquidem esse potest barbari instar balbutire; quod per se quidem apte dicitur de homine ad philosophiae disciplinam non erudito, sed Thressis ipsis hactenus simili, quod abhorret ab humaniore cultu, qualis videlicet in philosophos convenit. Verum enim vero non diffitemur nos in eam inclinare partem, ut cum Piersono *βαττα-ρίζων* legendum putemus. Nam illud *ὑπὸ ἀηθείας* dubitari non potest quin ad *ἀδημονῶν τε καὶ ἀπορῶν καὶ βαρβαρίζων* pertineat, quanquam Heindorfius idem ad *ὀλιγιῶν* referri oportere arbitratus est. Nobiscum facit Hemsterhus. ad Lucian. Dial. Mort. IX. Iam vero novimus quidem, qui *ὑπὸ ἀηθείας βατταρίζειν* soleant; qui prae eadem insolentia *βαρβαρίζειν* dicendi sint, novimus neminem. Nisi forte dixeris, eos, qui in Turcarum captivitatem redacti sint, propter rei insolentiam protenus Turcice loqui solere. Quum igitur *ὑπὸ ἀηθείας* etiam ad hoc

ἀνδραπόδοις τραφεῖσιν ἅπασιν. Οὗτος δὴ ἑκατέρου τρόπος, ὦ Θεόδωρε, ὁ μὲν τῷ ὄντι ἐν ἐλευθερίᾳ τε καὶ σχολῇ τεθραμμένου, ὃν δὴ φιλόσοφον καλεῖς, ὦ ἀνεμέσητον εὐήθει δοκεῖν καὶ οὐδενὶ εἶναι, ὅταν εἰς δουλικὰ ἐμπέσῃ διακονήματα, οἷον στρωματόδεσμον μὴ ἐπιστάμενος συσκευάσασθαι μηδὲ ὄψον ἡδῦναι ἢ ὑῶπας λόγους· ὁ δ' αὖ τὰ μὲν τοιαῦτα πάντα δυ- E

μὴ ἐπιστάμενος] ἐπισταμένου tres optimi.

πάντα δυναμένου —] Laudatur hic locus usque ad εὐδαιμόνων βίον ab Athenaeo I. 18. unde cum corrupte descripsit Suidas, qui pro ἀναβάλλεσθαι legit ἀναλαβέσθαι in v. ἐπιδεξιελευθέρως.

verbum referendum sit, consequens est, ut βαρβαρίζων turpi vitio sit contaminatum. Accedit quod βατταρίζειν alibi cum similibus verbis copulatur. Lucian. Iup. Tragoed. §. 27. ἐν πλήθει δὲ εἰπεῖν ἀτολμότατός ἐστιν, καὶ τὴν φωνὴν ἰδιώτης καὶ μιξοβάρβαρος, ὥστε γέλωτα ὀφλισκάνειν διὰ τοῦτο ἐν ταῖς συνουσίαις, οὐ συνείρων, ἀλλὰ βατταρίζων καὶ ταραττόμενος. Themist. Orat. XXII. p. 278. in. ὄψει γὰρ (διαβολὴν) ἰλιγγιῶσαν εὐθέως καὶ λυγιζομένην καὶ βατταρίζουσαν καὶ οὐκ ἔχουσαν ὅ τι χρήσεται. Ita igitur omnia suadent, ut βατταρίζων pro vero habeamus.

E. ᾧ ἀνεμέσητον εὐήθει δοκεῖν καὶ οὐδενὶ εἶναι] cui nullum affert crimen nullamque culpam, si stolidus et homo nullius fingi videatur, quum etc. Verba sic inter se cohaerent: ᾧ ἀνεμεσητόν (ἐστιν) δοκεῖν εὐήθει καὶ οὐδενὶ εἶναι. Formulam οὐδὲν εἶναι, nihili faciendum esse, ad Remp. VIII. p. 562. D. illustravimus. conf. Valcken. ad Phoeniss. v. 601. Mireris igitur Casaubonum ad Athenaeum I. 18. p. 54. legendum putasse καὶ οὐ δεινῷ εἶναι.

στρωματόδεσμον — συσκευάσασθαι] stragulas vestes loris fasciisque convincire et in saccum constipare domino iter facturo. Cuiusmodi sarcinas unus aliquis validus servus in itinere gerebat. v. Casaub. ad Theoph. Charact. XI. p. 140. et Schneider. Indic. Xenoph. Mem. v. στρώματα. Heindorf. — Dein ὄψα λόγους ab Euripide vel Epicharmo sumtum putat Ruhnk. ad Tim. p. 146. Dictionem a posterioris aetatis scriptoribus maximeque Philone admodum frequentatam esse idem copiose ostendit. Recte Schol. interpretatur ἀπατηλούς. Quod vero ad ὄψα λόγους repetendum est ἡδῦναι, ea metaphora apud Platonem quidem tanto minus habet offensionis, quod etiam in Gorgia ars oratoria cum arte coquinaria comparatur, veluti p. 467. E sqq. Nimirum inest in his verbis aculeus.

ὁ δὲ αὖ τὰ μὲν τοιαῦτα—] Voc. τορῶς Schol. interpretatur τομῶς, ἐντρεχῶς, εὐπετῶς. Vult autem declarare Socrates hisce verbis, homines istiusmodi ad minuta et vulgaria vitae officia obeunda et exequenda utique esse aptissimos, sed ingenuo et

ναμένου τορῶς τε καὶ ὀξέως διακονεῖν, ἀναβάλλεσθαι δὲ οὐκ ἐπισταμένου ἐπιδέξια ἐλευθέρως οὐδέ γ' ἀρ-

ἐπιδέξια ἐλευθέρως] Sic Bodl. Vat. Ven. *ΠΣ.* Vind.

liberali animo adeo deficere, ut omnis eorum vita servile quiddam ac sordidum redoleat. Id quod significatur sic, ut dicantur nec pallium liberaliter gestare nec de vera vitae beatitate ullo modo iudicare recte posse. Nam *ἀναβάλλεσθαι ἐπιδέξια ἐλευθέρως* est: pallium more hominum ingenuorum super sinistros humeros dextrorsum reiicere et colligere; nam pallium sinistre iniecisse signum erat rusticitatis et barbariae. v. Casaubon. Animadvv. in Athen. I. 18. p. 54. et ad Theophrast. Char. p. 54. ed. Fischer. Ferrarius De re vestiar. II. 4, 6. p. 148. Salmasius ad Tertullian. p. 113. Perizon. ad Aelian. V. Hist. VII, 9. Böttiger. Griechische Vasengemälde. Vol. I. P. I. p. 55 sq. qui haec scripsit: Beim Ueberwurf des Gewandes kam es vorzüglich darauf an, dass man es recht geschickt über die linke Schulter werfen, (der rechte Arm bleibt mit der rechten Schulter zur Action frei) und dadurch so viel vom Tuche des Mantels hinaufbringen konnte, dass er weder vorn noch hintenaufschleppte. Dies hiess *ἐπιδέξια ἀναβάλλεσθαι*, *geschickt umwerfen*, wie aus einer komischen Stelle des Aristophanes in den Vögeln v. 1566 sqq. deutlich wird. (*Οὗτος τί δρᾷς; ἐπ' ἀριστερ' οὕτως ἀμπέχει; Οὐ μεταβαλεῖς ἱμάτιον ὡς ἐπὶ δέξια;*) Und so braucht es auch Platon im Theaetet. Das Gegentheil davon heisst *ἐπαριστερὰ ἀναβάλλεσθαι*, *links, ungeschickt umwerfen*. Küsters Erklärung zu jener Stelle des Aristophanes ist ganz falsch. Was Küster meint, heisst *εὐρέως ἱμάτιον*. s. Casaub. ad Theoph. Char. p. 219. Alberti Obss. ad N. T. p. 413. Am richtigsten hat die Sache Sallier erklärt zum Thom. Mag. s. v. *σκαιός* p. 765 sq. Man sagte daher von Einem, dem man noch die von der niedrigen Geburt anklebenden Sitten ansahe: *er weiss noch nicht einmal das Gewand anzulegen*, *οὐδ' ἱσθῆτα οἶδεν ὡς χρὴ περιβάλλεσθαι*; Lucian. De hist. conscr. c. 20. u. die Stelle aus Themistius, die Sallier citirt. Nichts war unschicklicher, als den Mantel zu schleppen. Es galt für das Zeichen eines Verrückten. S. Gronov. ad Senec. de Ira III. 35. oder eines Betrunkenen. S. Specim. edit. Terent. p. 14 sq. Das rechte Maass des Herabhangens war bis auf die obersten Riemen der Schuhe. *Quintil.* XI. 3. 143. Togas veteres ad calceos usque demittebant, *ut Graeci pallium.*" Ita igitur facile apparet, quorsum haec verba spectent, commodeque ea opponuntur praecedentibus *οἷον στρωματόδεσμον μὴ ἐπιστάμενος συσκευάσασθαι*. Fuerunt tamen qui locum interpretarentur aliter. Audias Schol.

μονίαν λόγων λαβόντος ὀρθῶς ὑμνῆσαι θεῶν τε καὶ 176
ἀνδρῶν εὐδαιμόνων βίον ἀληθῆ.

Zitt. Vulgo *ἐπὶ δεξιά.*

ἀναβάλλεσθαι· τῶν γὰρ ἀπαιδεύτων καὶ τὸ ἔνδυμα καὶ τὸ σχῆμα θορυβῶδες. ἄλλοι δὲ τὸ ἀναβάλλεσθαι ἐπὶ τῶν καθαρῶν ἀκούουσι τῆς ᾠδῆς, οἷον τὸ ἄρχεσθαι καθαρίζειν. καὶ οἶμαι οὐ κακῶς. τό τε γὰρ πρόκρουμα τῆς κιθάρας ἀναβολὴ καλεῖται — Ἀριστοφάνης Εἰρήνῃ· συνέλεγόν τ' ἀναβολὰς ποτώμεναι) καὶ τὰ λόγου ἑξῆς πρὸς ταύτην τείνει τὴν ἔννοιαν. De usu musico verbi *ἀναβάλλεσθαι* v. Jacobs ad Philostrat. Imagg. p. 385. Bekker. Specim. in Philostr. p. 121. Creuzer. ad Plotin. p. 738. C. Itaque cogitari licet de cantu, qui in conviviis *ἐπὶ δεξιὰ* procedebat, ut patet e Sympos. p. 177. D. Nemo autem, nisi qui videri vellet rudior et inhumanior, apud Athenienses cantus atque lyrae imperitus esse debebat. v. Aristophan. Equitt. v. 189. Unde Themistoclem constat, propterea quod lyram recusasset, habitum esse indoctiorem. Dicam tamen, quid huic verborum interpretationi adversari videatur. Primum igitur nimis repentina est haec cantus musici commemoratio, ac prorsus inexpectata accidit. Quod sentiet ubi totum locum uno tenore perlegeris et recitaveris. Nempe ad praeludium istud musicum ne verbo quidem praeparati sumus. Deinde sicuti antea stragularum vestium constipatio in domini usum facta tanquam servile ministerium memoratur ac deinde *θῶπες λόγοι* adiiciuntur: ita hic liberalis et ingenuus amictus vestitusque tanquam argumentum animi ingenui ac liberalis significatur, cui item deinde subiungitur apte et concinne *ἁρμονία λόγων κ. τ. λ.* Denique in posteriore verborum interpretatione mirifice languet ac prorsus otiosum est istud *ἐπὶ δεξιὰ s. ἐπιδέξια*, quae una res vel maxime efficit, ut de illius explicationis veritate dubitemus. Itaque nos quidem tenendam putamus interpretationem priorem, quae sicuti universae orationis seriei optime convenit, ita nec in se quidquam habet, quod quemquam moretur aut offendat. Accedimus ad ea quae deinceps sequuntur: *οἱ δέ γ' ἁρμονίαν λόγων — ἀληθῆ.* Quae manifestum est ex poëta aliquo desumta esse, ita tamen ut ipse Plato unum alterumve vocabulum de suo addiderit. Sed haec utcunque se habent, illud quidem diligentissime est observandum, talem homuncionem hic iudicari non posse orationum harmoniam suscipere ad recte celebrandam deorum virorumque beatorum vitam veram. Quod quid significet, protenus apparet, ubi haec blandis illis et fraudulentis sermonibus opponi animadverterimus, qui hominibus vafris et in tractandis negotiis versatis tribuebantur. Enimvero vitam beatam unus philosophus ex vero aestimare potest, ceteri non possunt. Quocirca nec *ἀληθῆ* otiose adiectum est, quod apud Athenaeum l. c. 18. omissum nec Heindorfius desiderabat. Etenim *ἀληθῆ* propemodum idem est quod *ἀληθῶς*, quod tamen ob praecedens *ὀρθῶς* poni nunc non potuit. Quodsi autem vim et potestatem vocabuli penitus

ΘΕΟ. Εἰ πάντας, ὦ Σώκρατες, πείθοις ἃ λέγεις, ὥσπερ ἐμέ, πλείων ἂν εἰρήνη καὶ κακὰ ἐλάττω κατ' ἀνθρώπους εἴη.

ΣΩ. Ἀλλ' οὔτ' ἀπολέσθαι τὰ κακὰ δυνατόν, ὦ Θεόδωρε· ὑπεναντίον γάρ τι τῷ ἀγαθῷ ἀεὶ εἶναι ἀνάγκη· οὐτ' ἐν θεοῖς αὐτὰ ἱδρύσθαι, τὴν δὲ θνητὴν φύσιν καὶ τόνδε τὸν τόπον περιπολεῖ ἐξ ἀνάγκης. διὸ καὶ πειρᾶσθαι χρὴ ἐνθένδε ἐκεῖσε φεύγειν
B *ὅ τι τάχιστα. φυγὴ δὲ ὁμοίωσις θεῷ κατὰ τὸ δυνα-*

P. 176. B. *οὐ πάνυ τι ῥᾴδιον*] Bodl. Vat. et pr. Ven. *Π.* om. *τι*

ἵνα δὴ μὴ κακὸς] *δὴ* om. Bodl. Vat. et pr. Ven. *Π.*

percipere volueris, interpreteris verba in hunc modum: celebrare deorum virorumque beatorum vitam, *talem, qualis revera est.* Atque haec quidem de loci sententia. Restat ut de illo *ἐλευθέρως* dicendum sit. Huc enim alicui in *ἐλευθερίως* mutandum videatur, quod nuper placuit etiam Creuzero ad Plotin. T. III. p. 400. Dubito tamen, an *ἐλευθέρως*, quod codd. omnes tuentur, unice verum sit, siquidem esse potest more liberorum hominum, ideoque honeste. Menex. p. 245. C. *τό γε τῆς πόλεως γενναῖον καὶ ἐλεύθερον.* ubi nemo *ἐλευθέριον* scripserit. Gorg. p. 485. D. *ἐλεύθερόν τινα εἶναι τοῦτον τὸν ἄνθρωπον, τὸν δὲ μὴ φιλοσοφοῦντα ἀνελεύθερον.* Supra p. 173. A. *τὸ ἡθύ τε καὶ ἐλεύθερον ἢ ἐκ νέων δουλεία ἀφῄρηται.*

P. 176. *Ἀλλ' οὔτ' ἀπολέσθαι — περιπολεῖ ἐξ ἀνάγκης*] Laudat haec Suidas in voc. *ἁπλότης*, de quo v. Kuster. Diatriba Anti-Gronoviana p. 48. Rem ipsam discussit Hierocles ad Aur. Carm. Pythag. p. 184. ed. Needh. tractavit etiam Synesius De Providentia p. 25. ed. Krab. qui et ipse Platonis locum ob oculos habuit. Pervulgata autem haec est Platonis sententia, qua mala in deos nulla cadere sed unice in naturae humanae imbecillitatem convenire statuit. v. Tim. p. 47. D. E. 69. A sqq. De Rep. X. p. 613. A. Legg. X. p. 906 sqq. Politic. 268. E sqq. quibus locis de causis et origine malorum disputatur. — *τόνδε τὸν τόπον*, h. e. hanc mortalium sedem. Opponitur *ἐν θεοῖς.* v. ad Phaedrum p. 249. D.

B. *φυγὴ δὲ ὁμοίωσις θεῷ —*] Haec sententia Platonis dici non potest quantopere ab omnis aetatis scriptoribus celebrata sit. Confirmavit eam et illustravit ipse philosophus De Rep. VI. p. 501. B. C. X. p. 613. A. al. a Pythagoreis haud dubie susceptam. Suam fecerunt postea temporis Stoici, Platonici recentiores, etiam Christiani. v. Wyttenbach. ad Plutarch. De Ser. Num. Vind. p. 27. et Sept. Sap Conviv. p. 975. = 259. ed. Lips. Hunc ipsum locum exscripsit Clemens Alex. Strom. II. p. 500. A. presse sequutus est Plotinus Ennead. I. 2. 1. p. 12 A. et 3. p. 13. C. Ceterum non indigna sunt quae conferantur

τόν· ὁμοίωσις δὲ δίκαιον καὶ ὅσιον μετὰ φρονήσεως γενέσθαι. ἀλλὰ γάρ, ὦ ἄριστε, οὐ πάνυ τι ῥᾴδιον πεῖσαι, ὡς ἄρα οὐχ ὧν ἕνεκα οἱ πολλοί φασι δεῖν πονηρίαν μὲν φεύγειν, ἀρετὴν δὲ διώκειν, τούτων χάριν τὸ μὲν ἐπιτηδευτέον, τὸ δ' οὔ, ἵνα δὴ μὴ κακὸς καὶ ἵνα ἀγαθὸς δοκῇ εἶναι, ταῦτα γάρ ἐστιν ὁ λεγόμενος γραῶν ὕθλος, ὡς ἐμοὶ φαίνεται· τὸ δὲ ἀληθὲς ὧδε λέγωμεν. θεὸς οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἄδικος, C *ἀλλ' ὡς οἷόν τε δικαιότατος, καὶ οὐκ ἔστιν αὐτῷ*

ταῦτα γάρ ἐστι ὁ λεγόμενος] Sic Bodl. Vat. Ven. *II.* In editt *μὲν* post *ταῦτα* infertur. Dein *λέγωμεν* cum Bodl. Coisl. Vat. Ven. *II.* alii non pauci. Scribebatur olim *λέγομεν.*

illa Phaedon. p. 107. C. *ἐπειδὴ ἀθάνατος φαίνεται οὖσα (ἡ ψυχή), οὐδεμία ἂν εἴη αὐτῇ ἄλλη ἀποφυγὴ κακῶν οὐδὲ σωτηρία, πλὴν τοῦ ὡς βελτίστην τε καὶ φρονιμωτάτην γενέσθαι.*

δίκαιον καὶ ὅσιον μετὰ φρονήσεως γ.] Observabis istud *μετὰ φρονήσεως.* Est enim virtutis Platonicae ea natura, ut tota sapientia veluti nitatur. v. Phaedon. p. 69. B. Itaque nec iustitia, temperantia et fortitudo sapientia vacare ullo modo possunt. Quippe profectus est philosophus ab celebratissima illa Socratis sententia, qua virtutem volebat scientia contineri. Quocirca etiam in libris de Republica, de Legibus, aliis, frequentissime eum videmus de virtute ita disputare, ut sicubi iustitia aliaeque virtutes memorantur, hoc suum *μετὰ φρονήσεως*, prudentissime adiiciat, scilicet non alio consilio, quam ut legentes veram virtutis indolem ac naturam admoneantur, quae non piis sensibus aut coeco aliquo animi impetu, sed mente sibi rectorum consiliorum conscia, absolvatur. Quod si tenuisset nuper Gernhardtus in Commentatione Fasc. II. Part. I. Actor. Societatis Graecae Lipsiensis inserta, vidisset profecto sine causa se aliquid ad definiendam librorum de Republica rationem desideravisse, quod non tam ad hanc peculiarem philosophi scriptionem quam ad omnem virtutem pertineat. Sed nolumus de illa Gernhardti scriptione hic nostrum interponere iudicium: hoc unum affirmare licebit, nos etiamnunc nostram tueri sententiam, neque apud virum doctum reperisse, quod operi Reipublicae novae lucis aliquid affundere videretur.

ἵνα δὴ μὴ κακὸς — δοκῇ εἶναι] h. e. ut mali viri speciem fugere, boni existimationem sibi conciliare videatur. Ad *δοκῇ* intelligi potest *τις*, quod latet in infinitivo aliunde pendente *δεῖν πονηρίαν μὲν φεύγειν.* v. ad Apol. p. 29. A. Symp. p. 187. C. al. De proverbio *ὕθλος γραῶν* v. ad Gorg. p. 527. A. De Rep. I. p. 300. E. Aniles fabellae appellantur ab Horat. Satyr. II. 6, 77. Apulei. Met. IV. p. 62. al.

τὸ δ' ἀληθὲς ὧδε λέγωμεν] Non ob speciem honestatis virtutem colendam esse ait, sed ut ad numinis divini per-

ὁμοιότερον οὐδὲν ἢ ὃς ἂν ἡμῶν αὖ γένηται ὅ τι δικαιότατος. περὶ τούτου καὶ ἡ ὡς ἀληθῶς δεινότης ἀνδρὸς καὶ οὐδενία τε καὶ ἀνανδρία. ἡ μὲν γὰρ τούτου γνῶσις σοφία καὶ ἀρετὴ ἀληθινή, ἡ δὲ ἄγνοια ἀμαθία καὶ κακία ἐναργής· αἱ δ' ἄλλαι δεινότητές τε δοκοῦσαι καὶ σοφίαι ἐν μὲν πολιτικαῖς δυναστείαις γιγνόμεναι φορτικαί, ἐν δὲ τέχναις βάναυσοι. D τῷ οὖν ἀδικοῦντι καὶ ἀνόσια λέγοντι ἢ πράττοντι μακρῷ ἄριστ' ἔχει τὸ μὴ συγχωρεῖν δεινῷ ὑπὸ πανουργίας εἶναι. ἀγάλλονται γὰρ τῷ ὀνείδει, καὶ οἷ-

C. *καὶ οὐδενία*] οὐδένεια Coisl. Par. Flor. a. e. et corr. Bodl. Ven. *II.* Par. BE.

καὶ σοφίαι] σοφαὶ Bodl. Vat. et pr. Ven. *II.*

D. *οὐ γάρ ἐστιν ἣν δοκοῦσι*] Coislin. post δοκοῦσι addit

fectam iustitiam quam proxime accedamus. In his *δίκαιος* videtur eo sensu dici, ut non de vulgari iustitia cogitandum sit, sed potius intelligatur is, cuius virtus omnibus numeris absoluta est, quemadmodum in libro De Republica *δικαιοσύνη* ea est virtus, qua ceterae omnes demum consummantur. v. Prolegg. ad Remp. p. XXXI. Itaque *δίκαιος* est omnino probus et honestus.

C. *περὶ τούτου καὶ ἡ ὡς ἀληθῶς —*] Stephanus Schediasm. Varior. Libr. III. p. 94. pro *περὶ τούτου* legendum censet *παρὰ τοῦτο*, hoc sensu: Hac in re positum est ut aliquis industrius sit vel contra, sc. *παρὰ τὸ δίκαιον εἶναι καὶ μὴ* s. *παρὰ τὸ δικαιοσύνην ἀσκεῖν ἢ μή*. Rückertus in Eclogg. Platon. p. 25. corrigebat *περί τοῦτο*. Posterius nos quoque probamus. Intelligendum autem *περὶ τὸ ὅ τι δικαιότατον γενέσθαι καὶ ὅμοιον εἶναι θεῷ*.

ἐν μὲν π. — φορτικαί] Apte comparat Heindorfius Aristotel. Eudem. I. 4. *λέγω δὲ φορτικὰς μὲν τέχνας τὰς πρὸς δόξαν πραγματευομένας μόνον, βαναύσους δὲ τὰς ἐδραίας καὶ μισθαρνικάς, χρηματιστικὰς δὲ τὰς πρὸς ἀγορὰς καὶ πράσεις καπηλικάς*. conf. Hemsterhus. ad Lucian. Somn. §. 9. Valcken. ad Ammon. p. 213.

D. *τὸ μὴ ξυγχωρεῖν —*] longe optimum est ei non permitti, ut malitia excellat.

ἀγάλλονται γὰρ τῷ ὀνείδει —] Sc. *οἱ ἀδικοῦντες καὶ ἀνόσια λέγοντες ἢ πράττοντες*. — *οἴονται ἀκούειν*, sie glauben in dem Rufe zu stehen, dass sie nicht Tröpfe sind und eitle Lasten der Erde, sondern Männer, wie alle diejenigen sein müssen, die im Staate durchkommen wollen. Ipsos igitur dicit iniustitia sua delectari et gloriari, quippe quam pro argumento fortis et excelsi animi venditare soleant. Cuiusmodi homines Platonis aetate non paucos extitisse, vel exemplum Thrasymachi atque

ονται ἀκούειν, ὅτι οὐ λῆροι εἰσί, γῆς ἄλλως ἄχθη, ἀλλ' ἄνδρες, οἵους δεῖ ἐν πόλει τοὺς σωθησομένους. λεκτέον οὖν ταληθές, ὅτι τοσούτῳ μᾶλλόν εἰσιν οἷοι οὐκ οἴονται, ὅτι οὐχὶ οἴονται· ἀγνοοῦσι γὰρ ζημίαν ἀδικίας, ὃ δεῖ ἥκιστα ἀγνοεῖν. οὐ γάρ ἐστιν ἣν δοκοῦσι, πληγαί τε καὶ θάνατοι, ὧν ἐνίοτε πάσχουσιν οὐδὲν ἀδικοῦντες, ἀλλὰ ἣν ἀδύνατον ἐκφυγεῖν. E

ΘΕΟ. Τίνα δὴ λέγεις;

ΣΩ. Παραδειγμάτων, ὦ φίλε, ἐν τῷ ὄντι ἑστώτων, τοῦ μὲν θείου εὐδαιμονεστάτου, τοῦ δὲ ἀθέου

ὄντως. Stephanus locum hunc in modum refingendum putabat, ut primum legeretur *οἱ οὐδὲν ἀδικοῦντες* et pro *ὧν* reponeretur *ἅ*, deinde post *οὐδὲν ἀδικοῦντες* excidisse putarentur verba *ἐκφεύγουσι δὲ οἱ ἀδικοῦντες*, ad quae referrentur haec: *ἀλλὰ ἣν ἀδύνατον ἐκφυγεῖν*. Sed non opus ulla mutatione.

Calliclis docet, qui in libro I. de Republica et in Gorgia loquentes introducuntur. *Λῆρος* sic usurpatum illustrant Wyttenbach. ad Phaedon. p. 180. Iacobs. ad Athen. p. 331. Heindorf. ad h. l. Boissonad. ad Eunap. p. 402. — *γῆς ἄλλως ἄχθη*, inania ponderа terrae, qui sint ignavi et vecordes, nihilque magni suscipiant. Iliad. XVIII. 104. *ἀλλ' ἦμαι παρὰ νηυσὶν ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης.* Male Ruhnken. ad Tim. p. 199. et Heindorfius *ἄλλως* interpretantur nonnisi. — *οἵους δεῖ* sc. *εἶναι*. — *τοὺς σωθησομένους ἐν π.* eos qui salvi et incolumes in civitate evadere velint. Apolog. Socrat. p. 32. A. *οὐ γάρ ἐστιν ὅστις ἀνθρώπων σωθήσεται οὔτε ὑμῖν οὔτε ἄλλῳ οὐδενὶ πλήθει γνησίως ἐναντιούμενος καὶ διακωλύων πολλὰ ἄδικα καὶ παράνομα ἐν τῇ πόλει γίγνεσθαι, ἀλλ' ἀναγκαῖόν ἐστι τῷ ὄντι μαχούμενον ὑπὲρ τοῦ δικαίου, εἰ μέλλει ὀλίγον χρόνον σωθήσεσθαι, ἰδιωτεύειν, ἀλλὰ μὴ δημοσιεύειν.*

ὧν — οὐδὲν ἀδικοῦντες] quorum interdum nihil patiuntur, etiamsi iniuste faciant. Nam *ὧν* ex *οὐδὲν* pendet, ut bene docuit Heindorfius. Frustra locum sollicitavit Stephanus, qui requirebat *οἱ οὐδὲν ἀδικ.* et *ἅ* pro *ὧν* restituendum putabat.

E. *Παραδειγμάτων, ὦ φίλε, ἐν τῷ ὄντι —*] Quum duo extent in rerum natura exempla (quae imitari liceat), quorum alterum est divinum summae felicitatis, alterum impium maximae infelicitatis, illi non videntes rem ita se habere prae stoliditate extremaque dementia inscii iniustis facinoribus ad alterum se componunt, ab altero recedunt. Vides *παράδειγμα θεῖον* vocari, quod in ipso deo conspicuum est et unde originem habet *ἡ ὁμοίωσις θεῷ*; sed *παράδειγμα ἄθεον* esse, quod divini numinis imitatione neglecta unice ex utilitatis commodorumque rationibus

ἀθλιωτάτου, οὐχ ὁρῶντες ὅτι οὕτως ἔχει, ὑπὸ ἠλιθιότητός τε καὶ τῆς ἐσχάτης ἀνοίας λανθάνουσι τῷ
177 μὲν ὁμοιούμενοι διὰ τὰς ἀδίκους πράξεις, τῷ δὲ ἀνομοιούμενοι. οὗ δὴ τίνουσι δίκην ζῶντες τὸν εἰκότα βίον ᾧ ὁμοιοῦνται. ἐὰν δ' εἴπωμεν, ὅτι, ἂν μὴ ἀπαλλαγῶσι τῆς δεινότητος, καὶ τελευτήσαντας αὐτοὺς ἐκεῖνος μὲν ὁ τῶν κακῶν καθαρὸς τόπος οὐ δέξεται, ἐνθάδε δὲ τὴν αὐτοῖς ὁμοιότητα τῆς διαγωγῆς ἀεὶ ἕξουσι, κακοὶ κακοῖς συνόντες, ταῦτα δὴ καὶ παντάπασιν ὡς δεινοὶ καὶ πανοῦργοι ἀνοήτων τινῶν ἀκούσονται.

ΘΕΟ. Καὶ μάλα δή, ὦ Σώκρατες.

B ΣΩ. Οἶδά τοι, ὦ ἑταῖρε. ἐν μέντοι τι αὐτοῖς συμβέβηκεν, ὅτι ἂν ἰδίᾳ λόγον δέῃ δοῦναί τε καὶ

ducitur. Illud appellatur *εὐδαιμονέσιατον*, propterea quod summam affert beatitatem; hoc dicitur *ἀθλιώτατον*, ut in quo fons summae miseriae contineatur. Ita igitur totus locus perspicuus est, nec videmus, cur Heindorfius genitivum *εὐδαιμονεστάτου* et *ἀθλιωτάτου* putaverit pendere ex *παραδείγματος* ad *τοῦ μὲν θείου* et *τοῦ δὲ ἀθέου* apud animum repetendo. Nempe ita certe scriptum esse oportebat *τοῦ εὐδαιμονεστάτου* et *τοῦ ἀθλιωτάτου*.

P. 177. *τὸν εἰκότα βίον ᾧ ὁμοιοῦνται*] h. e. *ἄθλιον*.

καὶ τελευτήσαντες — οὐ δέξεται] V. Corg. p. 525. B. sqq. Phaedon. p. 107. D sqq. De Rep. p. 614. sqq., ubi de poenis et praemiis mortuorum exponitur. — *ὁ τῶν κακῶν καθαρὸς τ.* locus a malis et calamitatibus vacuus. — *τὴν αὐτοῖς ὁμοιότητα τῆς διαγωγῆς*, h. e. *τὴν διαγωγὴν τὴν αὐτοῖς ὁμοίαν ἀεὶ ἕξουσιν*. — *κακοὶ κακοῖς ξυνόντες*. De geminatione eiusdem vocis v. Elmsleius ad Med. v. 787. Loquutio *συνεῖναι κακοῖς*, malis laborare, non infrequens. Lucian. Prom. §. 18. *μυρίοις κακοῖς συνόντες*.

ταῦτα δὴ καὶ παντάπασιν — ἀκούσονται] haec vero prorsus tanquam callidi et versuti ab insipientibus quibusdam audient, h. e sic audient, ut sese *δεινοὺς καὶ πανούργους*, nos autem *ἀνοήτους τινάς* esse existiment. Haec enim est vis particulae *ὡς*.

B. *Οἶδά τοι, ὦ ἑταῖρε*] „Frequens est haec formula. Aristoph. Plut. v. 29. *Χρ. ἐγὼ θεοσεβὴς καὶ δίκαιος ὢν ἀνὴρ κακῶς ἔχοιμι καὶ πένης ἦν. Καρ. Οἶδά τοι.* Lucian. Encom. Demosth. §. 5. *Λυκ. Λεῖ γάρ τοι καὶ τοῖς καταλογάδην, ἔφην, ἐνθέου τινὸς ἐπιπολάς, εἰ μέλλουσι μὴ ταπεινοὶ φανεῖσθαι καὶ φαύλης φρονήσεως.*

δέξασθαι περὶ ὧν ψέγουσι, καὶ ἐθελήσωσιν ἀνδρικῶς πολὺν χρόνον ὑπομεῖναι καὶ μὴ ἀνάνδρως φεύγειν, τότε ἀτόπως, ὦ δαιμόνιε, τελευτῶντες οὐκ ἀρέσκουσιν αὐτοὶ αὑτοῖς περὶ ὧν λέγουσι, καὶ ἡ ῥητορικὴ ἐκείνη πως ἀπομαραίνεται, ὥστε παίδων μηδὲν δοκεῖν διαφέρειν. Περὶ μὲν οὖν τούτων, ἐπειδὴ καὶ πάρεργα τυγχάνει λεγόμενα, ἀποστῶμεν· εἰ δὲ μή, πλείω ἀεὶ ἐπιῤῥέοντα καταχώσει ἡμῶν τὸν ἐξ ἀρχῆς λόγον· ἐπὶ δὲ τὰ ἔμπροσθεν ἴωμεν, εἰ καὶ σοὶ δοκεῖ. C

ΘΕΟ. Ἐμοὶ μὲν τὰ τοιαῦτα, ὦ Σώκρατες, οὐκ ἀηδέστερα ἀκούειν· ῥᾴω γὰρ τηλικῷδε ὄντι ἑπακολουθεῖν· εἰ μέντοι δοκεῖ, πάλιν ἐπανίωμεν.

Cap. XXVI. ΣΩ. Οὐκοῦν ἐνταῦθά που ἦμεν τοῦ λόγου, ἐν ᾧ ἔφαμεν τοὺς τὴν φερομένην οὐσίαν

Θερσ. Οἶδά τοι, ἔφη, ὦ ἑραῖτε. Quanquam mira utique h. l. est ratio, quum non Theodori aliquam, sed suam ipsius orationem hac formula confirmet Socrates." Heindorf. Imo vero elegans est iterata haec Socratis confirmatio, qua sibi certo persuasum esse significat istam fore hominum illorum sententiam.

καὶ ἡ ῥητορικὴ ἐκείνη πως ἀπομαρ.] Hoc πως est nescio quomodo, ut sexcenties. Menon. p. 73. A. ἔμοιγε πως δοκεῖ — τοῦτο οὐκέτι ὅμοιον εἶναι. Phaedr. p. 235. C. πλήρες πως, ὦ δαιμόνιε, τὸ στῆθος ἔχων αἰσθάνομαι παρὰ ταῦτα κ. τ. λ. Cratyl. p. 428. C. ὅτι μοί πως ἐπέρχεται λέγειν. al. Itaque non exputo, cur Heindorfius scripserit πάντως, Astius autem οὕτως legendum coniecerit. Formula παίδων οὐδὲν διαφέρειν usum habet proverbialem. Phaedr. p. 270. A. εἰ — πλέον ἢ παίδων διενέγκοι. Legg. IX. p. 864. D. Alcibiad. I. p. 122. C. conf. Wyttenbach. ad Phaedon. p. 181 sq. Similis formula est κἂν παῖς γνοίη. Ceterum his verbis quid significetur, Calliclis in Gorgia exemplum docebit.

C. πλείω ἀεὶ ἐπιῤῥέοντα καταχώσει] Gorg. p. 512. B. καίτοι εἰ βούλοιτο λέγειν, ὦ Καλλίκλεις, ἅπερ ὑμεῖς, σεμνύνων τὸ πρᾶγμα, καταχώσειέν ἂν ἡμᾶς τοῖς λόγοις, λέγων καὶ παρακαλῶν ἐπὶ τὸ δεῖν γίγνεσθαι μιχανοποιούς. Themist. Orat. XVIII. p. 220. A. ab Heusdio comparatus: καὶ ὁπόταν μοι ἐπὶ νοῦν ἔλθῃ πρᾶξίν τινα — κοσμῆσαι, εὐθὺς ἐπιῤῥέοντα ἄλλα καὶ ἄλλα πολλὰ τὰ ἐφεξῆς καταχώννυσί τε καὶ ἐπισκιάζει ἐφ' ἃ ὡρμήθην. — τηλικῷδε ὄντι, homini id aetatis, aetate iam provecto.

C. ἐνταῦθά που ἦμεν τοῦ λόγου] Revertitur sermo ad superiora illa p. 172. A.

λέγοντας, καὶ τὸ ἀεὶ δοκοῦν ἑκάστῳ τοῦτο καὶ εἶναι τούτῳ, ᾧ δοκεῖ, ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις ἐθέλειν δισχυρί-
D ζεσθαι, καὶ οὐχ ἥκιστα περὶ τὰ δίκαια, ὡς παντὸς μᾶλλον, ἃ ἂν θῆται πόλις δόξαντα αὐτῇ, ταῦτα καὶ ἔστι δίκαια τῇ θεμένῃ, ἕωσπερ ἂν κέηται· περὶ δὲ τἀγαθοῦ οὐδένα ἀνδρεῖον ἔθ' οὕτως εἶναι, ὥστε τολμᾶν διαμάχεσθαι, ὅτι καὶ ἃ ἂν ὠφέλιμα οἰηθεῖσα πόλις ἑαυτῇ θῆται, καὶ ἔστι τοσοῦτον χρόνον ὅσον ἂν κέηται ὠφέλιμα, πλὴν εἴ τις τὸ ὄνομα λέγοι· τοῦτο δέ που σκῶμμ' ἂν εἴη πρὸς ὃ λέγομεν. οὐχί;

ΘΕΟ. Πάνυ γε.

E *ΣΩ.* Μὴ λεγέτω τὸ ὄνομα, ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα, ὃ ὀνομαζόμενον θεωρεῖται.

P. 177. C. περὶ τὰ δίκαια] τὰ om. Rodl. Vat. Ven. *II.* D. δίκαια τῇ θεμένῃ] Sic Vat. Ven. *II.* Flor. b. et corr. Par. E. Vett. editt. τιθεμένῃ. Verum coniecerat Heindorf.

περὶ δὲ τἀγαθοῦ] Sic tres optimi. Vulgo περὶ δὲ τοῦ ἀγαθοῦ.

D. ἀνδρεῖον ἔθ' οὕτως εἶναι] Pertinet οὕτως ad ἀνδρεῖον, de qua verborum collocatione v. ad Euthydem. p. 299. A. Hipp. mai. p. 282. E. Phaedr. p. 256. E. Exemplum rei philosophus proposuit Gorg. p. 488. B. — 489. C. ubi ipse Callicles concedit: ea, quae multitudo rata habeat, non esse bona. — διαμάχεσθαι, contendere et affirmare. — τὸ ὄνομα λέγοι, h. e. vocabulo tantum uteretur missa re ipsa, s. rem ipsam non curans. Unde paullo post: Μὴ λεγέτω τὸ ὄνομα, ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα, ὃ ὀνομαζόμενον θεωρεῖται. de qua oppositione verborum dixit Boissonad. ad Eunapium p. 420. Ceterum vide an haec ipsa verba refingenda sint hunc in modum: Μὴ δὴ λεγέτω τὸ ὄνομα. Durum enim et insolens hoc asyndeton. Nisi forte γάρ revocandum.

E. ΘΕΟ. Μὴ γάρ] Haec verba, quae vulgo item Socrati assignantur, non dubitavimus cum Heindorfio Theodoro tribuere. Frequens est μὴ γάρ in responsionibus, cuius rei exempla vide ad Euthydem. p. 290. C. Protagor. p. 344. E. — ὃ ἂν τοῦτο ὀνομάζῃ, quodcunque illo nomine (τοῦ ὠφελίμου) significat. v. ad Phaed. p. 105. D.

P. 178. ἢ πολλὰ καὶ διαμαρτάνει] Nec πολλάκις scripserim cum Heindorfio, nec hoc καὶ cum eodem viro docto moleste feram. Nam πολλὰ est multis in rebus; καὶ autem ita in comparationibus geminatum nihil habet inusitati. Accedit quod respondet Theodorus: Οἶμαι ἔγωγε καὶ διαμαρτάνειν.

Ἔτι τοίνυν ἐνθένδε ἄν

ΘΕΟ. Μὴ γάρ.

ΣΩ. Ἀλλ' ὃ ἂν τοῦτο ὀνομάζῃ, τούτου δήπου στοχάζεται νομοθετουμένη, καὶ πάντας τοὺς νόμους, καθ' ὅσον οἵεταί τε καὶ δύναται, ὡς ὠφελιμωτάτους ἑαυτῇ τίθεται. ἢ πρὸς ἄλλο τι βλέπουσα νομοθετεῖται;

ΘΕΟ. Οὐδαμῶς. 178

ΣΩ. Ἦ οὖν καὶ τυγχάνει ἀεί, ἢ πολλὰ καὶ διαμαρτάνει ἑκάστη;

ΘΕΟ. Οἶμαι ἔγωγε καὶ διαμαρτάνειν.

ΣΩ. Ἔτι τοίνυν ἐνθένδε ἂν μᾶλλον πᾶς τις ὁμολογήσειε ταὐτὰ ταῦτα, εἰ περὶ παντός τις τοῦ εἴδους ἐρωτῴη, ἐν ᾧ καὶ τὸ ὠφέλιμον τυγχάνει ὄν. ἔστι δέ που καὶ περὶ τὸν μέλλοντα χρόνον. ὅταν γὰρ

τὸ ὄνομα λέγοι] λέγει Steph. cum Par. E. Dein λέγομεν tres optimi pro vulg. ἐλέγομεν.

E. Μὴ λεγέτω] μὴ γὰρ λεγέτω Bodl. Vat. Ven. *II.*

P. 178. ἢ πολλὰ καὶ δ.] Sic Bodl. Vat. Ven. *II.* Flor. a. e. Vett. editt. ἢ καὶ πολλὰ καὶ διαμ.

μᾶλλον —] Argumentatio procedit hunc in modum. Fatentur illi ultro, civitatem de bono et utili non posse certo iudicare et statuere. Atque rem ita se habere, clarius etiam ex ipsa notione eius, quod utile appellatur, intelligere licet. Nam quidquid utile est, id etiam ad futurum refertur. Itaque respublica in scribendis sanciendisque legibus ad futuri temporis utilitatem spectat. Ex quo consequitur, ut, si homo rerum omnium mensura sit, idem etiam de futuro tempore iudicari debeat, siquidem in iudicando non tantum praesentis, sed etiam futuri temporis rationem habemus. At enim vero hic quidem nullo negotio observare et animadvertere licet, eum, qui rerum usum collegerit, multo rectius imperitis iudicare. Quod etiam ipsius Protagorae exemplo confirmatur. Is enim sese affirmavit de futuro orationum iudicialium eventu ceteris omnibus melius rectiusque iudicare posse, idque ei affirmanti credi solitum esse arguit magnus discipulorum numerus eius disciplinam studiose expetentium. Itaque Protagorae concedendum fuerit, non quemvis, sed tantummodo sapientem pro rerum mensura quadam haberi posse. — 179. B.

περὶ παντός τις τοῦ εἴδους] h. e. de toto genere, ad quod utile refertur; quorsum etiam futurum tempus pertinere ait, non tantum praesens tempus. Itaque facile apparet, non redundare καί, quo offensus C. Fr. Hermannus ad Lucian. De Scrib. Histor. p. 319. legendum putavit ἔστι δέ που τὸ περὶ τὸν μ. χρ. Dein vett. editt. habent μέλλον μᾶλ-

νομοθετώμεθα, ὡς ἐσομένους ὠφελίμους τοὺς νόμους τιθέμεθα εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον. τοῦτο δὲ μέλλον ὀρθῶς ἂν λέγοιμεν.

ΘΕΟ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ἴθι δή, οὑτωσὶ ἐρωτῶμεν Πρωταγόραν ἢ ἄλλον τινὰ τῶν ἐκείνῳ τὰ αὐτὰ λεγόντων· Πάντων μέτρον ἄνθρωπός ἐστιν, ὡς φατέ, ὦ Πρωταγόρα, λευκῶν, βαρέων, κούφων, οὐδενὸς ὅτου οὐ τῶν τοιούτων. ἔχων γὰρ αὐτῶν τὸ κριτήριον ἐν αὑτῷ, οἷα πάσχει τοιαῦτα οἰόμενος, ἀληθῆ τε οἴεται αὑτῷ καὶ ὄντα. οὐχ οὕτως;

ΘΕΟ. Οὕτως.

ΣΩ. Ἦ καὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι, φήσομεν, ὦ Πρωταγόρα, ἔχει τὸ κριτήριον ἐν αὑτῷ, καὶ οἷα ἂν οἰηθῇ ἔσεσθαι, ταῦτα καὶ γίγνεται ἐκείνῳ τῷ οἰηθέντι; οἷον θερμά, ἆρ' ὅταν τις οἰηθῇ ἰδιώτης αὐτὸν πυρετὸν λήψεσθαι καὶ ἔσεσθαι ταύτην τὴν θερμότητα, καὶ ἕτερος, ἰατρὸς δέ, ἀντοιηθῇ, κατὰ τὴν ποτέρου δόξαν φῶμεν τὸ μέλλον ἀποβήσεσθαι,

μέλλον ὀρθῶς] V. *μέλλον μᾶλλον ὀρθῶς*. Sed *μᾶλλον* Rodl. Vat. Ven. *Π*. Recte Heindorf. *μᾶλλον* abiecit, quod nec habuit Scholiasta, qui notavit legi etiam *τοῦτο δὲ μᾶλλον ὀρθῶς ἂν λέγοιμεν*.

B. *οὐδενὸς ὅτου οὐ τῶν τ.*] Coisl. Ven. *ΑΞΣ*. alii non pauci cum Bas. 2. *ὁτουοῦν*, cuiusmodi errorem iam supra notavimus.

C. *ταῦτα καὶ γίγνεται*] Sic vett. editt. Sed Heindorfius

λον ὀρθῶς; quod Heusdius Spec. Crit. p. 48. sic emendabat: *τοῦτο τε τὸ μέλλον λέγοντες, μᾶλλον ὀρθῶς ἂν λέγοιμεν*. Recte vidit Heindorfius *μᾶλλον* per fraudem este invectum.

B. *λευκῶν, βαρέων* —] Bona est Cornarii coniectura post *λευκῶν* excidisse existimantis *μελάνων*: quod vellem codices suppeditassent. De asyndeto conf. Sympos. p. 186. D. *ἴστι δὲ ἐχθιστα τὰ ἐναντιώτατα, ψυχρὸν θερμῷ, πικρὸν γλυκεῖ, ξηρὸν ὑγρῷ, πάντα τὰ τοιαῦτα*. ubi v. annot.

ἔσεσθαι, φήσομεν, ὦ Πρ.] Stephanus quoniam *φήσομεν* non per se seorsum acceperat, dein scribendum putavit *ἔχειν* et *γίγνεσθαι*, recte a Fischero et Heindorfio refutatus. Mox iungas: *πυρετὸν λήψεσθαι αὐτὸν*, febrem ipsum correpturam esse. De eo, quod *ἰδιώτης* et *ἰατρὸς* inter se opponuntur, v. ad Protagor. p. 322 C. Sympos. p. 178. B. De Rep.

ἢ κατὰ τὴν ἀμφοτέρων, καὶ τῷ μὲν ἰατρῷ οὐ θερμὸς οὐδὲ πυρέττων γενήσεται, ἑαυτῷ δὲ ἀμφότερα;

ΘΕΟ. Γελοῖον μέν τ' ἂν εἴη.

ΣΩ. Ἀλλ', οἶμαι, περὶ οἴνου γλυκύτητος καὶ αὐστηρότητος μελλούσης ἔσεσθαι ἡ τοῦ γεωργοῦ δό- D
ξα, ἀλλ' οὐχὶ ἡ τοῦ κιθαριστοῦ, κυρία.

ΘΕΟ. Τί μήν;

ΣΩ. Οὐδ' ἂν αὖ περὶ ἀναρμόστου τε καὶ εὐαρμόστου ἐσομένου παιδοτρίβης ἂν βέλτιον δοξάσειε μουσικοῦ, ὃ καὶ ἔπειτα αὐτῷ τῷ παιδοτρίβῃ δόξει εὐάρμοστον εἶναι.

ΘΕΟ. Οὐδαμῶς.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ τοῦ μέλλοντος ἑστιάσεσθαι μὴ μαγειρικοῦ ὄντος, σκευαζομένης θοίνης, ἀκυροτέρα ἡ κρίσις τῆς τοῦ ὀψοποιοῦ περὶ τῆς ἐσομένης ἡδο- E
νῆς. περὶ μὲν γὰρ τοῦ ἤδη ὄντος ἑκάστῳ ἡδέος ἢ γεγονότος μηδέν πω τῷ λόγῳ διαμαχώμεθα, ἀλλὰ περὶ τοῦ μέλλοντος ἑκάστῳ καὶ δόξειν καὶ ἔσεσθαι πότερον αὐτὸς αὑτῷ ἄριστος κριτής; ἢ σύ, ὦ Πρω-

pro ταῦτα scripsit τοιαῦτα, quod tacite recepit Bekkerus. Ex codd. mss. nihil discrepantiae enotatum est.

D. ἀλλ' οὐχὶ ἡ τοῦ κ.] Bodl. Coisl. Ven. ΞΣΠ. Par. BCEH. Flor. a. b. c. i. ἀλλ' οὐχ ἡ τοῦ κ. Vett. editt. ἀλλ' οὐχὶ τοῦ κ. Vat. ἀλλ' οὐχὶ ἡ νοῦ κ.

Οὐδ' ἂν αὖ περὶ ἀν.] ἂν add. Bodl. Vat. Ven. Π.

E. περὶ μὲν γὰρ τοῦ ἤδη] Vulgo post γὰρ interponitur δή, ut est in uno Par. E. Dein vulgo διαμαχόμεθα. Coniunctivum codd. omnes tuentur.

III. p. 389. A. — κατὰ τὴν ποτέρου δόξαν, secundum alterutrius sententiam; sic enim πότερος dicitur saepissime, ut Reip. IV. p. 439. E. VI. p. 509. A. Phileb. p. 20. E. Lachet. 182. A. Legg. XI. p. 914. C. Charmid. p. 170. B. Sophist. p. 252. A. al. Ceterum docte observavit Heindorfius, respexisse ad haec Aristotelem Metaphys. III. 5. Ἔτι δὲ περὶ τοῦ μέλλοντος, ὥσπερ καὶ Πλάτων λέγει, οὐ δῆπου ὁμοίως κύρια ἡ τοῦ ἰατροῦ δόξα καὶ ἡ τῶν ἀγνοούντων, οἷον περὶ τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι ὑγιοῦς ἢ μὴ μέλλοντος, κ. τ. λ.

E. πότερον αὐτὸς αὑτῷ ἄριστος κριτής] Post κριτής necessario interrogationis signum ponendum est. Neque enim licet per ipsam sententiam quod proxime sequitur ἢ ad πότερον referre. Imo hoc novam orditur sententiam, ut illud πότερον omisso ἢ οὔ positum existimari debeat. Hunc

ταγόρα, τό γε περὶ λόγους πιθανὸν ἑκάστῳ ἡμῶν ἐσόμενον εἰς δικαστήριον βέλτιον ἂν προδοξάσαις ἢ τῶν ἰδιωτῶν ὁστισοῦν;

ΘΕΟ. Καὶ μάλα, ὦ Σώκρατες, τοῦτό γε σφόδρα ὑπισχνεῖτο πάντων διαφέρειν αὐτός.

ΣΩ. Νὴ Δία, ὦ μέλε· ἢ οὐδείς γ' ἂν αὐτῷ
179 *διελέγετο διδοὺς πολὺ ἀργύριον, εἴ πῃ τοὺς συνόντας ἔπειθεν, ὅτι καὶ τὸ μέλλον ἔσεσθαί τε καὶ δόξειν οὔτε μάντις οὔτε τις ἄλλος ἄμεινον κρίνειεν ἂν ἢ αὐτὸς αὑτῷ.*

ΘΕΟ. Ἀληθέστατα.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ αἱ νομοθεσίαι καὶ τὸ ὠφέλιμον περὶ τὸ μέλλον ἐστί, καὶ πᾶς ἂν ὁμολογοῖ νομοθετουμένην πόλιν πολλάκις ἀνάγκην εἶναι τοῦ ὠφελιμωτάτου ἀποτυγχάνειν;

τό γε περὶ λόγους] *γε* Coisl. Vind. Par. BCEFH, Flor. a. b. c. i. Vett. editt. *τε*.

P. 179. *εἴ πῃ τοὺς συνόντας*] Libri omnes *εἰ μή*. Correxit Heindorf. probante Bekkero.

ipsum autem loquendi usum a Platonis consuetudine non recedere, id vero evincent certissime quae ad Menon. p. 90. D. collegimus. — *εἰς δικαστήριον*, h. e. ad usum in iudicio, zum Gericht, für das Gericht. Mox de *ὦ μέλε* pro *ὦ μέλε* usurpato v. Ruhnken. ad Tim. p. 279. Buttmann. Grammat. Ampl. §. 57. 3. ann. qui adversatur sententiae eorum, qui hanc formam ex *μέλεε* decurtatam esse existimarunt. Enimvero saepenumero *ὦ μέλε* ponitur in blanda et amica compellatione, ut h. l. Itaque vir doctus cognatam putat hanc appellandi vocem cum mel, melior, *μέλε*. Nos tamen *ὦ μέλε* in familiari sermone putamus per urbanam quandam cavillationem primitus usurpatum esse, unde deinde blandae compellationis usus exstitit.

P. 179. *διδοὺς πολὺ ἀργύριον*] V. Menon. p. 91. D. ibique annot.

εἴ πῃ τοὺς ξυνόντας ἔπειθεν —] Recte Heindorfius pro vulg. *εἰ μὴ* correxit *εἴ πῃ*, verba *ἢ αὐτὸς αὑτῷ* interpretans *ὁ ξυνὼν ἑαυτῷ*, s. *ἕκαστος τῶν συνόντων*. Ita totius loci sententia haec est: nemo ei magnum didactrum solvisset, si qua persuasisset discipulis, etiam de futuris rebus neque vatem neque alium quempiam melius posse iudicare quam ipsum sibi unumquemque. Nata scripturae depravatio eo est, quod *αὐτός*, numerus singularis, post pluralem *τοὺς ξυνόντας* offensioni fuit, Sed conf. Matthiae Gr. §. 293. Schleiermacherus tamen *μὴ* servato *αὐτῷ* delendum censet,

B. *Ἔκείνῃ μοι δοκεῖ* —] Illa ratione, qua tu modo usus es de utilitate dis-

ΘΕΟ. Μάλα γε.

ΣΩ. Μετρίως ἄρα ἡμῖν πρὸς τὸν διδάσκαλόν σου εἰρήσεται, ὅτι ἀνάγκη αὐτῷ ὁμολογεῖν σοφώτερόν τε ἄλλον ἄλλου εἶναι καὶ τὸν μὲν τοιοῦτον μέτρον εἶναι, ἐμοὶ δὲ τῷ ἀνεπιστήμονι μηδὲ ὁπωστιοῦν ἀνάγκην εἶναι μέτρῳ γίγνεσθαι, ὡς ἄρτι με ἠνάγκαζεν ὁ ὑπὲρ ἐκείνου λόγος, εἴτ' ἐβουλόμην εἴτε μή, τοιοῦτον εἶναι. B

ΘΕΟ. Ἐκείνῃ μοι δοκεῖ, ὦ Σώκρατες, μάλιστα ἁλίσκεσθαι ὁ λόγος, ἁλισκόμενος καὶ ταύτῃ, ᾗ τὰς τῶν ἄλλων δόξας κυρίας ποιεῖ, αὗται δὲ ἐφάνησαν τοὺς ἐκείνου λόγους οὐδαμῇ ἀληθεῖς ἡγούμεναι. C

ΣΩ. Πολλαχῇ, ὦ Θεόδωρε, καὶ ἄλλῃ ἂν τό γε τοιοῦτον ἁλοίη, μὴ πᾶσαν παντὸς ἀληθῆ δόξαν εἶναι· περὶ δὲ τὸ παρὸν ἑκάστῳ πάθος, ἐξ ὧν αἱ αἰσθήσεις καὶ αἱ κατὰ ταύτας δόξαι γίγνονται, χα-

B. εἴτ' ἐβουλόμην] Bodl. εἴτε βουλοίμην.

putans ad futurum tempus referenda, mihi videtur Protagorae sententia maxime redargui et erroris convinci; quae quidem etiam eo convincitur, quod alienas opiniones ratas facit, quum tamen has apparebat illius sententias neutiquam pro veris ducere. Vana igitur et inanis Heusdii coniectura est legendum putantis: ὁ λόγος, ἁλισκόμενος ταύτῃ, ᾗ. — Metaphora repetita a venatione: solent enim verba venatoria, quale est ἁλίσκεσθαι, non raro ad disputationem transferri. v. ad Rempubl. IV. p. 432. B. Phaedon. p. 66. A. Euthydem. p. 275. D. al. De postremis conf. p. 171. A. B.

C. τό γε τοιοῦτον ἁλοίη, μὴ πᾶσαν etc. In his atque in proximis ἐλεῖν ponitur sic, ut sit coarguendo evincere; quem eundem loquendi usum de verbo ἐλέγχειν et ἐξελέγχειν notavimus ad Gorg. p. 467. A. Phaedr. p. 273. B. Hinc igitur negandi particula infertur, quam cave cum Heindorfio putaveris otiose esse interpositam.

περὶ δὲ τὸ παρὸν ἑκάστῳ πάθος —] Difficilius fuerit, inquit, praesentes cuique affectiones, sensus et opiniones ostendere non esse veras. Imo fortasse illae nullo modo possunt fraudis et erroris coargui, siquidem vere statuunt Heraclitei; omnia quasi perpetuo flumine agitari. Examinanda igitur haec eorum sententia est, quanquam hoc propter obscuritatem, qua illi in disserendo utuntur, vix fieri posse videtur. Formula ἴσως δὲ οὐδὲν λέγω est semet ipsum corrigentis; dixerat enim illud esse difficilius, quum tamen nunc fieri omnino non posse videatur, si valeat Heracliteorum de perpetuo rerum flumine sententia. Cratyl. p. 401.

λεπώτερον ἐλεῖν, ὡς οὐκ ἀληθεῖς. ἴσως δὲ οὐδὲν λέγω· ἀνάλωτοι γάρ, εἰ ἔτυχον, εἰσί, καὶ οἱ φάσκοντες αὐτὰς ἐναργεῖς τε εἶναι καὶ ἐπιστήμας τάχα ἂν ὄντα λέγοιεν, καὶ Θεαίτητος ὧδε οὐκ ἄπο σκοποῦ εἴρηκεν αἴσθησιν καὶ ἐπιστήμην ταὐτὸν θέμενος.
D προσιτέον οὖν ἐγγυτέρω, ὡς ὁ ὑπὲρ Πρωταγόρου λόγος ἐπέταττε, καὶ σκεπτέον τὴν φερομένην ταύτην οὐσίαν διακρούοντα, εἴτε ὑγιὲς εἴτε σαθρὸν φθέγγεται. μάχη δ' οὖν περὶ αὐτῆς οὐ φαύλη οὐδ' ὀλίγοις γέγονε.

Cap. XXVII. *ΘΕΟ.* Πολλοῦ καὶ δεῖ φαύλη

D. οὐσίαν διακούοντα] ἀκούοντα Bodl. Vat. et corr. Ven. *II.*

μᾶλλον σκεπτέον καὶ ἐξ ἀρχῆς] καὶ ex Bodl. Vat. et Ven.

E. *ἴσως μέντοι οὐδὲν λέγω*, ubi v. annot. De *εἰ ἔτυχον*, fortasse, comparavit Heindorfius Cratyl. p. 439. C. *τὸ δὲ, εἰ ἔτυχεν, οὐχ οὕτως ἔχει.*

τάχα ἂν ὄντα λέγοιεν] fortasse vera dixerint. Similiter supra p. 161. B. *τὸ δὲ γιγνόμενον οὐκ ἐνnoεῖς.* P. 175. B. *παντάπασι τὰ γιγνόμενα λέγεις.* Fieri autem potest ut exciderit articulus *τά*, quem desideravit etiam Astius. Infra p. 199. B. *τὰ ὄντα δηλάζειν.* De Rep. III. p. 389. C. *μὴ τὰ ὄντα λέγοντι.* De formula *ἄπο σκοποῦ* v. ad Phaedr. p. 278. D. Phileb. p. 34. A. Tim. p. 25. E. *οὐκ ἄπο σκοποῦ ξυνηνεγκέχθης.*

D. *σκεπτέον τὴν φερομένην ταύτην οὐσίαν*] P. 177. C. *τοὺς τὴν φερομένην οὐσίαν λέγοντας κ. τ. λ.* Accusativus *διακρούοντα* ex *σκεπτέον* pendet, h. e. *σκέπτειν δεῖ*, de qua structura v. ad Criton. p. 49. A. De metaphora Phileb. p. 55. C. *γενναίως δὲ εἴ πῇ τι σαθρὸν ἔχει πᾶν περικρούωμεν*, quem locum iam contulit Stephanus Schediasm. Var. lib. III. p. 92. conf. intpp. ad Suid. T. III. p. 207. et 243. ed. Kust. ad Hesych. I. p. 336. Toup. ad Longin. p. 192. Wyttenbach. ad Plutarch. De discrim. am. et adul. p. 497. = 392. ed. Lips. T. I. Eadem imagine utitur Persius Satyr. III. 45, — *sonat vitium percussa, maligne Respondet viridi non cocta fidelia limo*; et V. 17. — *pulsa, dignoscere cautus, Quid solidum crepet, et pictae tectoria linguae.*

χορηγοῦσι τούτου τοῦ λόγου] h. e. huius sententiae quasi duces sunt ac principes. Nam *χορηγεῖν* fere idem est quod *ἡγεῖσθαι* s. *χορηγὸν εἶναι*, unde genitivi ratio repetenda, quae fugiebat Heindorfium. Dicebantur quidem proprie *χορηγεῖν*, qui choris instruendis adornandisque sumtum praebebant; sed priscis temporibus etiam dicti sunt qui ipsi chorum ducebant, de quo

εἶναι, ἀλλὰ περὶ μὲν τὴν Ἰωνίαν καὶ ἐπιδίδωσι πάμπολυ. οἱ γὰρ τοῦ Ἡρακλείτου ἑταῖροι χορηγοῦσι τούτου τοῦ λόγου μάλα ἐρρωμένως.

ΣΩ. Τῷ τοι, ὦ φίλε Θεόδωρε, μᾶλλον σκεπτέον καὶ ἐξ ἀρχῆς, ὥσπερ αὐτοὶ ὑποτείνονται. E

ΘΕΟ. Παντάπασι μὲν οὖν. καὶ γάρ, ὦ Σώκρατες, περὶ τούτων τῶν Ἡρακλειτείων, ἢ ὥσπερ σὺ λέγεις Ὁμηρείων, καὶ ἔτι παλαιοτέρων, αὐτοῖς μὲν τοῖς περὶ τὴν Ἔφεσον, ὅσοι προσποιοῦνται ἔμπειροι εἶναι, οὐδὲν μᾶλλον οἷόν τε διαλεχθῆναι ἢ τοῖς

II. inseruimus. Bekkerus tamen de Vat. et Ven. tacet, unde vocula enotavit Bastius.

E. προσποιοῦνται ἐμπ. εἶναι] εἶναι om. Bodl, Vat. Coisl. Ven. *AII.* Par. BCH. Flor. a. b. c. i. Darmst.

usu verbi Demetrius Byzantius apud Athen. XIV. p. 295. ed. Schw. ἐκάλουν δὲ καὶ χορηγούς, ὡς φησιν ὁ Βυζάντιος Δημήτριος, οὐχ ὥσπερ νῦν τοὺς μισθουμένους τοὺς χορούς, ἀλλὰ τοὺς καθηγουμένους τοῦ χοροῦ, καθάπερ τοὔνομα σημαίνει. ubi v. Casaubon. p. 433. Aristot. Problem. XIX. 15. αἴτιον δὲ ὅτε τὸ παλαιὸν οἱ ἐλεύθεροι ἐχόρευον αὐτοί. conf. Pollux IX. 41. Suidas et Hesych. in v. χορηγός. Aliquoties Plato hoc verbo sic usus est, ut sit choro praeesse, veluti Gorg. p. 482. B. Legg. II. p. 654. A. Nimirum pristinis temporibus choregi non tantum sumtus praebebant choris, sed ipsi quoque choros docebant atque adeo ducebant.

Τῷ τοι, ὦ φίλε Θεοδ.] propterea vero, idcirco sane, ut saepe Homerus veluti Iliad. δ', 410. ε', 128. 209. 283. 410. 676. 816. al aliique poëtae. v. Valeken. ad Eurip. Phoeniss. v. 157. Hermann. ad Viger. p. 706. Matthiae Gr. §. 291. 4. a. Ex prosae orationis scriptoribus laudat Heindorf. Himer. Orat. VI. 4. τῷ τοι καὶ γράψαι κ. τ. λ. — ὑποτείνονται, h. e. ὑφηγοῦνται, ut Gorg. p. 488. E. ὥσπερ τὰ ἔμπροσθέν σοι ὑπετείνατο Χαιρεφῶν.

E. περὶ τούτων τῶν Ἡρακλειτείων —] Heindorfius quum putaret cohaerere περὶ cum ἔμπειροι, istud τῶν Ἡρακλειτείων ἢ — Ὁμηρείων neutro genere accepit, ut placita et dogmata Heraclitea intelligerentur. Simplicius tamen est, περὶ absolute positum existimare, ut sit quod ad Heracliteos illos et Homereos attinet, de quo usu loquendi v. ad Remp. VII. p. 538. E. Phaedr. p. 231. D. et 250. C. Respicit vero ad p. 152. E. unde tamen non liquet, quorsum pertineat hoc καὶ ἔτι παλαιοτέρων. Sed dubitari non potest, quin Heindorfius vere iudicaverit intelligi Orpheum. conf. Cratyl. p. 402. A sqq.

οἰστρῶσιν. ἀτεχνῶς γὰρ κατὰ τὰ συγγράμματα φέρονται, τὸ δ' ἐπιμεῖναι ἐπὶ λόγῳ καὶ ἐρωτήματι καὶ ἡσυχίως ἐν μέρει ἀποκρίνασθαι καὶ ἐρέσθαι ἧττον
180 αὐτοῖς ἔνι ἢ τὸ μηδέν· μᾶλλον δὲ ὑπερβάλλει τὸ οὐδ' οὐδὲν πρὸς τὸ μηδὲ σμικρὸν ἐνεῖναι τοῖς ἀνδράσιν ἡσυχίας· ἀλλ' ἄν τινά τι ἔρῃ, ὥσπερ ἐκ φαρέτρας ῥηματίσκια αἰνιγματώδη ἀνασπῶντες ἀποτοξεύουσι, κἂν τούτου ζητῇς λόγον λαβεῖν, τί εἰρηκεν, ἑτέρῳ πεπλήξει καινῶς μετωνομασμένῳ, περανεῖς δὲ οὐδέποτε οὐδὲν πρὸς οὐδένα αὐτῶν· οὐδέ γε ἐκεῖνοι αὐτοὶ πρὸς ἀλλήλους, ἀλλ' εὖ πάνυ φυλάττουσι τὸ
B μηδὲν βέβαιον ἐᾶν εἶναι μήτ' ἐν λόγῳ μήτ' ἐν ταῖς

κατὰ τὰ συγγράμματα] Sic Bodl. Vat. Coisl. Ven. *AΠ.* Par. BCH. Darmst. Scholiastes et Eusebius a Stephano laudatus. Vulgo καὶ τὰ σ.

E. ἀτεχνῶς γὰρ κατὰ τὰ ξυγγράμματα φ.] revera enim, sicuti est in libris ipsorum, in quibus omnia perpetuo moveri docetur, agitantur neque in disputando certam tenent rationem. Heusdius Spec. Crit. p. 43. corrigebat: ἀτέχνως γὰρ κατὰ τὰ συγγ. φ., de κατὰ pro καὶ τὰ restituendo cum Heindorfio consentiens. — ἐν μέρει, per vices, nach der Reihe. v. ad Cratyl. p. 410. D.

P. 180. μᾶλλον δὲ ὑπερβάλλει τὸ οὐδ' οὐδὲν] Corrigit quod modo dixerat ἢ τὸ μηδέν. Vult enim, minus etiam quam nihil hoc in genere iis tribuendum esse. Quod quidem sic exprimit: aut potius (μᾶλλον δέ) τὸ οὐδ' οὐδὲν h. e. id, quod ne nihil quidem est,) exsuperat (prae illo μηδέν) ratione eius habita, quod ne tantillum quidem quietis in iis inest. In his quod primo τὸ μηδέν, deinde τὸ οὐδὲν dicitur, cave cum Heindorfio putes τὸ μηδὲν idem fere esse quod τὸ μηδὲ σμικρόν, sed τὸ οὐδ' οὐδὲν maius quiddam atque amplius significare. Imo ἢ τὸ μηδὲν est quam si nihil insit, quod dicitur universe et ὑποθετικῶς. Hoc ipsum autem deinde respiciens Socrates recte et usitate posuit τὸ οὐδέν. Exaggeratio autem continetur in addito οὐδέ, ne — quidem.

ἀλλ' ἄν τινά τι ἔρῃ] Locus hic valde dignus est diligenti animadversione. Edocemur enim accuratissime de disserendi ratione, quam Heraclitei illius aetatis sectabantur, Quippe arguuntur illi primum inconstantiae, siquidem dicuntur neglecta tranquillitate non in praesentis materiae diligenti exploratione diu persistere potuisse; deinde narrantur usi esse obscuro quodam acumine, cuius fons haud dubie quaerendus est in celeratissima illa ipsius Heraclitii obscuritate, de qua v. intpp. ad Cicer. De Nat. Deor. I. 26. III. 14. De Finib. II. 5. Diogen. Laert. IX. 6. coll.

αὐτῶν ψυχαῖς, ἡγούμενοι, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, αὐτὸ στάσιμον εἶναι· τούτῳ δὲ πάνυ πολεμοῦσι, καὶ καθ' ὅσον δύνανται πανταχόθεν ἐκβάλλουσιν.

ΣΩ. Ἴσως, ὦ Θεόδωρε, τοὺς ἄνδρας μαχομένους ἑώρακας, εἰρηνεύουσι δὲ οὐ συγγέγονας· οὐ γάρ σοι ἑταῖροί εἰσιν. ἀλλ', οἶμαι, τὰ τοιαῦτα τοῖς μαθηταῖς ἐπὶ σχολῆς φράζουσιν, οὓς ἂν βούλωνται ὁμοίους αὑτοῖς ποιῆσαι.

ΘΕΟ. Ποίοις μαθηταῖς, ὦ δαιμόνιε; οὐδὲ γίγνεται τῶν τοιούτων ἕτερος ἑτέρου μαθητής, ἀλλ' αὐτόματοι ἀναφύονται, ὁπόθεν ἂν τύχῃ ἕκαστος αὐτῶν ἐνθουσιάσας, καὶ τὸν ἕτερον ὁ ἕτερος οὐδὲν C

P. 180. C. ὁπόθεν ἂν τύχῃ] V. τύχοι, contra auctoritatem codicum.

Aristot. Rhet. III. 5. Demetr. De Elocut. §. 192. p. 78. ed. Schneider. Enimvero videtur Heraclitus in obscuritatem eo incidisse, quod primum quidem amavit acutas sententiolas, quae animos audientium quasi ferirent et percuterent; quorsum pertinent, quae hic commemorantur, ῥηματίσκια αἰνιγματώδη; deinde quod non pauca in usu loquendi novavit et quae ipse suo excogitasset ingenio, etiam suo quodam modo enunciavit, unde Theodorus subiicit haec: ἑτέρῳ πεπλῆξει καινῶς μετωνομασμένῳ. In forma orationis Heracliteae positam fuisse maxime obscuritatis illius causam, etiam Aristoteles et Demetrius arbitrati sunt. De re conf. etiam Phileb. p 45. A. Sophist. p. 252. A. Ceterum pervulgatus est loquendi usus, quo acute vel acerbe et acriter dicta cum telis comparantur. v. ad Sympos. p. 219. B. Protagor. p. 242. D.

αὐτοὶ πρὸς ἀλλήλους] Intell. περαίνουσιν. In illis: ἡγούμενοι, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, αὐτὸ στάσιμον εἶναι, inest faceta et urbana irrisio, cuius indicium facit etiam formula ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, eodem modo posita, quo in Latino sermone frequentatur opinor, et a Graecis οἶμαι. Nam hoc dicit Theodorus: tollunt illi et in oratione et in animis τὸ βέβαιον, propterea, opinor, quod τὸ βέβαιον putant esse στάσιμον; nimirum ipsi, utpote rerum omnium motores et agitatores, quidquid est stabile oderunt, ideoque ne in disputando quidem et cogitando id quod certum est perferunt atque tolerant. Male igitur Heindorfius: „αὐτό, inquit, intellige τὸ βέβαιον, quam vocem ipsam quoque sermone expellunt."

B. ἀλλ', οἶμαι, τὰ τοιαῦτα —] Recte Heindorfius: „Sc. εἰρηνικά."

C. ὁπόθεν ἂν τύχῃ] sua sponte progignuntur, undecunque forte replentur enthusiasmo. Nihili igitur est, quod vulgo scribebatur τύ-

ἡγεῖται εἰδέναι. παρὰ μὲν οὖν τούτων, ὅπερ ᾖα ἐρῶν, οὐκ ἄν ποτε λάβοις λόγον οὔτε ἑκόντων οὔτε ἀκόντων· αὐτοὺς δὲ δεῖ παραλαβόντας ὥςπερ πρόβλημα ἐπισκοπεῖσθαι.

ΣΩ. Καὶ μετρίως γε λέγεις. τό γε δὴ πρόβλημα ἄλλο τι παρειλήφαμεν παρὰ μὲν τῶν ἀρχαίων, μετὰ
D ποιήσεως ἐπικρυπτομένων τοὺς πολλούς, ὡς ἡ γένεσις τῶν ἄλλων πάντων Ὠκεανός τε καὶ Τηθὺς ῥεύματα τυγχάνει καὶ οὐδὲν ἕστηκε, παρὰ δὲ τῶν ὑστέρων, ἅτε σοφωτέρων, ἀναφανδὸν ἀποδεικνυμένων, ἵνα καὶ οἱ σκυτοτόμοι αὐτῶν τὴν σοφίαν μάθωσιν ἀκούσαντες καὶ παύσωνται ἠλιθίως οἰόμενοι

ᾖα ἐρῶν] ιηιά pr. Bodl. ἦ Ven. Σ. Vett. editt. ἦα.

παρειλήφαμεν παρὰ μὲν τῶν ἀρχ.] Vulgo ἢ ante παρὰ insertum legitur, quod recte om. Coisl. Vat. Ven. ΛΠ. Par. BCH.

D. μαθόντες δ'] Om. haec Coisl. Ven. ΞΣ. Vind. et alii

χοι. De ᾖα ἐρῶν v. Rep. V. p. 449. A. ᾖα τὰς ἐφεξῆς ἐρῶν. VIII. p. 562. ὅπερ ᾖα νῦν δὴ ἐρῶν, ubi v. ann. conf. Matthiae Gr. §. 219. ann. 4.

αὐτοὺς δὲ δεῖ παραλαβόντας —] sed ipsos nos oportet accipientes tanquam problema aliquod examinare. Bene Scholiasta: Γεωμετρικῶς δεῖ, φησίν, ἐκθεμένους τὸ πρόβλημα ζητεῖν ἀποδεικτικῶς πότερον πάντα κινεῖται ἢ οὔ. Ad quae Heindorfius: Πρόβλημα enim, inquit, proprium est in geometria vocabulum, ut De Rep. VII. p. 530. B.

τό γε δὴ πρόβλημα ἄλλο τι π.] Legendum putamus: τὸ δὲ δὴ πρόβλ., quod etiam Astio placuit. Sententiarum enim consequutio et ordo hic est: Recte dicis; sed nonne quaestionem ab antiquis, dum ope poeseos multitudinem celabant, hanc accepimus etr. De Oceano et Thety v. ad Tim. p. 40. E. Mox per gratam quandam negligentiam membrum ad principalem enuntiati partem referendum consociatum est cum parte illinc apta et suspensa, siquidem quod post ἀποδεικνυμένων inferri debebat ὅτι πάντα κινεῖται, id coniunctum est cum his: μαθόντες δέ, ὅτι πάντα κινεῖται, τιμῶσιν αὐτούς. Sutorum denique iniecta mentio est, quia σκυτοτόμοι habebantur vilissimum prope τῶν βαναύσων genus, adeo ut in proverbium abierint. v. Charmid. p. 163. B. ibique Heindorf. De Rep. V. p. 456. D. Men. p. 90. C. al.

ὀλίγου δὲ ἐπελαθόμην] paene oblitus eram; v. ad Symp. p. 198. C. et Apolog. p. 17. A.

οἷον ἀκίνητον τελέθειν τῷ πάντ' ὄνομ' εἶναι] Versus Parmenidis, qui legitur apud Karsten. 97. coll. p. 178. et apud Brandis. Commentatt. Eleaticc. I. p. 118. Pro eo, quod vulgo scribebatur τελέθει, de Buttmanni sententia scri-

τὰ μὲν ἑστάναι, τὰ δὲ κινεῖσθαι τῶν ὄντων, μαθόντες δ' ὅτι πάντα κινεῖται τιμῶσιν αὐτούς; ὀλίγου δὲ ἐπελαθόμην, ὦ Θεόδωρε, ὅτι ἄλλοι αὖ τἀναντία τούτοις ἀπεφήναντο, οἷον ἀκίνητον τελέθειν E
τῷ πάντ' ὄνομ' εἶναι, καὶ ἄλλα ὅσα Μέλισσοί τε καὶ Παρμενίδαι ἐναντιούμενοι πᾶσι τούτοις διισχυρίζονται, ὡς ἔν τε πάντα ἐστὶ καὶ ἕστηκεν αὐτὸ ἐν αὑτῷ, οὐκ ἔχον χώραν, ἐν ᾗ κινεῖται. Τούτοις οὖν, ὦ ἑταῖρε, πᾶσι τί χρησόμεθα; κατὰ σμικρὸν γὰρ προϊόντες λελήθαμεν ἀμφοτέρων εἰς τὸ μέσον πεπτωκότες, καὶ ἂν μή πῃ ἀμυνόμενοι διαφύγωμεν, δίκην δώσομεν ὥςπερ οἱ ἐν ταῖς παλαίστραις διὰ 181

nonnulli.

οἷον ἀκίνητον] *ἀκίνητα* Ven. Σ. Vind. Zitt. et pr. Ξ.

πᾶσι τί χρησόμεθα] V. *χρησώμεθα*, quod a codd. non confirmatur.

bendum fuerit τ' *ἶμεναι*, ut est apud Simplicium in Aristot. Phys. p. 19. et 31. A. Sed idem ille Simplicius f. 7. A., ubi hunc versum separatim memorat, sic legit: *οἷον ἀκίνητον τελέθει, τῷ πᾶν ὄνομ' εἶναι.* Itaque tenuimus quod Platonis libri tuentur, ita tamen, ut pro *τελέθει* scripserimus *τελέθειν.* Praeterea pro *οἷον* dedimus *οἷον,* pro quo Simplicius p. 19. A. et 31. B. habet *οἷλον.* Neque vero audiendus Buttmannus est, qui *οἷον ἀκίνητον* non intercedente copula negabat ullo modo ferendum esse, ex eaque re causam repetebat, cur *ἀκίνητόν τ' ἶμεναι* probari oporteret. Solet enim Parmenides plura epitheta Entis sui ita consociare, sicuti demonstravimus in Jahnii Nov. Annalibus Vol. XX. Fasc. 2. p. 183. Sic v. 81. apud Karstenium legimus: *Αὐτὰρ ἀκίνητον μεγάλων ἐν πείρασι δεσμῶν ἐστὶν, ἄναρχον, ἄπαυστον, ἐπεὶ γένεσις καὶ ὄλεθρος τῆλε μάλ' ἐπλάγχθησαν.* ubi Brandisius portentose: *ἄναρχον κ' ἀπαυστον.* Denique pro *τῷ πάντι,* quod codd. exhibent, cum Buttmanno *τῷ πάντ'* (h. e. *πάντα*), accusativum pluralem, recepimus, quam scripturam servavit Simplicius p. 19. A. Totus enim Parmenidis locus hic est: *ἐπεὶ τό γε μοῖρ' ἐπέδησεν Οἷον ἀκίνητον τελέθειν, τῷ πάντ' ὄνομ' ἐστίν, Ὅσσα βροτοὶ κατέθεντο πεποιθότες εἶναι ἀληθῆ.* unde apparet *ὅσσα* non habiturum quorsum referatur, nisi *πάντα* praecesserit. Disputationum contentionem inter Eleaticos et physicos de hac re ortam tangit etiam Aristoteles De generat. et corruptione I. 8. conf. Brandis. Comment. Eleatt. p. 195.

P. 181. *ὥςπερ οἱ ἐν ταῖς π. διὰ γραμμῆς π.*] Lusus videtur fuisse hic. Bini ludentium ordines utrinque stabant. Inter utrosque ducta erat linea. Ad quam usque qui excurrissent, ii ab utrisque ad suas rapiebant-

γραμμῆς παίζοντες, ὅταν ὑπ' ἀμφοτέρων ληφθέντες ἕλκωνται εἰς τἀναντία. δοκεῖ οὖν μοι τοὺς ἑτέρους πρότερον σκεπτέον, ἐφ' οὕσπερ ὡρμήσαμεν, τοὺς ῥέοντας. καὶ ἐὰν μέν τι φαίνωνται λέγοντες, συνέλξομεν μετ' αὐτῶν ἡμᾶς αὐτούς, τοὺς ἑτέρους ἐκφυγεῖν πειρώμενοι· ἐὰν δὲ οἱ τοῦ ὅλου στασιῶται ἀληθέστερα λέγειν δοκῶσι, φευξόμεθα παρ' αὐτοὺς ἀπὸ
B τούτων τῶν καὶ τὰ ἀκίνητα κινούντων. ἀμφότεροι δ' ἂν φανῶσι μηδὲν μέτριον λέγοντες, γελοῖοι ἐσόμεθα ἡγούμενοι ἡμᾶς μέν τι λέγειν φαύλους ὄντας, παμπαλαίους δὲ καὶ πασσόφους ἄνδρας ἀποδεδοκιμακότες.

P. 181. *μέν τι φαίνωνται*] *μέν τοι* Vat. Par. H. *παρ' αὐτοὺς ἀπὸ τούτων τῶν*] Vett. editt. *παρ' αὐτοὺς ἀπ' αὐτῶν*. Bodl. Vat. Ven. *II. ἀπ' αὐτῶν τῶν παρ' αὐτούς*. Dedi quod optimum videretur coniunctis in unum variis lectionibus. Proximum *καὶ* om. Bodl. Vat. Ven. *II.* male.

tur partes. Pollux IX. 112. *Ἡ δὲ διελκυστίνδα παίζεται μὲν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐν ταῖς παλαίστραις, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἀλλαχόθι. δύο δὲ μοῖραι παίδων εἰσὶν ἕλκουσαι τοὺς ἑτέρους οἱ ἕτεροι, ἕστ' ἂν καθ' ἕνα μεταστήσωνται παρ' αὐτοὺς οἱ κρατοῦντες.* ubi v. intpp.

τοὺς ῥέοντας] h. e. *τοὺς πάντα ῥεῖν λέγοντας*, sicuti statim post *οἱ τοῦ ὅλου στασιῶται*. Genus loquendi, hic non sine faceta et urbana irrisione adhibitum, nec alibi infrequens. Sic apud Aristotelem De Coelo, *οἱ γεννῶντες τὸν οὐρανόν*, h. e. *οἱ γεννητὸν εἶναι λέγοντες*. v. Hemsterhus. ad Thom. Mag. p. 187. intpp. ad Minuc. Felic c. 22. p. 226. ed. Gron. Orelli ad Arnobium Libr. II. c. 52. T. II. p. 70. De re ipsa non poenitebit legisse quae disputavit Karsten ad Parmenid. Reliquias p. 180.

φευξόμεθα παρ' αὐτοὺς ἀπὸ τούτων τῶν] Bekkerus de coniectura dedit: *παρ' αὐτοὺς αὖ ἀπὸ τῶν καὶ τὰ ἀκ.* Vett. editt. *παρ' αὐτοὺς ἀπ' αὐτῶν*. quod ferri non posse recto iudicio censuit Heindorfius, qui *παρ' αὐτοὺς ἀπὸ τῶν καὶ τ. ἀ. κ.* desiderabat, ad Sophistam autem p. 432. scribendum arbitrabatur *ἀπ' αὖ τῶν καὶ τ. ἀ. κ.* quod etiam Schleiermacherus amplexus est, Buttmannus tamen malebat: *φ. παρ' αὐτοὺς ἀπὸ τῶν αὐτὰ τὰ ἀκίνητα κινούντων*. Clarkianus codex cum duobus aliis optimis: *φευξόμεθα ἀπ' αὐτῶν τῶν παρ' αὐτοὺς τὰ ἀκ.* unde quid verum sit, ne divinare quidem liceat. Lepide vero Heraclitei, qui omnia perpetuo flumine ferri statuebant, vocantur *οἱ καὶ τὰ ἀκίνητα κινοῦντες*. Etenim non movenda movere in proverbio dicebantur, qui sacra, aras, terminos moverent omninoque impia committerent. v. Legg. III. p. 684. E. VIII. p. 843. A. XI. p. 913. B. Thucyd. I. 143. II. 24. al. conf. Erasmi Adagg. Chil. I. Cent. VI. p. 181 sq. Winkel-

ὅρα οὖν, ὦ Θεόδωρε, εἰ λυσιτελεῖ εἰς τοσοῦτον προ-ϊέναι κίνδυνον.

ΘΕΟ. Οὐδὲν μὲν οὖν ἀνεκτόν, ὦ Σώκρατες, μὴ οὐ διασκέψασθαι, τί λέγουσιν ἑκάτεροι τῶν ἀν-δρῶν.

Cap. XXVIII. *ΣΩ. Σκεπτέον ἄν εἴη σοῦ γέ οὕτω προθυμουμένου. Δοκεῖ οὖν μοι ἀρχὴ εἶναι τῆς σκέψεως κινήσεως πέρι, ποιόν τί ποτε ἄρα λέγοντες* C *φασὶ τὰ πάντα κινεῖσθαι. βούλομαι δὲ λέγειν τὸ τοιόνδε· πότερον ἕν τι εἶδος αὐτῆς λέγουσιν ἢ ὥσ-περ ἐμοὶ φαίνεται, δύο; μὴ μέντοι μόνον ἐμοὶ δο-*

B. *ἡμᾶς μέν τι λέγειν*] *μέντοι* vett. editt. vitiose, invitis codd. omnibus. Dein *πάσσοφος* pro *πάνσοφος* Bodl. Vat. Flor. i. Ven. *ΑΣ*. Vind. et pr. Coisl. Ven *II*. Par. B.

C. *λέγοντες φασὶ τὰ πάντα*] *φασὶ* Coisl. Ven. *ΑΞΣ*. Vind. Par. BCEFH. Zitt. Flor. a. b. c i. omittunt.

mann. ad Plutarch. Amat. p. 117.

B. *ἡγούμενοι ἡμᾶς* —] De hoc accusativo cum infinitivo ita in oppositione frequentato v. ad Sympos. p. 175. C. 220. E. 223. C. Mox *μὲν οὖν* est imo, ut sexcenties; v. ad Crit. p. 44. B. Pro *Σκεπτέον ἄν εἴη* facile aliquis requirat *σκεπτέον οὖν ἄν εἴη*. Sed *οὖν* isto nos quidem facile caremus. Alcibiad. I. p. 104. E. *Δικτέον ἄν εἴη*. De Rep. V. p. 462. E. *Ὥρα ἂν εἴη, ἦν δ' ἐγώ, ἐπανιέναι κ. τ. λ.* Ibid. p. 474. C. *Ὥρα ἂν εἴη, ἔφη, ὁρίζεσθαι.* Ibid. X. p. 602. A. *χωρίεις ἂν εἴη ὃ ἐν τῇ ποιήσει μιμητικόν.* Infra p. 183. A. *καλὸν ἂν ἡμῖν συμβαίνοι τὸ ἐπανόρθωμα*, quae facile nunc centenis aliis augere liceat. Pro *Δοκεῖ οὖν μοι ἀρχὴ εἶναι* Heindorfius malebat *Δοκεῖ οὖν μοι ἡ ἀρχὴ εἶναι*. Sed articulo ideo non est opus, quia ἀρχὴ non tam subiecti quam praedicati partes agit. Scribi enim poterat etiam hoc modo: *Δοκεῖ οὖν μοι αὕτη ἀρχὴ εἶναι κ. τ. λ.* v. ad Apol. p. 24. B. et 18. A.

C. *πότερον ἕν τι εἶδος*—] Alia nunc utitur adversus Heracliteos et Protagoreos argumentatione ex motus natura et ratione repetita. Duo, inquit, discernenda sunt motus genera, alterum quod positum est in loci variatione, alterum quod in mutatione rerum naturae cernitur, veluti quum ex albo fit nigrum, ex acido humidum, et quae sunt alia id genus innumera. Iam vero unaquaeque res duplicem istum motum habeat necesse est: alioquin enim simul et moveri et stare iudicanda esset neque tota penitus moveretur. Ex quo sequitur, ut visa pariter atque ipsi sensus perpetuae mutationi obnoxii sint; album enim dum movetur, item etiam mutatur; et visus dum movetur, ipse quoque subit mutationem. Quocirca nihil nec album dici potest nec non album; nihilque est, quod vel videri vel non videri unquam recte iudicari liceat; imo

κεῖτω, ἀλλὰ συμμέτεχε καὶ σύ, ἵνα κοινῇ πάσχωμεν, ἄν τι καὶ δέῃ. καί μοι λέγε· ἆρα κινεῖσθαι καλεῖς, ὅταν τε χώραν ἐκ χώρας μεταβάλλῃ ἢ καὶ ἐν τῷ αὐτῷ στρέφηται;

ΘΕΟ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Τοῦτο μὲν τοίνυν ἓν ἔστω εἶδος. ὅταν δὲ
D ᾖ μὲν ἐν τῷ αὐτῷ, γηράσκῃ δὲ ἢ μέλαν ἐκ λευκοῦ ἢ σκληρὸν ἐκ μαλακοῦ γίγνηται, ἤ τινα ἄλλην ἀλλοίωσιν ἀλλοιῶται, ἆρα οὐκ ἄξιον ἕτερον εἶδος φάναι κινήσεως;

ΘΕΟ. Ἔμοιγε δοκεῖ.

ΣΩ. Ἀναγκαῖον μὲν οὖν. δύο δὴ λέγω τούτω εἴδη κινήσεως, ἀλλοίωσιν, τὴν δὲ περιφοράν.

ΘΕΟ. Ὀρθῶς γε λέγων.

ΣΩ. Τοῦτο τοίνυν οὕτω διελόμενοι διαλεγώμεθα ἤδη τοῖς τὰ πάντα φάσκουσι κινεῖσθαι, καὶ ἐρωτῶμεν, Πότερον πᾶν φατε ἀμφοτέρως κινεῖσθαι, φε-

D. ἀλλοίωσιν, τὴν δὲ περ.] Coisl. τὴν μὲν ἀλλοίωσιν, τὴν δὲ π. quod glossema sapit.

E. κινούμενά τε αὐτοῖς] Vulgo ἑαυτοῖς. Correxit

sic est statuendum, ut talem rem albam simul et non albam videri pariter atque non videri existimemus. Quod si recte ita concluditur, haud dubie consequens erit, ut sensibus veri iudicium omnino eripiendum sit. — ἄν τι καὶ δέῃ, sc. πάσχειν, h. e. errare.

D. Ἀναγκαῖον μὲν οὖν] imo necesse est non tantum ἄξιον, hoc aliud mutationis genus appellare. Nihili est quod habet Stob. Eclogg. Phys. p. 42. ἀναγκαίως. Idem exhibet τήν τε περιφοράν, quod natum inde est, quod ante ἀλλοίωσιν omissum esse τὴν μὲν non intelligeretur. Usum loquendi frequentissimum inter alia tetigi ad Sympos. p. 207. D. Pro περιφοράν vere, opinor, Heindorfius φορὰν coniecit revocari oportere, quam veram esse lectionem vel unus ille Parmenidis locus p. 138. B. C. evincit, ubi item de duplici hoc motus genere agitur. Ceterum Schleiermacherus ad h. l. „Dass Platon die beiden Arten von κίνησις, die im Parmenides schon als bekannt vorausgesetzt werden, hier erst konstruirt, könnte verleiten, jene Stelle für später anzusehn, als die unsrige. Diese ist aber vielmehr Vertheidigung und Erklärung von jener, wie man aus dem ganzen Ton sieht,

ρόμενόν τε καὶ ἀλλοιούμενον, ἢ τὸ μέν τι ἀμφοτέ- E
ρως, τὸ δ' ἑτέρως;

ΘΕΟ. Ἀλλὰ μὰ Δί' ἔγωγε οὐκ ἔχω εἰπεῖν· οἶμαι δ' ἂν φάναι ἀμφοτέρως.

ΣΩ. Εἰ δέ γε μή, ὦ ἑταῖρε, κινούμενά τε αὐτοῖς καὶ ἑστῶτα φανεῖται, καὶ οὐδὲν μᾶλλον ὀρθῶς ἕξει εἰπεῖν, ὅτι κινεῖται τὰ πάντα ἢ ὅτι ἕστηκεν.

ΘΕΟ. Ἀληθέστατα λέγεις.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἐπειδὴ κινεῖσθαι αὐτὰ δεῖ, τὸ δὲ μὴ κινεῖσθαι μὴ ἐνεῖναι μηδενί, πάντα δὴ πᾶσαν 182
κίνησιν ἀεὶ κινεῖται.

ΘΕΟ. Ἀνάγκη.

ΣΩ. Σκόπει δή μοι τόδε αὐτῶν· τῆς θερμότητος ἢ λευκότητος ἢ ὁτουοῦν γένεσιν οὐχ οὕτω πως ἐλέγομεν φάναι αὐτούς, φέρεσθαι ἕκαστον τούτων ἅμα αἰσθήσει μεταξὺ τοῦ ποιοῦντός τε καὶ πάσχον-

Heindorf.

μὴ ἐνεῖναι μηδενί] Plurimi libri et inter eos etiam optimi ἓν εἶναι, ut est in Ald. Bas. 1. 2. Verum restituit Cornarius.

namentlich aus dem *πάσχωμεν, ἄν τι δέῃ.*" Vereor tamen, ne hae suspiciones et hariolationes argutius quaesitae sint. Imo Parmenides dialogus infra p. 183. D. E. sicuti Sophista promittitur demum, non tanquam iam scriptus respicitur.

Ὀρθῶς γε λέγων] Quod Heindorfius malebat *Ὀρθῶς γε οὐ λέγων*, id etsi usu Platonis maxime est frequentatum, tamen pronomen subinde omissum vidimus, v. ad Lachet. p. 192. B. Symp. p. 174. E. Ipse Heindorfius hanc in rem commode apteque comparat illa Alcibiad. p. 131. D. *Εὖ γε ποιῶν, ὦ Σώκρατες.* Addimus Lysid. p. 204. A. *Καλῶς γέ, ἦν δ' ἐγώ, ποιοῦντες*, ubi nemo *ὑμεῖς* inculcare audebit. Legg. VI. p. 713. B. X. p. 901. A.

E. *Εἰ δέ γε μή,*] Int. *ἀμφοτέρως κινεῖσθαι φασίν.*

P. 182. *Σκόπει δή μοι τόδε αὐτῶν* v. Matthiae Gr. §. 317. coll. supra p. 161. B. — *οὕτω πως ἐλέγομεν*, supra p. 156. D. E. Pro *αἰσθητόν*, quod manifesto depravatum est, Buttmannus *αἰσθητὴν* commendabat. Quod recte reiecit Schleiermacherus ideo, quia de ipso sentiendi instrumento sive de sensorio, de quo hic unice sermo est, parum commode diceretur. Multo praestabilior igitur eorum ratio est, qui *αἰσθητόν* ex *αἰσθανόμενον* ortum censuerunt. conf. p. 159. E.

τος, καὶ τὸ μὲν πάσχον αἰσθητὸν ἀλλ' οὐκ αἴσθησιν ἔτι γίγνεσθαι, τὸ δὲ ποιοῦν ποιόν τι ἀλλ' οὐ ποιότητα; ἴσως οὖν ἡ ποιότης ἅμα ἀλλόκοτόν τε φαίνεται ὄνομα, καὶ οὐ μανθάνεις ἀθρόον λεγόμε-
B νον· κατὰ μέρη οὖν ἄκουε. τὸ γὰρ ποιοῦν οὔτε θερμότης οὔτε λευκότης, θερμὸν δὲ καὶ λευκὸν γίγνεται, καὶ τἆλλα οὕτω. μέμνησαι γάρ που, ἐν τοῖς πρόσθεν ὅτι οὕτως ἐλέγομεν, ἓν μηδὲν αὐτὸ καθ' αὑτὸ εἶναι, μηδ' αὖ τὸ ποιοῦν ἢ πάσχον, ἀλλ' ἐξ ἀμφοτέρων πρὸς ἄλληλα συγγιγνομένων τὰς αἰσθήσεις καὶ τὰ αἰσθητὰ ἀποτίκτοντα τὰ μὲν ποιὰ ἄττα γίγνεσθαι, τὰ δὲ αἰσθανόμενα.

ΘΕΟ. Μέμνημαι· πῶς δ' οὔ;

ΣΩ. Τὰ μὲν τοίνυν ἄλλα χαίρειν ἐάσωμεν, εἴτε
C ἄλλως εἴτε οὕτως λέγουσιν· οὗ δ' ἕνεκα λέγομεν, τοῦτο μόνον φυλάττωμεν, ἐρωτῶντες· Κινεῖται καὶ ῥεῖ, ὡς φατέ, τὰ πάντα; ἦ γάρ;

ΘΕΟ. Ναί.

P. 182. τὸ μὲν πάσχον αἰσθητόν] Flor. b. a manu sec. αἰσθητικόν. v. infra.

τὸ δὲ ποιοῦν ποιόν τι] Codd. fere omnes cum Ald. Bas. 1. 2. τὸ δὲ ποιοῦν ποιοῦντι.

B. που ἐν τοῖς πρόσθεν] Bodl. ποὺ καὶ ἐν τοῖς πρ.

ἀλλόκοτόν τε φαίνεται ὄνομα] h. e. insolitum et omnem consuetudinis modum excedens, de quo usu v. Ruhnk. ad Tim. p. 24. Est autem hic unus Platonis locus, in quo vocabulo ποιότης usus est; quod quantum posterioris temporis philosophi celebraverint, narrare non attinet. Cicero Academ. I. 7. Quod ipsum (ποιότης) apud Graecos non est vulgi verbum, sed philosophorum. Dicitur vero nunc sic adhiberi, ut res sit ἀθρόον τι λεγόμενον, h. e. ut universe enuncietur, non per partes illustretur. Etenim qualitatis notio est generalis, cui tanquam partes subiectae sunt Θερμότης, λευκότης κ. τ. λ.

ἓν μηδὲν αὐτὸ καθ' αὑτὸ εἶναι] Hoc ἓν bene tuetur Heindorfius collatis illis p. 153. E. ἐπώμεθα τῷ ἄρτι λόγῳ, μηδὲν αὐτὸ καθ' αὑτὸ ἓν ὂν τιθέντες, h. e. nichts einzeln für sich, ohne Relation. et p. 156. E sqq.

C. οἷα ἄττα ῥεῖ τὰ φερόμενα] h. e. qualia fere sint quae moveantur. Mox verba in hunc modum iungenda: ἐπειδὴ δὲ οὐδὲ τοῦτο μένει, τὸ ῥεῖν τὸ ῥέον λευκόν, h. e. ὡς λευκόν; quum ne hoc qui-

ΣΩ. Οὐκοῦν ἀμφοτέρας, ἃς διελόμεθα, κινήσεις, φερόμενά τε καὶ ἀλλοιούμενα;

ΘΕΟ. Πῶς δ' οὔ; εἴπερ γε δὴ τελέως κινήσεται.

ΣΩ. Εἰ μὲν τοίνυν ἐφέρετο μόνον, ἠλλοιοῦτο δὲ μή, εἴχομεν ἄν που εἰπεῖν, οἷα ἅττα ῥεῖ τὰ φερόμενα. ἢ πῶς λέγωμεν;

ΘΕΟ. Οὕτω.

ΣΩ. Ἐπειδὴ δὲ οὐδὲ τοῦτο μένει, τὸ λευκὸν ῥεῖν τὸ ῥέον, ἀλλὰ μεταβάλλει, ὥστε καὶ αὐτοῦ τούτου εἶναι ῥοήν, τῆς λευκότητος, καὶ μεταβολὴν εἰς ἄλλην χρόαν, ἵνα μὴ ἀλῷ ταύτῃ μένον, ἆρά ποτε οἷόν τέ τι προσειπεῖν χρῶμα, ὥστε καὶ ὀρθῶς προσαγορεύειν; D

ΘΕΟ. Καὶ τίς μηχανή, ὦ Σώκρατες; ἢ ἄλλο γέ τι τῶν τοιούτων, εἴπερ ἀεὶ λέγοντος ὑπεξέρχεται, ἅτε δὴ ῥέον.

ΣΩ. Τί δὲ περὶ αἰσθήσεως ἐροῦμεν ὁποιαοῦν, οἷον τῆς τοῦ ὁρᾶν ἢ ἀκούειν; μένειν ποτὲ ἐν αὐτῷ τῷ ὁρᾶν ἢ ἀκούειν; E

C. εἴπερ γε δὴ τελέως] Male vett. edidit. δὴ pro δεῖ, quod unus Par. E. tuetur. Praeterea Ald. Bas. 1. 2. κινήσεσθαι.

ἢ πῶς λέγωμεν] Sic Bodl. Vat. Ven. Π. Vulgo λέγομεν. Sed hic quidem, ubi rei deliberatio suscipitur, coniunctivus locum suum tuetur.

dem maneat atque certum sit, id quod fluat tanquam album fluere, quoniam in perpetua illa rerum vicissitudine nulli rei certa aliqua qualitas potest attribui, atque adeo qualitas ipsa mutationi obnoxia est.

D. Καὶ τίς μηχανὴ, ὦ Σ.] Haesit in his Heindorfius, qui ante ἢ ἄλλο γέ τι aliqua intercidisse suspicatus est. Ficinus: Atqui quo pacto, o Socr., aut in hoc aut in alio ullo id fieri potest etc. unde vir doctus vel ἢ χρῶμα vel ἢ τοῦτο restituendum censuit. Sed huic sententiae adversatus Buttmannus est. Is enim, interrogandi nota post ὦ Σώκρατες interposita, istud καὶ τίς μηχανή; assensionis indicium facere arbitratur. Itaque post hanc assentiendi formulam Theodorum mentioni χρώματος a Socrate factae sublicere haec: ἢ ἄλλο γέ τι κ. τ. λ. perinde ac si diceret: Nequaquam, o Socrates; aut aliud etiam huiusmodi aliquid, siquidem etc. Quae defensio etsi ita est comparata, ut certe additamento nullo opus esse ostendat, tamen insolitam sermonis scabritiem haudquaquam remo-

ΘΕΟ. Οὔκουν δεῖ γε, εἴπερ πάντα κινεῖται.

ΣΩ. Οὔτε ἄρα ὁρᾶν προσρητέον τι μᾶλλον ἢ μὴ ὁρᾶν, οὐδέ τιν' ἄλλην αἴσθησιν μᾶλλον ἢ μή, πάντων γε πάντως κινουμένων.

ΘΕΟ. Οὐ γὰρ οὖν.

ΣΩ. Καὶ μὴν αἴσθησίς γε ἐπιστήμη, ὡς ἔφαμεν ἐγώ τε καὶ Θεαίτητος.

ΘΕΟ. Ἦν ταῦτα.

ΣΩ. Οὐδὲν ἄρα ἐπιστήμην μᾶλλον ἢ μὴ ἐπιστήμην ἀπεκρινάμεθα ἐρωτώμενοι, ὅ τί ἐστιν ἐπιστήμη.

183 *ΘΕΟ.* Ἔοικατε.

E. *οὐδέ τιν' ἄλλην αἴσθησιν*] Bekkerus correxit *οὔτι τιν' ἄλλην*. Sed v. ad Apolog. p. 19. D. Symp. p. 177. E.

vet. Itaque nos quidem putamus traiecta esse verba *καὶ τίς μηχανή, ὦ Σώκρατες*; in alienum locum atque poni oportere post *ἄτε δὴ ῥέον*, ita ut haec: *ἢ ἄλλο γέ τι — δὴ ῥέον* Socratis orationi annectantur.

E. *Ἦν ταῦτα. ΣΩ. Οὐδὲν ἄρα —*] Locus mirum in modum ab Heusdio conturbatus, cui visus est hac fere ratione in pristinum ordinem restituendus esse: *καὶ Θεαίτητος. ΘΕΩ. Ἔοικατε. ΣΩ. Ἦν ταῦτα, οὐδὲν ἄρα ἐπιστήμην μᾶλλον ἢ μὴ ἐπιστήμην, ἀπεκρινάμεθα, ἐρωτώμενοι ὅ τι ἐστὶν ἐπιστήμη, καλὸν ἂν ἡμῖν κ. τ. λ.* sin autem rogati, quid sit scientia, hoc responderemus, scientiam non magis esse scientiam quam insciti am, pulcre emendare anteriorem responsionem possemus. Scilicet non scribi aut dici posse *ἦν ταῦτα ἀπεκρινάμεθα*, hodie vel pueri noverunt. Accedit importunum istud *Ἔοικατε* de re facta positum. Sed fraudi homini doctissimo fuit, si quid video, asyndeton in verbis; *καλὸν ἂν ἡμῖν συμβαίνοι*. Quod tamen nihil habere offensionis, vel ea docebunt quae supra ad p. 181. B. annotavimus. Eodem fere modo Euthydem. p. 273. D. *καλὸν ἄν τι τὸ ἔργον ὑμῶν εἴη, εἰ τηλικαῦτα πράγματα πάρεργα ὑμῖν τυγχάνει ὄντα*. Habet autem asyndeton locum suum etiam in repentina ad aliam sententiam vel argumentationem transitione, qualis haec ipsa est, Hoc enim Socrates dicit: Praeclara vero haec nobis fuerit nostrae responsionis correctio, si demonstrare studeamus, omnia moveri; ut illa scilicet responsio (*ἐπιστήμην εἶναι αἴσθησιν*) recta videatur. Imo vero, opinor, apparet, si omnia moveantur, omnem responsionem de quacunque re pariter rectam esse, sive rem ita se habere quiat, sive non ita, aut si mavis *fieri*; ut ne hoc oratione nostra sistamus. De hoc asyndeti usu diximus ad Phaedon. p. 91.

ΣΩ. Καλὸν ἂν ἡμῖν συμβαίνοι τὸ ἐπανόρθωμα τῆς ἀποκρίσεως, προθυμηθεῖσιν ἀποδεῖξαι, ὅτι πάντα κινεῖται, ἵνα δὴ ἐκείνη ἡ ἀπόκρισις ὀρθὴ φανῇ. τὸ δ', ὡς ἔοικεν, ἐφάνη, εἰ πάντα κινεῖται, πᾶσα ἀπόκρισις, περὶ ὅτου ἄν τις ἀποκρίνηται, ὁμοίως ὀρθὴ εἶναι, οὕτω τ' ἔχειν φάναι καὶ μὴ οὕτως, εἰ δὲ βούλει, γίγνεσθαι, ἵνα μὴ στήσωμεν αὐτοὺς τῷ λόγῳ.

ΘΕΟ. Ὀρθῶς λέγεις.

ΣΩ. Πλήν γε, ὦ Θεόδωρε, ὅτι οὕτω τε εἶπον καὶ οὐχ οὕτω. δεῖ δὲ οὐδὲ τοῦτο οὕτω λέγειν· οὐδὲ γὰρ ἂν ἔτι κινοῖτο οὕτω· οὐδ' αὖ μὴ οὕτω· οὐδὲ γὰρ τοῦτο κίνησις· ἀλλά τιν' ἄλλην φωνὴν θετέον B

P. 183. ὅτι οὕτω τε εἶπον] Pro τε errore vett. edidit τι.

C: Dé τὸ δέ, quod contra, imo vero, v. ad Apolog. p. 23. A. Liberius vero per epexegesin adiiciuntur haec: οὕτω τε ἔχειν φάναι καὶ μὴ οὕτως, quae perinde adduntur ac si praecessisset: τὸ δὲ ἐφάνη ὁμοίως ὀρθὸν εἶναι. Formulam εἰ δὲ βούλει ad Men. p. 71. D. tractavimus. Habet ea nunc vim corrigendi, siquidem quod dixerat Socrates ὁμοίως ὀρθὴ εἶναι, id facete retractatur. Ex hoc ipso autem certissime intelligitur, vitiosam esse lectionem librorum στήσωμεν αὐτούς. Pertinet enim αὐτούς non ad personam aliquam, ut ne ferri quidem possit quod Buttmannus probante Heindorfio coniecit ἑαυτούς, h. e. ἡμᾶς αὐτούς, sed potius ad rem, de qua disceptatur. Quocirca aut scribendum est αὐτό, aut reponendum αὐτήν, quod ad τὴν ἀπόκρισιν referri oportet. Nam quod Schleiermachero in mentem venit αὖ τοῦτο, id ideo ferri non potest, quia αὖ omni caret vi et potestate.

P. 183. ὅτι οὕτω τε εἶπον] Nam οὕτω, quoniam certam aliquam denotat qualitatem, iis certe non licebit dicere, qui omnia perpetuo fluctuare censent.

δεῖ δὲ οὐδὲ τοῦτο οὕτω λέγειν] Heindorfius et Schleiermacherus scribendum censent, τοῦτό τὸ οὕτω λέγειν et deinde, οὐδὲ γὰρ ἂν ἔτι κινοῖτο τὸ οὕτω. Neutro opus est. Nam οὕτω pronomini τοῦτο explicationis causa subiicitur ita, ut et ipsum cum λέγειν cohaereat, perinde ac si scriptum legatur: δεῖ δὲ οὐδὲ τοῦτο λέγειν οὕτω ποιεῖν; οὕτω λέγειν, sed ne hoc quidem, videlicet οὕτω dicere licet; neque enim iam moveatur ista condicione, si dicamus οὕτως. Recte per se dici οὕτω λέγειν, vocabulum οὕτως usurpare, vel illa docent Menon. p. 97. A. Πῶς δὴ ὀρθῶς λέγεις; ubi τό non addendum. Sophocl. Antig. v. 565. ἀλλ' ἦδε μέντοι μὴ λέγε. ubi Schol. recte interpretatur τὸ ἦδε. Ad κινοῖτο autem liquet subiectum, quod vocant, repetendum esse ex superioribus illis περὶ ὅτου ἄν τις

τοῖς τὸν λόγον τοῦτον λέγουσιν, ὡς νῦν γε πρὸς τὴν αὐτῶν ὑπόθεσιν οὐκ ἔχουσι ῥήματα, εἰ μὴ ἄρα τὸ οὐδ' ὅπως. μάλιστα δ' οὕτως ἂν αὐτοῖς ἁρμόττοι, ἄπειρον λεγόμενον.

ΘΕΟ. Οἰκειοτάτη γοῦν διάλεκτος αὕτη αὐτοῖς.

ΣΩ. Οὐκοῦν, ὦ Θεόδωρε, τοῦ τε σοῦ ἑταίρου ἀπηλλάγμεθα, καὶ οὔπω συγχωροῦμεν αὐτῷ πάντ' C ἄνδρα πάντων χρημάτων μέτρον εἶναι, ἂν μὴ φρόνιμός τις ᾖ· ἐπιστήμην τε αἴσθησιν οὐ συγχωρησόμεθα κατά γε τὴν τοῦ πάντα κινεῖσθαι μέθοδον. εἰ μή τί πως ἄλλως Θεαίτητος ὅδε λέγει.

B. *Οἰκειοτάτη γοῦν*] V. *οὖν*, quod mutatum e Bodl. Vat. Ven. *Π.*

οὔπω συγχωροῦμεν] Sic Coisl Ven. *ΑΞΣ.* Vind. Par. BCFH. Zitt. Flor. a. b. c. l. et corr. Ven. *Π.* cum editt. Ald. Bas. I. 2. Vulgo *οὔτω συγχ.*

ἀποκρίνηται, ut nec altera opus sit coniectura Heindorfii, qua legendum suspicatus est *οὐδὲ γὰρ ἂν ἔτι κινοῖ τὸ οὕτω*. Iam his explicatis nihil attinet narrare, quid de Heusdii ratione sentiamus locum sic refingendum putantis: *δεῖ δὲ οὐδὲ τοῦτο Οὕτω λέγειν· οὐδὲ γὰρ ἂν ἔτι κινοῖτο· οὐδὲ αὖ Μὴ οὕτω· οὐδὲ γὰρ τοῦτο κίνησις κ. τ. λ.*

B. *τὸ οὐδ' ὅπως*] h. e. ne ulla quidem ratione, nullo prorsus modo. Recte Schol. *ἀόριστον γὰρ πάντῃ τὸ Οὐδ' ὅπως.*

Οἰκειοτάτη γοῦν διάλεκτος] Recte vidit Heindorfius pro vulg. *οὖν* opus esse *γοῦν*, quod ipsum suppeditarunt codices optimi. Habet enim *γοῦν* vim confirmandi cum aliqua restrictione, quod unice in hunc locum convenit. Respondet enim Theodorus hoc: Convenientissimus certe quidem hic ipsis sermo est.

Οὐκοῦν, ὦ Θεόδωρε, τοῦ τε σοῦ ἑταίρου —] Itaque et cum amico tuo negotium transegimus, necdum concedimus ei quemlibet esse cuiusvis rei mensuram, nisi sapiens sit, et scientiam in sensu inesse non concedomus secundum eam quidem rationem, qua moveri omnia statuunt, h. e. Itaque et Protagoram refutavimus hominem rerum mensuram esse statuentem, et illud quoque effecimus, ut scientia non in sensu inesse existimari debeat. Pro *καὶ οὔπω*, quod iam Fischerus ex Ald. et Bass. editt. restituit, inde a Stephano circumferebatur *καὶ οὔτω*, quod qua ratione defendi queat, nos quidem haudquaquam intelligimus. Pro *ἐπιστήμην τε* Astius *ἐπιστήμην δὲ* scripsit, quod etsi per anacoluthon potuit dici, tamen hic quidem *τε*, quod superiori illi *τε*, verbis *τοῦ τε τοῦ ἑταίρου* interposito, respondet, unice verum putamus. Enimvero sententiam enuntiati licebit etiam sic exprimere: *Quemadmodum* Protagoram re-

ΘΕΟ. Ἄριστ' εἴρηκας, ὦ Σώκρατες· τούτων γὰρ περανθέντων καὶ ἐμὲ δεῖ ἀπηλλάχθαι σοι ἀποκρινόμενον κατὰ τὰς συνθήκας, ἐπειδὴ τὸ περὶ τοῦ Πρωταγόρου λόγου τέλος σχοίη.

Cap. XXIX. *ΘΕΑΙ.* Μὴ πρίν γ' ἄν, ὦ Θεόδωρε, Σωκράτης τε καὶ σὺ τοὺς φάσκοντας αὖ τὸ πᾶν ἑστάναι διέλθητε, ὥσπερ ἄρτι προὔθεσθε. D

ΘΕΟ. Νέος ὤν, ὦ Θεαίτητε, τοὺς πρεσβυτέρους ἀδικεῖν διδάσκεις ὁμολογίας παραβαίνοντας; ἀλλὰ παρασκευάζου, ὅπως τῶν ἐπιλοίπων Σωκράτει δώσεις λόγον.

C. εἰ μή τί πως ἄλλως] Libri omnes: ἢ εἰ μή τι π. Correxit primus Heindorfius, comprobante etiam Bekkero.

D. Σωκράτει δώσεις λόγον] V. Σωκράτη, quod emendatum ex codd. fere omnibus.

futavimus, *ita* nec concedemus scientiam esse in sensu. Ceterum de dictione ἐπιστήμην αἴσθησιν οὐ ξυγχωρησόμεθα, in qua facile aliquis εἶναι infinitivum desideret, contulisse iuvabit p. 184. B. αἴσθησιν γὰρ δὴ ἐπιστήμην ἀπεκρίνω. et p. 182. E. οὐδὲν ἄρα ἐπιστήμην μᾶλλον ἢ μὴ ἐπιστήμην ἀπεκρινάμεθα.

C. ἐπειδὴ τὸ περὶ τοῦ Πρ. λόγου τέλος σχ.] h. e. disputatio de Protagorae placito: quod monemus, ne quis λόγου abesse cupiat. Pro τέλος σχοίη erunt qui τέλος ἂν σχοίη requirant. Sed optativus sine ἄν particula in talibus non tantum de praeterito tempore, verum etiam de praesenti ac futuro usurpatur, si quid vel optari vel opinione alicuius fieri aut futurum esse significatur. Quanquam hoc loco in isto κατὰ τὰς ξυνθήκας inest utique praeteriti temporis significatio, ut profecto liceat verba hunc in modum interpretari: quemadmodum antea inter nos convenerat factum iri quum disputatio de Protagorae sententia finem habitura esset.

Μή, πρίν γ' ἄν —] Ad *Μή* intell. *γένοιτο ταῦτα*, sc. ut tu libereris a disputandi munere. Tum *αὖ* est ex altera parte, item, sicuti nunc eorum rationem explorastis, qui omnia perpetuo flumine agitari existimant.

D. *Νέος ὤν*—*τοὺς πρεσβυτέρους*] Talem antithesin Platoni vehementer fuisse probatam, scite observavit Heusdius Specim. Crit. p. 128. conf. ad Tim. p. 86. E. Apol. p. 25. D. Tum Ficinus: Sed accingere tu, ut reliquorum Socrati rationem reddas; unde Heindorfio suborta suspicio est, intercidisse post *παρασκευάζου* pronomen *σύ*. Quod comprobarem, si Theodorus adolescentem cohortaretur ad eam disputationis partem in se suscipiendam, qua de Eleaticorum ratione explicandum est. Nunc hoc dicit tantummodo: Sed

ΘΕΑΙ. Ἐάν πέρ γε βούληται. ἥδιστα μέντ' ἂν ἤκουσα περὶ ὧν λέγω.

ΘΕΟ. Ἱππέας εἰς πεδίον προκαλεῖ Σώκρατη εἰς λόγους προκαλούμενος· ἐρώτα οὖν καὶ ἀκούσει.

ΣΩ. Ἀλλά μοι δοκῶ, ὦ Θεόδωρε, περί γε ὧν κελεύει Θεαίτητος οὐ πείσεσθαι αὐτῷ.

ΘΕΟ. Τί δὴ οὖν οὐ πείσεσθαι;

ΣΩ. Μέλισσον μὲν καὶ τοὺς ἄλλους, οἳ ἐν ἑστὸς λέγουσι τὸ πᾶν, αἰσχυνόμενος μὴ φορτικῶς σκοπῶ-

Ἐάν πέρ γε βούληται] Vitiose vulgo βούλεται et invitis codicibus.

Ε. οἳ ἓν ἑστὸς λ.] V. ἑστώς, quod nunc cum Bekkero ex Vat. et Ven. *II.* mutavimus. conf. Buttm. Gram. Ampl. *II.* p. 16. 158 sq. Matthiae Gr. §. 122. ann. qui veterem scripturam tuetur.

age, accinge te, ut quae reliqua sunt ad tuendam Protagorae sententiam in medium afferas, quo denique sermo hic noster absolvatur. In qua sententiarum iunctura nemo erit qui pronomen desideret. Respicitur vero ad praecedentia Socratis verba: εἰ μή τί πως ἄλλως Θεαίτητος ὧδε λέγει.

ἥδιστα μέντ' ἂν ἤκουσα —] Lubenter tamen audissem vestram de sententia contraria disputationem, quam nunc, ut videtur, non audiam, siquidem etc.

Ἱππέας εἰς πεδίον προκαλεῖ] Schol. Ἱππεῖς προκαλεῖσθαι εἰς πεδίον, ἐπὶ τῶν τοὺς ἐν τισι βελτίους καὶ ἐπιστημονικωτέρους αὐτῶν εἰς ἔριν προκαλουμένων. Πλάτων ἐν Θεαιτήτῳ καὶ Μένανδρος Καταψευδομένῳ. γράφεται δὲ καὶ, Ἵππον εἰς πεδίον προκαλεῖσθαι, ἐπὶ τῶν εἰς ἃ βούλεταί τις προκαλούντων. Utroque usus est Lucianus, altero in Piscatore §. 9. ubi v. intpp. p. 548. ed. Lehm., altero in Pseudosophist. §. 8. ubi v. Graevium p. 536 sqq. Usurpatur autem proverbium, quoties quis ad id provocatur, in quo plurimum valet quoque vel maxime gaudet.

μοι δοκῶ — οὐ πείσεσθαι] Recte Heindorfius: non placet ei morigerari. v. ad Euthydem. p. 288. C. De infinitivo futuri v. ad Remp. V. 459. C. Phaedon. p. 73. B. Lobeck. ad Phrynich. p. 748. Schaefer. ad Dionys. De Compos. Verb. p. 55. Bernhardy Syntax. p. 366. Prorsus ut h. l. Cratyl. p. 423. D. οὔ μοι δοκοῦμεν ἀνομάσειν. In Alcib. II. p. 141. B. καὶ τοῦτο μὴ μόνον ὑποστείλῃ, αὐθημερόν σου βουλομένου ὡς πάντας αἰσθέσθαι, ὅτι Ἀλκιβιάδης ὁ Κλεινίου τύραννός ἐστι, etsi tres optimi libri αἰσθήσεσθαι exhibent, tamen propter ipsius sententiae rationem aoristus tenendus videtur.

Ε. τὸ τοῦ Ὁμήρου —] Iliad. γ. 172. Odyss. θ. 122. Admiratur philosophus Parmenidem ideo, quia nou, ut alii, doctrinae facultate et ingenii acumine ad inanem doctrinae ostentationem abusus sit, sed sapientiam expetierit et profes-

μεν, ἧττον αἰσχύνομαι ἢ ἕνα ὄντα Παρμενίδην. Παρμενίδης δέ μοι φαίνεται, τὸ τοῦ Ὁμήρου, αἰδοῖός τέ μοι ἅμα δεινός τε. συμπροσέμιξα γὰρ δὴ τῷ ἀνδρὶ πάνυ νέος πάνυ πρεσβύτῃ, καί μοι ἐφάνη βάθος τι ἔχειν παντάπασι γενναῖον. φοβοῦμαι οὖν, 184
μὴ οὔτε τὰ λεγόμενα ξυνιῶμεν, τί τε διανοούμενος εἶπε πολὺ πλέον λειπώμεθα, καὶ τὸ μέγιστον, οὗ ἕνεκα ὁ λόγος ὥρμηται, ἐπιστήμης πέρι, τί ποτ' ἐστίν, ἄσκεπτον γένηται ὑπὸ τῶν ἐπεισκωμαζόντων

φορτικῶς σκοπῶμεν] Steph. *σκώπτωμεν* de coniectura Cornarii, invitis codicibus. Dein Bodl. *Παρμενείδην* et *Παρμενείδης*. de qua forma dicemus alibi.

αἰδοῖός τέ μοι ἅμα δεινός τε] Post *ἅμα* Zitt. Ven. *Π.* Par. C. *εἶναι* inserunt.

sus sit sincero veritatis amore, ut disserendi facultatem cum modestia et gravitate coniungeret. Hinc Sophist. p. 237. A. *Παρμενίδης ὁ μέγας*. Facit autem Plato etiam in Parmenide p. 127. 136. D. et Sophista p. 217. C. Socratem narrantem, a se puero senem auditum esse Parmenidem. Qua in re fidem Platonis addubitarunt iam veteres, ut Athenaeus IX. 15. et Macrobius Saturn. I. I. qui Parmenidem censuere Socrate ita antiquiorem fuisse, ut huius pueritia vix illius attigerit senectutem. Res quomodo explicanda sit, disputarunt nuper Karsten. Parmenidis Reliqq. p. 4 sqq. Brandis Geschichte d. griech. röm. Philos. T. 375. Clinton. in Fast. Hellen. T. II. p. 364. qui Parmenidem circiter Olymp. LXXX. Athenas venisse statuunt. Quod si verum est, Socrates Parmenidem audiverit necesse est puerulus circiter quindecim annorum. Quod tamen parum est verisimile. Nos quid de tota causa sentiamus, in Prolegomenis ad Parmenidem suo tempore explicabimus. In hoc enim dialogo colloquium a Socrate iuvene cum Parmenide habitum enarratur. Tum *βάθος* de ingenii profunditate et animi altitudine dictum, de quo loquendi genere v. Dorvill. ad Chariton. p. 232. Lennep. ad Phalar. p. 6. Casaubon. ad Sueton. Vitell. c. 13. p. 238. ad. Wolf. Blomfield. in Gloss. ad Aeschyli Sept. adv. Theb. v. 590. Iacobs. ad Delectum Epigrammatum p. 238. Themistius. Orat. X. in. *βάθος διανοίας* dixit. Athenaeus IX. 15. *ὁ βιθὺς τῇ φύσει οἰραιηγός*. De Latinorum usu v. Beier. ad Ciceron. De Offic. I. 25, 88. intpp. ad Sallust. Iug. c. 96. §. 4.

P. 184. *μὴ οὔτε τὰ λεγόμενα τί τε δ.*] ne verba viri multoque minus sententiam eius intelligamus. De *οὔτε — τε* v. ad Protagor. p. 309. B. — *ὑπὸ τῶν ἐπεισκωμ. λ.* prae orationibus praeterea turbulenter irruentibus. Metaphoricum verbi usum, quod proprie dicitur de commissatoribus violenter irrumpentibus, habes etiam De Rep. VI. p. 500.

λόγων, εἴ τις αὐτοῖς πείσεται· ἄλλως τε καὶ, ὃν νῦν ἐγείρομεν πλήθει ἀμήχανον, εἴτε τις ἐν παρέργῳ σκέψεται, ἀνάξι' ἂν πάθοι, εἴτε ἱκανῶς, μηκυνόμενος τὸ τῆς ἐπιστήμης ἀφανιεῖ. δεῖ δὲ οὐδέτερα, ἀλλὰ
B *Θεαίτητον ὧν κυεῖ περὶ ἐπιστήμης πειρᾶσθαι ἡμᾶς τῇ μαιευτικῇ τέχνῃ ἀπολῦσαι.*

ΘΕΟ. Ἀλλὰ χρή, εἰ δοκεῖ, οὕτω ποιεῖν.

ΣΩ. Ἔτι τοίνυν, ὦ Θεαίτητε, τοσόνδε περὶ τῶν εἰρημένων ἐπίσκεψαι. αἴσθησιν γὰρ δὴ ἐπιστήμην ἀπεκρίνω. ἦ γάρ;

ΘΕΑΙ. Ναί.

P. 184. *ἄλλως τε καὶ ὃν νῦν ἐγ.*] ὃν Bodl. Coisl. Vat. Ven. *AII.* Par. BC. Flor. a. c. i. Vett. editt. ὅ.

B. quem locum apte contulit Heindorf.

ἄλλως τε καὶ ὃν νῦν ἐγείρομεν —] aliterque (nisi haec ducatur ratio) etiam ea, quam nunc excitavimus, immensae longitudinis oratio, sive quis eam per occasionem exploraverit, indigna patiatur, sive satis diligenter spectaverit (repetendum enim ad *ἱκανῶς* est verbum *σκέψεται*) prolixior facta scientiae vim naturamque obscuratura est. Locus olim foede contaminatus nunc dubitari non potest, quin in pristinam restitutus sit integritatem. Sed ambigitur tamen etiamnunc de particularum *ἄλλως τε καὶ* interpretatione. Et Buttmannus quidem olim cum Heindorfio eas accipiebat pro *ἄλλως τε καὶ ἐπειδή*. Quod fieri nullo modo potest, quandoquidem eos locos omnes, quibus interpretes eandem adhibuerunt explicationem, aut corruptos aut aliter intelligendos esse exploratum habemus. Id ipsum etiam Buttmannus videtur postea temporis sensisse. Scripsit enim in repetita editione Heindorfiana, sese nunc *ἄλλως τε καὶ* ad pronomen *ὅν* trahere, hoc sensu: is praesertim, quem nunc ciemus. At enim vero ita res profecto in eodem luto haeret. Neque enim ullo modo intelligitur, qui fieri possit, ut *ἄλλως τε καὶ* significet praesertim. Sed nimirum non viderunt viri docti, formulae usum non esse unum eundemque, sed potius multiplicem. Itaque hoc loco tenendum, *τε* non pertinere ad sequens *καί*, sed inservire sententiae cum superioribus iungendae; porro *καί* esse etiam, proximeque cum sequenti *ὅν* cohaerere; denique *ἄλλως* esse alia condicione, aliter, si aliter fiat, qui usus vocabuli in vulgus notus. De locutione *λόγον ἐγείρειν* v. Phileb. p. 36. D. coll. Wyttenbach. ad Plutarchi De S. N. V. p. 83.

δεῖ δὲ οὐδέτερα] In talibus apud *δεῖ* reticetur infinitivus *ποιεῖν*, qui per zeugma quoddam ex sequenti verbo petendus est, ut h. l. ex *ἀπολῦσαι*. Sic explicanda sunt quae ad Gorg. p. 491. D. collegimus,

ΣΩ. Εἰ οὖν τίς σε ὧδ' ἐρωτῴη· τῷ τὰ λευκὰ καὶ μέλανα ὁρᾷ ἄνθρωπος καὶ τῷ τὰ ὀξέα καὶ βαρέα ἀκούει; εἴποις ἄν, οἶμαι, ὅμμασί τε καὶ ὠσίν.

ΘΕΑΙ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Τὸ δὲ εὐχερὲς τῶν ὀνομάτων τε καὶ ῥημάτων καὶ μὴ δι' ἀκριβείας ἐξεταζόμενον τὰ μὲν πολλὰ οὐκ ἀγεννές, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ τούτου ἐναντίον ἀνελεύθερον, ἔστι δὲ ὅτε ἀναγκαῖον, οἷον καὶ νῦν ἀνάγκη ἐπιλαβέσθαι τῆς ἀποκρίσεως, ἣν ἀποκρίνει, ἢ οὐκ ὀρθή· σκόπει γάρ, ἀπόκρισις ποτέρα ὀρθο- C

B. ὧν κυεῖ περὶ ἑπ.] Bodl. ὃν κυεῖ. Libri plerique omnes κύει.

ubi quod scriptum legitur: ἢ τοῦτο μὲν οὐδὲν δεῖ αὐτὸν ἑαυτοῦ ἔχειν, τῶν δὲ ἄλλων, id nec Astius nuper satis accurate interpretatus est.

B. Εἰ οὖν τίς σε ὧδ' ἐρ.] Sequitur dehinc alia argumentatio, qua scientiam non inesse in sensuum perceptione docetur. Quae quidem haec est. Percipimus res nobis circumiectas, si quidem accurate loqui voluerimus, non ipsis sensibus, sed potius per sensus: sunt enim sensus nihil aliud nisi organa et instrumenta quaedam, quibus utentes res externas sentimus. Ex quo colligi et concludi oportet, esse praeter illos aliam quandam vim et facultatem, qua una fiat, ut quaecunque nobis occurrant, intelligamus atque cognoscamus. Eaque posita est in mente et ratione. Id quod hac ratiocinatione efficitur. Sunt unicuique sensui certa quaedam subiecta rerum genera, ita ut quae auribus percipimus, non item oculis percipiantur. Iam vero singulorum sensuum perceptiones inter ipsas solemus comparare et quid pluribus commune sit diiudicare, ut quum iis essentiam, diversitatem, identitatem, similitudinem ac dissimilitudinem attribuimus. Quorum omnium nihil sensibus assequimur, ut facile appareat, unam mentem esse, cui eorum intelligentia accepta referatur. Enimvero generales illae et ab ipsis rebus abstractae notiones non insunt in sensibus, sed in animis tantummodo reperiuntur. Unde quum iam satis perspicuum sit, inter scientiam ac sensuum perceptionem plurimum discriminis intercedere, tum aliud quiddam accedit, ex quo idem non minus clare intelligatur. Nam sensuum perceptiones statim ut nati sumus nobis obtigerunt; sed mentis intelligentiam saepenumero provecta demum aetate accipimus, quod sane non ita esset, si scientia et perceptio sensuum non inter se discreparent.

C. ἔστι δὲ ὅτε ἀναγκαῖον] sc. τὸ τούτου ἐναντίον. Tangit his verbis sophistarum, maximeque Protagorae et Prodici curiosam sedulitatem, de qua alibi dictum est.

τέρα, ᾧ ὁρῶμεν, τοῦτο εἶναι ὀφθαλμούς, ἢ δι' οὗ ἐρῶμεν, καὶ ᾧ ἀκούομεν, ὦτα, ἢ δι' οὗ ἀκούομεν;

ΘΕΑΙ. Δι' ὧν ἕκαστα αἰσθανόμεθα, ἔμοιγε δοκεῖ, ὦ Σώκρατες, μᾶλλον ἢ οἷς.

D *ΣΩ.* Δεινὸν γάρ που, ὦ παῖ, εἰ πολλαί τινες ἐν ἡμῖν, ὥσπερ ἐν δουρείοις ἵπποις, αἰσθήσεις ἐγκάθηνται, ἀλλὰ μὴ εἰς μίαν τινὰ ἰδέαν, εἴτε ψυχὴν εἴτε ὅ τι δεῖ καλεῖν, πάντα ταῦτα ξυντείνει, ἢ διὰ τούτων οἷον ὀργάνων αἰσθανόμεθα ὅσα αἰσθητά.

ΘΕΑΙ. Ἀλλά μοι δοκεῖ οὕτω μᾶλλον ἢ ἐκεῖνος.

ΣΩ. Τοῦ δέ τοι ἕνεκα αὐτά σοι διακριβοῦμαι; εἴ τινι ἡμῶν αὐτῶν τῷ αὐτῷ διὰ μὲν ὀφθαλμῶν ἐφικνούμεθα λευκῶν τε καὶ μελάνων, διὰ δὲ τῶν E ἄλλων ἑτέρων αὖ τινῶν, καὶ ἔξεις ἐρωτώμενος πάντα τὰ τοιαῦτα εἰς τὸ σῶμα ἀναφέρειν; ἴσως δὲ βέλτιον σὲ λέγειν αὐτὰ ἀποκρινόμενον μᾶλλον ἢ ἐμὲ ὑπὲρ σοῦ πολυπραγμονεῖν. καί μοι λέγε· θερμὰ καὶ

D. ὅ τι δεῖ καλεῖν] ὅ τι Bodl. Vat. Ven. *Π.* Vett. editt. ὅ. ἐφικνούμεθα λευκῶν] Sic Bodl. Ven. *Δ.* Par. C. Flor. a. c. i. et corr. Coisl. Par. B. In vett. editt. legitur *διικνούμεθα.*

E. *θερμὰ καὶ σκληρὰ*] Male vulgo ξηρά, quod e Bodl. Vat. Ven. *Π.* emendatum.

ἀδύνατον εἶναι] εἶναι om. Steph. cum Par. E.

P. 185. *δι' ἄλλης ταῦτ' αἰσθέσθαι*] V. *τούτων αἰσθέ-*

D. *Τοῦ δέ τοι — διακριβοῦμαι;*] Per interrogationem haec efferuntur, ut transitus ad proxima efficiatur. Iam vero ante *εἴ τινι ἡμῶν κ. τ. λ.* ex *τοῦ ἕνεκα διακριβοῦμαι* assumendum est *τούτου ἕνεκα*, hoc sensu: Cur autem haec tibi tam subtiliter rimari instituo? Hanc ob causam, num aliqua nostri parte una et eadem attingamus alba et nigra etc. quod frequenti breviloquentia dictum pro: ideo ut exploremus, num etc. Phileb. p. 14. B. *τὴν τοίνυν διαφορότητα, ὦ Πρώταρχε, τοῦ ἀγαθοῦ τοῦ τ' ἐμοῦ καὶ τοῦ σοῦ μὴ ἀποκρυπτόμενοι, κατατιθέντες δὲ εἰς μέσον, τολμῶμεν, ἂν πῃ ἐλεγχόμεναι μηνύσωσι κ. τ. λ.* — *ὑπὲρ σοῦ πολυπραγμονεῖν*, tuo nomine agere curiosius. Nam *πολυπραγμονεῖν* dicitur proprie, qui in rebus tractandis curiose versatur ad ipsum non pertinentibus, qui aliena tractat, suorum immemor officiorum. v. De Rep. IV. 10. *τὰ αὑτοῦ πράττειν καὶ μὴ πολυπραγμονεῖν.* Gorg. p. 526. C. *τὰ αὑτοῦ πράξαντος καὶ οὐ πολυπραγμονήσαντος.* conf. Astius ad Legg. p. 388. Quae

σκληρὰ καὶ κοῦφα καὶ γλυκέα δι' ὧν αἰσθάνει, ἆρα οὐ τοῦ σώματος ἕκαστα τίθης; ἢ ἄλλου τινός;

ΘΕΑΙ. Οὐδενὸς ἄλλου.

ΣΩ. Ἦ καὶ ἐθελήσεις ὁμολογεῖν, ἃ δι' ἑτέρας δυνάμεως αἰσθάνει, ἀδύνατον εἶναι δι' ἄλλης ταῦτ' 185
αἰσθέσθαι, οἷον ἃ δι' ἀκοῆς, δι' ὄψεως, ἢ ἃ δι' ὄψεως, δι' ἀκοῆς;

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὐκ ἐθελήσω;

ΣΩ. Εἴ τι ἄρα περὶ ἀμφοτέρων διανοεῖ, οὐκ ἂν διά γε τοῦ ἑτέρου ὀργάνου, οὐδ' αὖ διὰ τοῦ ἑτέρου περὶ ἀμφοτέρων αἰσθάνοι ἄν.

ΘΕΑΙ. Οὐ γὰρ οὖν.

ΣΩ. Περὶ δὴ φωνῆς καὶ περὶ χρόας πρῶτον μὲν αὐτὸ τοῦτο περὶ ἀμφοτέρων διανοεῖ, ὅτι ἀμφοτέρω ἐστόν;

ΘΕΑΙ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ὅτι ἑκάτερον ἑκατέρου μὲν ἕτερον, ἑαυτῷ δὲ ταὐτόν;

σθαι. ταῦτ'] Bodl. Vat. Ven. *Π.* Ceteri libri mss. fere omnes ταὐτὸς αἰσθέσθαι. Nimirum ταὐτης ortum ex compendio voc. ταῦτ' male intellecto. v. Bast. Comment. palaeograph. ad calcem Gregorii Corinth. ed. Schaefer. p. 767.

ἀμφοτέρων διανοεῖ] V. ἀμφοτέρων ᾗ δ. Recte Steph. ᾗ expungendum vidit, quod deest in Vat. Par. B. Flor. b. corr. punctis notatum in Bodl.

sequuntur, iungenda sunt sic: ἆρ' οὐχ ἕκαστα, δι' ὧν αἰσθάνει θέρμὴ καὶ ξηρὰ κ. τ. λ., τίθης τοῦ σώματος; Istud οὐ post ἆρα Heindorfius delendum censet.

P. 185. οὐκ ἂν διά γε τ. ἑτ. ὀργάνου] Int. διανοοῖο. Mox de attributis οὐσίας, τοῦ θατέρου et ταὐτοῦ etc. conferas locum celeberrimum Sophist. p. 254. D sqq. Quem qui una cum iis, quae de eodem argumento in Parmenide disseruntur, ad hunc locum comparaverint, iis vel ex hac una re verisimillimum fiet, Theaetetum, Sophistam et Parmenidem fere eodem aetatis tempore a Platone scriptos et in lucem editos esse. Quamquam quae hoc loco exponuntur, ea minus accurata sunt quam quae de eadem re legimus in Sophista et Parmenide. Ex quo ipso coniicimus, philosophum quo tempore scripsit Theaetetum rem nondum tam certo exploratam habuisse, quam quum scriberet Sophistam, in quo libro totum hunc locum primum sollertissime illustravit. Quod igitur Socrates supra sermonis olim a se cum Parmenide ha-

B *ΘΕΑΙ.* Τί μήν;

ΣΩ. Καὶ ὅτι ἀμφοτέρω δύο, ἑκάτερον δὲ ἕν;

ΘΕΑΙ. Καὶ τοῦτο.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ εἴτε ἀνομοίω εἴτε ὁμοίω ἀλλήλοιν, δυνατὸς εἶ ἐπισκέψασθαι;

ΘΕΑΙ. Ἴσως.

ΣΩ. Ταῦτα δὴ πάντα διὰ τίνος περὶ αὐτοῖν διανοεῖ; οὔτε γὰρ δι' ἀκοῆς οὔτε δι' ὄψεως οἷόν τε τὸ κοινὸν λαμβάνειν περὶ αὐτῶν. ἔτι δὲ καὶ τόδε τεκμήριον περὶ οὗ λέγομεν· εἰ γὰρ δυνατὸν εἴη ἀμφοτέρω σκέψασθαι, ἆρ' ἐστὸν ἁλμυρὼ ἢ δύ, οἶσθ'
C ὅτι ἔξεις εἰπεῖν ᾧ ἐπισκέψει, καὶ τοῦτο οὔτε ὄψις οὔτε ἀκοὴ φαίνεται, ἀλλά τι ἄλλο.

ΘΕΑΙ. Τί δ' οὐ μέλλει, ἥ γε διὰ τῆς γλώττης δύναμις;

ΣΩ. Καλῶς λέγεις. ἡ δὲ δὴ διὰ τίνος δύναμις τό τ' ἐπὶ πᾶσι κοινὸν καὶ τὸ ἐπὶ τούτοις δηλοῖ σοι, ᾧ τὸ ἔστιν ἐπονομάζεις καὶ τὸ οὐκ ἔστι καὶ ἃ νῦν δὴ ἠρωτῶμεν περὶ αὐτῶν; τούτοις πᾶσι ποῖα ἀποδώσεις ὄργανα, δι' ὧν αἰσθάνεται ἡμῶν τὸ αἰσθανόμενον ἕκαστα;

B. περὶ οὗ λέγομεν] περὶ om. Steph. mero errore. Dein pro ἀμφοτέρω libri plerique omnes ἀμφοτέρως.

C. ἡ δὲ δὴ διὰ τίνος] δὴ om. Steph., omittit etiam cod.

bili mentionem facit, id non sic accipiendum putamus, ac si Plato ad dialogum Parmenidem quippe tunc iam divulgatum respexerit; sed eo potius pertinere videtur, quod philosophus eo ipso tempore, quo Theaetetum litteris exaravit, Parmenidis scriptionem iam meditatus est.

C. Τί δ' οὐ μέλλει, ἥ γε — δύναμις;] Quidni! erit certe sapiendi facultas linguae. Perperam Heindorfius explicat: τί δ' οὐ μέλλει τοῦτο ἄλλο τι φαίνεσθαι, ἤγουν ἡ διὰ τῆς γλώττης δύναμις. Mox τὸ ἐπὶ πᾶσι κοινὸν καὶ τὸ ἐπὶ τούτοις intelliguntur qualitates quum-omnibus omnino rebus tum etiam sensibus eorumque perceptionibus communes, veluti οὐσία, ὁμοιότης, ἀνομοιότης κ. τ. λ. Quas vult sensuum iudicio ereptas unice menti animoque subiectas esse.

E. πρὸς δὲ τῷ καλῷ εὖ ἐποίησας] Heindorfius ad πρὸς δὲ τῷ καλῷ putat εἶναι intelligendum relinqui, idque durius esse omissum, quandoquidem verbum substantivum non

ΘΕΑΙ. *Οὐσίαν λέγεις καὶ τὸ μὴ εἶναι, καὶ ὁμοιότητα καὶ ἀνομοιότητα, καὶ τὸ ταὐτόν τε καὶ τὸ ἕτερον, ἔτι δὲ ἕν τε καὶ τὸν ἄλλον ἀριθμὸν περὶ* D *αὐτῶν. δῆλον δέ, ὅτι καὶ ἄρτιόν τε καὶ περιττὸν ἐρωτᾷς, καὶ τἆλλα, ὅσα τούτοις ἕπεται, διὰ τίνος ποτὲ τῶν τοῦ σώματος τῇ ψυχῇ αἰσθανόμεθα.*

ΣΩ. *Ὑπέρευ, ὦ Θεαίτητε, ἀκολουθεῖς, καὶ ἔστιν ἃ ἐρωτῶ αὐτὰ ταῦτα.*

ΘΕΑΙ. *Ἀλλὰ μὰ Δία, ὦ Σώκρατες, ἔγωγε οὐκ ἂν ἔχοιμι εἰπεῖν, πλήν γ' ὅτι μοι δοκεῖ τὴν ἀρχὴν οὐδ' εἶναι τοιοῦτον οὐδὲν τούτοις ὄργανον ἴδιον, ὥσπερ ἐκείνοις, ἀλλ' αὐτὴ δι' αὐτῆς ἡ ψυχὴ τὰ κοινά μοι φαίνεται περὶ πάντων ἐπισκοπεῖν.* E

ΣΩ. *Καλὸς γὰρ εἶ, ὦ Θεαίτητε, καὶ οὐχ, ὡς ἔλεγε Θεόδωρος, αἰσχρός· ὁ γὰρ καλῶς λέγων καλός τε κἀγαθός. πρὸς δὲ τῷ καλῷ εὖ ἐποίησάς με μάλα συχνοῦ λόγου ἀπαλλάξας, εἰ φαίνεταί σοι τὰ μὲν αὐτὴ δι' αὐτῆς ἡ ψυχὴ ἐπισκοπεῖν, τὰ δὲ διὰ τῶν τοῦ σώματος δυνάμεων. τοῦτο γὰρ ἦν, ὃ καὶ αὐτῷ μοι ἐδόκει, ἐβουλόμην δὲ καὶ σοὶ δόξαι.*

ΘΕΑΙ. *Ἀλλὰ μὴν φαίνεταί γε.* 186

Cap. XXX. *ΣΩ.* *Ποτέρων οὖν τίθης τὴν οὐσίαν; τοῦτο γὰρ μάλιστα ἐπὶ πάντων παρέπεται.*

Coisl.

καὶ ἃ νῦν δὴ ἠρ.] *καὶ*, quod desiderabat Heindorfius, in Ven. *II.* rec. additum.

φαντασίαι, visa, 161. E.
φαρμάκια 149. C.
φαῦλος καὶ βραχέως 147. C.
φέρεσθαι, ambiguedictum, 142. A.
φιλοσοφία, latiore sensu dicta, 143. D.
φορτικόν 176. C.
φυλάττειν et φυλάττεσθαι differunt 154. C.
φυρᾶν 147. C.

Χ.

χειμάζεσθαι de disputatione 170. A.
χόες θαλάττης 173. D.
χορηγεῖν, ducem esse, auctorem esse, 179. D.
χορού, οἱ τοῦ ἡμετέρου, 173. B.
χρῆμα in periphrasi usurpatum 209. E.
χρηστός, fatuus, 161. A. 166. A.

Ψ.

ψεῦδος i. q. ψευδές 150. C.
ψιλοὶ λόγοι 165. A.

Ω.

ὥρα ἐστίν 145. B.
ὠργασμένος 194. C.
ὡς cum accusat. partic. 157. E. alius usus 158. B.
ὡς ἄρα 152. D.
ὡς διὰ βραχυτάτων 169. E.
ὡς ἐπὶ πολύ, et ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, 153. B.
ὥστε θαυμάσαι, sine τινά positum, 144. B.

INDEX LATINUS.

A.

Accusativus c. inf. post ὡς et participium illatus 157. C. — ubi utriusque enuntiati idem est subiectum 181. B.
Admiratio philosophiae principium 158. D.
Anacoluthon: quo post τε et participium infertur καί cum verbo finito 162. E. — aliae eius formae, p. 168. D. 170. A. 173. D. 144. A. 182. E. 191. D. 195. E. al.
Antithesis vocum 183. D.
Antaeus 169. B.

Appositio in comparatione usitata 174. E.
Aristides 151. A.
Articulus: deest etiam, ubi vocabula materialiter afferuntur 183. A.
— in continuata rerum enumeratione non repetitus 186. A.
— omissus apud αὐτός 175. C.
— omissus ap. οὗτος 153. A.
— in formulis ἐν κιθαριστοῦ al. num semper omissus? 206. A.
— omissus ante nomina, λιμήν 142. ἀγορά ibid. A. B. al.
— praemissus relativis 204. C.
— praemissus pronominibus personalibus 166. A.
Asyndeton: voc. οὖν in σκεπτέον ἂν εἴη 181. B. 203. E.
— — in καλὸν ἂν εἴη 182. E.
— in πάντα ὅσα 171. E.
— in epexegesi 171. A. 172. D. 173. A.
— ubi γάρ expectes 147. D. 143. A.
— ante πάντως 143. A.
— in oppositis 178. B.
— alia eius ratio 195. B.
Atomistici notati 155. E.
Attractio dativi 171. A.
Attributa essentiae, diversitatis, identitatis al. enumerantur 185. A.

C.

Catena aurea 153. C.
Cerea tabula in animo 191. C. D.
Chiasmus 149. E.
Clepsydrae usus, in iudiciis 201. B. 172. D.
Comparatio seq. ἤ sine ὥστε 149. A. B.
— sine ὥςπερ 151. C.
Comparativus duplex 144. A.

D.

Dativus ethicus 143. E.
Demonstrativum αὐτό, pro relativo illatum, 198. D.
Deus Socratis obstetricius est Apollo 150. D.
Dialectici quinam 167. E.
Dicta acuta cum telis comparata 180. A.
Dualis numerus verbi de pluribus usurpatus 152. E.

E.

Ellipsis: infinitivi post μέλλειν 148. E.
— verbi ποιεῖν post οὐκ· ἄλλο 189. C.
— pronominis τινά apud ὥστε θαυμάσαι 144. B.
— verbi εἶ 143. D. ἐαμέν 145. E.
— voc. τὸν βίον apud διάγειν 174. A.
Empedocles 152. E.
Epicharmus 155. E.
Eristici quinam? 167. E.
Error unde oriatur 192. A sqq.
Euclides Mathem. 142. A.
Euripidis dictum, ἡ γλῶττ' ὤμοσεν κ. τ. λ. 154. D.

F.

Formae: ἐκτῆσθαι et κεκτῆσθαι promiscue positae 198. D. 199. A.

G.

Galli gallinacei 164. C.
Genitivus, obiective positus apud ἐρώτησις 147. C. apud μῦθος et λόγος 164. D.
— ex ὅ suspensus 161. B.
— ex pron. dem. pendens 149. D.
— ex adiect. neutr. gen. pendens 175. A.
— participii sine τινῶν positus 175. A.
Genus participii masculinum cum femininis sociatum 153. B.
Gernhardtus notatus 176. B.

H.

Heraclitus, 152. E. 179. E sqq.

Heracliteorum obscuritas et inconstantia in disserendo 179. E sqq. et 180. A sqq.
Hesiodus 155. D. 207. A.
Hetaeria 173. D.
Homerus 170. D. Protagoreus 160. D.
Hypothesis per optativum sine εἰ expressa 197. B.

I.

Imperfectum, ubi ex nostro usu loquendi praesens expectes 156. A.
Infinitivus in formula, ὅσον ἐμὲ εἰδέναι, 145. A.
Ionici philosophi 179. D sqq.
Iris 155. D.

L.

Lacedaemonii nudato corpore in palaestra certare soliti 162. B.
Litterarum distributio 203. B.
Ludus quidam palaestricus 180. E sq.

M.

Malorum necessitas 176. A.
Mentiri nemo potest 187. A.

N.

Nomen appellativum post ὃ μέν illatum 153. C.
Nomina propria, in plurali posita 169. B.
— per epexegesin subiecta 142. C.
Nominativus, absolutus 173. D.
— post καθάπερ, praecedente alio casu 169. A.
— participii pro genitivo 168. C.

O.

Obstetricum ars 149. B.
Oceanus 180. D.
Opinionis falsae origo 192. A sqq.
Opinio falsa nulla 188. A sqq.
Optativus: pro accusativo c. infin. positus 201. E.
— sine ἄν 183. C.
Oratio recta et obliqua perm. 199. A.
Oratorum nequitia 173. A, prae philosophis contemnendi 172. C sqq.

P.

Parmenides, venerabilis, 152. E. 183. E. quando Athenas venerit, ibid. versus quidam eius 180. D sqq. — dialogus post Theaetetum compositus Prolegg. in.
Participium genitiv. sine τινῶν 175. A.
— plurale post singul. 167. A.
— pos τέτυχα τοῦδε et sim. usurpatum 151. B.
Persona tertia: absolute posita 187. C.
— ubi τὸ πρᾶγμα omissum 171. A.
— ubi τις intelligitur 199. C. 163. E.
Phanaerete 149. A.
Philosophorum descriptio 172. B sqq.
Pindari verba 173. E.
Plantae animalibus annumeratae 167. C.
Pluralis num. participii post singularem 167. A.
— ταῦτα post ὅ 209. A.
— relativi post singul. 147. D.
Plusquamperfectum Atticum 208. E.
Praemia et poenae post mortem 176. E.
Praepositiones ob verbum positae 199. A.
— in compar. non iteratae 170. A.
Protagoras: negat quemquam falsa posse opinari 167. A. — Eristicam plurimi fecit 167. E. — quid senserit de sensuum perceptione 156. A

sqq. eius de diis sententia 162. D. — eius Ἀλήθεια 161. C. scientiam posuit in visis et opinione 151. E sqq.
Protasis enuntiati condicionalis duplex 147. A.
Proverbia: γραῶν ὕθλος 176. B. — αὐτὸ δείξει 200. E. — πλουτεῖν ὄναρ 208. B. — κολοφῶνα ἐπιθεῖναι 153. C. — τὰ ἀκίνητα κινεῖν 181. A. — ἐπὶ πέδας εἰς πεδίον καλεῖσθαι 183. D. — Μυσῶν ἔσχατος 209. B. — ὑπέρου περιτροπή 209. D. — ὄνος κάθου 146. A. — Χόες Θαλάττης 173. D. — εἰ σοὶ φίλον, οὐδ' ἐμοὶ ἐχθρόν 162. B. — οὐδ' ἑνὸς μόνου ἄξιος 162. E. — ὁ λόγος ἀπώλετο et σώζεται 164. A. — ἀλεκτρυόνος δίκην ᾄδειν πρὶν νενικηκέναι 164. C. — ὁμόσε χωρεῖν 165. E.
Pugna apud Corinthum 142. A. B.

Q.

Qualitatis vocabulum 182. A. B.

R.

Reges cum pastoribus comparati 174. E.
Rhetorica inanis 177. B. C.
Relativa post interrogativa ponuntur 146. E.
Relativum pronomen numero plurali relatum ad singularem 147. D.

S.

Sciron 169. A.
Similitudo cum deo 176. A.
Singularis αὐτός post pluralem 173. D.
Socrates minor, quis sit 147. C.
Socrates: arte utitur obstetricia 149. A. — refutat adversarios ex sua ipsorum sententia 187. A. sqq. — λόγων φύλαξ 161. A.
Sophistarum cavillationes, qua evincebant neminem posse τὸ μὴ ὄν dicere 187. A.
Sophocles a Platone respectus 191. A.
Stemmata nobilium 175. A. B.
Summa rerum praedicata 185. A.
Sutores 180. D.
Synesis 168. A. 167. B. C.

T.

Thales stolidus 174. A.
Theaeteti pueri indoles 144. A sqq
Theaetetus dialogus ante Parmenidem scriptus 181. E.
Theodorus Cyrenaicus 143. B.
Thetys 180. D.

V.

Virtus φρόνησιν requirit 176. B.

ERRATA.

Text. Pag. 143. E. ed. Steph. lege: καὶ μή μοι ἄχθον pro καὶ μή μου ἄχθου.

Prolegg. p. 10. pro Domesthene lege Demosthene.

Comment. p. 100. lin. 7. ab inf. pro mentio lege mentione.

Ibid. p. 101. vers. 12. lege fere pro fore.

Reliqui, si qui sunt, errores leviores videntur, quam ut hic memorandi sint.

PLATONIS

OPERA OMNIA.

RECENSUIT ET COMMENTARIIS INSTRUXIT

GODOFREDUS STALLBAUM.

VOL. VIII. SECT. II.

CONTINENS

SOPHISTAM.

GOTHAE

SUMPTIBUS FRIDERICAE HENNINGS.

MDCCCXL.

Londini apud Black et Armstrong.

PLATONIS

SOPHISTA.

RECENSUIT,

PROLEGOMENIS ET COMMENTARIIS

ILLUSTRAVIT

GODOFREDUS STALLBAUM.

GOTHAE

SUMPTIBUS FRIDERICAE HENNINGS.

MDCCCXL.

Londini apud Black et Armstrong.

ERFORDIAE
TYPIS HENNINGS & HOPF.
1840.

PROLEGOMENA

AD

PLATONIS SOPHISTAM.

PROLEGOMENA
AD
PLATONIS SOPHISTAM.

Quem Plato nomine Sophistae inscriptum edidit dialogum, eum ipse significavit cum Theaeteto cohaerere arctissime. Fecit enim eum sermonem, qui in hoc libro narratur, habitum postridie quam qui in Theaeteto habetur, id quod ex ipso eius initio intelligitur. Praeterea etiam eosdem homines illi interesse iussit, qui in Theaeteto loquentes inducuntur: adest enim rursus Theaetetus ille, praeclari ingenii adolescens, qui hic quoque insignes habet disserendi partes; adest item Theodorus Cyrenaicus, Theaeteti magister ac familiaris; adest denique etiam Socrates, quanquam is non iam principalem sustinet disputatoris personam, sed tantum ab initio dialogi nonnulla dicit, quibus tamen efficitur hoc, ut mox de rebus scitu dignissimis longeque gravissimis instituatur disputatio. Quibus quidem rebus manifestum est significari a philosopho singularem quandam Sophistae cum Theaeteto coniunctionem ac necessitudinem. Atque eadem etiam in Theaeteto significatur, siquidem prooemium libri et locus ille p. 183. E sqq. non inepte huc revocari possunt. Nec vero obscurum est, cur philosophus utriusque libri nexum et cohaerentiam isto modo indicaverit. Habet enim profecto Sophistae argumentum cum rebus in Theaeteto explicatis atque illustratis eam coniunctionem, ut quae in altero libro inchoata est disputatio, ea in altero continuari atque

profligari existimanda sit. Demonstratum est in Theaeteto, verae scientiae vim neque in visis inesse neque in opinionibus, qua quidem disputatione Heracliteorum et Protagoreorum convellitur ratio, qui omnem veri cognitionem maxime referebant ad sensus. In Sophista igitur philosophus viam institutam persequitur ulterius. Nam contrariam Protagoreis sententiam sequebantur Eleatici, qui veritatis scientiam et cognitionem unice in eo volebant inesse, quod esse cogitaremus atque una mente et animo cerneremus. Parmenides enim, quum de caussis et initiis rerum subtilius quaesivisset, Xenophanem ducem secutus denique in eam devenit sententiam, ut id quod esse intelligeremus, quoniam ceteris rebus omnibus subesset, rerum principium putaret, in quo uno omnis veritatis scientia et cognitio contineretur. Itaque animo suo effinxit naturam quandam intelligibilem quam Graeci *οὐσίαν* vocant, ad eamque unam retulit omne id, quod verum esset, ipsamque veritatis cognitionem. Nam iis, quae sensibus percipiuntur, ipsique sensuum perceptioni, opinionis quidem verisimilitudinem concessit, ipsum veri iudicium eripuit. Verum illud *ὄν* suum, quod etiam *ἕν* appellatum est, quum vellet esse uniforme, sempiternum, immutabile, denique omnis multitudinis ac varietatis expers, in contrarium incidit errorem, atque ii, qui veritatis iudicium ad sensus deferebant. Nam quemadmodum hi tollebant omnem scientiae unitatem, quandoquidem quae sensibus percipiuntur, ea natura sua fluxa sunt perpetuoque motu feruntur; ita ille sublata cognitionis varietate propemodum omnem auferebat veri scientiam. Redibat enim secundum ipsum omnis mentis humanae cognitio ad unum illud ens, de quo nihil fere praedicari liceret. Quippe universalis ista essentiae notio, licet vere esse iudicaretur, tamen praedicatorum varietate, unde scientia veri suspenditur, omnino caruit, siquidem quae ei attribuebantur, per errorem atque fraudem ipsi attributa sunt. v. Prolegg. ad ampliorem Parmenidis edit. nostram p. 15 sqq. Haec igitur doctrina scholae Eleaticae Platoni non indigna visa est subtiliore examine. Ac tanto magis philosophus ita sentire debuit, quod, sicuti ipse inde profecerat, ita alii extiterant Socratici, qui eam deflexissent sic, ut etiamsi Enti Parmenideo tribuerent multitudinem quandam et partium varietatem, tamen omnem mutabilitatem, communionem et participationem

ab eius natura alienam esse iudicarent. Fecerunt hoc Megarici, quorum rationem Plato in Sophista pariter atque ipsius Parmenidis sententiam examinare in animum induxit. Neque ab hac ratione multum recessit Antisthenes, sicuti rectissime statuit Krugius Histor. Philosoph. §. 114. Enimvero Megarici quum sentirent generale illud esse, nisi partium haberet varietatem, ad scientiam et veritatem parum valere, protenus hac in parte a Parmenidis sententia discesserunt, statueruntque ideas sive ἀσώματα εἴδη, ad quas unas referenda esset veritatis scientia et cognitio. Sed quum iis hac in re cum Platone egregie conveniret, tamen incredibile dictu est, quantopere cum eodem ex alia parte dissenserint. Etenim Plato quum ideas suas non tantum vellet esse in se absolutas, verum etiam vivas, communionis capaces, denique eas, quae notionibus menti humanae veluti impressis etiam eo nomine responderent, quod iis varia et multiplex cum inter ipsas tum cum rebus adspectabilibus atque individuis esset coniunctio et necessitudo: illi in alia omnia discesserunt. Censuerunt enim, ne Parmenidis de Entis constantia sententiam prorsus viderentur deseruisse, formas eius atque species, quas ponebant, omnino sempiternas, immobiles, rigidas, nullius denique motionis et communitatis capaces esse. Quorsum pertinent loci Sophistae p. 246. B sqq. 248. A. — E. et 249 C. D. quos rectissime Schleiermacherus vidit ad Megaricos spectare. v eius Praefat. ad Sophist. interpret. German. p 149 sqq. ed. 2. Idem censuit Deyksius De Megaricis p. 39 sqq. Secus tamen visum est Henrico Rittero in Museo Rhenano Bonn. 1828. Vol. II. p. 305 sqq qui praefracte negat Megaricos multitudinem et varietatem Entis sui admisisse, quippe qui Unum illud suum, quod etiam Bonum ac Deum dixerunt, prorsus immobile et simile et idem semper esse iudicaverint. v. Diog. Laërt. II. 106. VII. 161. Ciceron. Academ. II. 42. Aristocl. ap. Euseb. Praep Evang. XIV. 17. Verum enimvero etiamsi illud minime in viro doctissimo aegre ferimus, quod quae Schleiermacherus mera suspicione ita statuerat, non protenus pro certis et exploratis voluit venditari; tamen quae ipse contra hanc rationem disputavit nobis quidem haudquaquam potuerunt extorquere assensionem. Et illud quidem nos quoque facile largimur, Megaricos tenuisse summam illam Entis sui unitatem, quam statuisset

Parmenides. Etenim sicuti nos generalem essentiae notionem animis nostris informatam tenemus, etiamsi cum essentiae natura varia ac multiplicia attributa solemus coniungere; ita illi quoque, licet ideas statuerent, tamen summi entis unitatem servarunt, imo vero, ad Xenophanis reversi sententiam, eam pro ipso Deo atque Bono habuerunt. Fuisse autem illos in ea sententia, ut ideas esse sibi persuaderent, quum ex ipso Platone verisimile fiat, tum nunc certissimo constat testimonio Aristotelis Metaphys XIV. 4. p. 301. ed. Brand.: *τῶν δὲ τὰς ἀκινήτους οὐσίας εἶναι λεγόντων οἱ μέν φασιν αὐτὸ τὸ ἓν τὸ ἀγαθὸν αὐτὸ εἶναι· οὐσίαν μέντοι τὸ ἓν αὐτοῦ ὤοντο εἶναι μάλιστα.* Quae quidem verba ad Megaricos referri oportere, luculentissime patet ex istis, *οἱ μέν φασιν αὐτὸ τὸ ἓν τὸ ἀγαθὸν αὐτὸ εἶναι*, quam fuisse Megaricorum sententiam exploratum habemus. Itaque sic nobis persuasimus, Euclidem et unum Ens posuisse, et *εἴδη πολλά* statuisse, quae veluti partes et formas illius efficerent. Verum hac ipsa in re ille a Platone multum dissensit. Ille enim quum Parmenidis de Entis constantia, immutabilitate, aequabilitate opinionem firmiter retineret, etiam ideas suas voluit esse immotas, stabiles, atque ita sempiternas, ut nec inter ipsas nec cum rebus mutabilibus ullam haberent coniunctionem. Quippe aequiparavit eas mentis humanae notionibus, quae vocantur abstractae, quas tamen etiam per se seorsum sibi constare voluit. Fuit enim haec Graecorum philosophorum ad Aristotelem usque communis ratio, ut quidquid intelligeretur esse, idem etiam re ac veritate esse vellent, ideoque mentis cogitationem et ipsam essentiam in unum confunderent. Quod quidem Euclidi quoque placuisse eo minus mirabile est, quod is in hac quoque doctrinae suae parte Parmenidem est secutus, quem docuisse constat id quod esset atque cogitare unum idemque videri. v. Prolegg. ad Parmenid. p. 16 sqq. Has igitur ac tales ideas Euclides eiusque amici utique statuerunt. Verum enim vero quum easdem illas censerent et affirmarent prorsus esse immotas et immutabiles, quid inde porro sit consecutum, ad intelligendum non est difficile. Neque enim potuerunt perspicere, qua ratione locum haberet aut idearum complurium inter se mutua coniunctio aut unius eiusdemque ideae cum rebus individuis copulatio, ideoque sustulerunt synthetica iudi-

cia omnia, identica tantummodo reliquerunt. Quod ipsum tetigit Plato in Sophista p. 259. E. sqq et 251. A. sqq. ubi hanc rationem conqueritur ab argutis tricarum captatoribus mirum quantum usurpari, conf. etiam Parmenid. p 142. A 161. A. Theaet. p. 189. Euthydem. p. 284 A. Phileb. p. 14. C. sqq. 15. A. sqq. Excoluisse vero hanc Megaricorum doctrinae partem maxime Stilponem, nunc non est cur accuratius doceamus. Exposuimus enim de his rebus in Prolegomenis ad Parmenidem.

Atque haec quidem si vere explicavimus, facile apparet, quo vinculo Theaetetus et Sophista Platonis inter se iuncti sint. Nam sicuti in Theaeteto docetur veritatem neque in visis neque in opinione esse quaerendam, ita Sophista eo pertinet, ut Ens illud Eleaticum et ideas stabiles atque immotas Megaricorum ad cognitionem veritatis non sufficere demonstretur: imo vero significatur, motum aeque ac quietem in ideis esse oportere, si quis inde veritatis aeternae scientiam haurire velit; in qua ipsa re dialogi argumentum maxime contineri existimamus. Quippe dialectici veri atque germani philosophi esse dicitur, varias et multiplices idearum rationes explorare et quaenam sit earum necessitudo atque coniunctio indagare: quod quidem munus Platoni tanto maius tantoque honorificentius visum est, quod ideas suas non solas mentis cogitationes esse voluit, sed potius reapse extare arbitratus est, ita ut veram rerum omnium οὐσίαν omnem continerent; de qua philosophi sententia nuper copiosius exposuimus. in Prolegomenis ad Parmenidem p. 79 sqq. 269 sqq. conf. etiam G. E. Schulze Disp, De ideis Platonicis. Vitemb. 1786. 4. Herbart. Lehrbuch zur Einleitung in die Philosophie. ed. 3. 1834. pag. 207 sqq. Bonitzius Commentatt. Platonicae III. p. 7 sqq. qui in eandem sententiam disputaverunt.

Verum haec etsi ita sese habere utique exploratum habemus, tamen magnopere falletur, si quis existimet, sermonem in hoc libro eodem modo haberi atque continuari, quo institutus est in Theaeteto. Imo omnia prope, si a personis, quae colloquio intersunt, discesseris, hic immutata sunt, ut plane nova, insolita, insperata videri debeant. Nam Socrates, adest ille quidem, sed non ut ceterorum familiarium magister, qui de rebus gravissimis verba faciat, sed plerumque tanquam audi-

tor, qui ubi ab initio quaedam locutus est, prorsus conticescit ac deinde tacitus assidet. Enimvero partes eius tributae sunt homini peregrino et nobis adhuc incognito, hospiti cuidam Eleatico, quem Theaetetus et Theodorus secum adduxerunt; is igitur cum Theaeteto disserit sermone fere perpetuo, atque ita, ut ceteri qui intersunt colloquio, vix hic et illic aliquid interponant. Deinde per universum fere sermonem regnat ea disserendi ratio, quam quilibet facile sentiat a Socratica illa facilitate, ubertate, elegantia aliquantum recedere. Nam adstringuntur omnia fere dialecticae cuidam subtilitati, quae ex scholae alicuius usu et consuetudine ducta videtur: insolita minutarum divisionum et partitionum copia ad usum revocatur atque explicatur sic, ut, dum notiones bifariam semper dividuntur eius rei, de qua agitur, finitio accuratior anquiratur; adhibetur haec eadem disserendi ratio subinde etiam iis rebus, quae a proposito sunt alieniores, ut scilicet dialecticae quaestionis quasi exemplum quoddam ob oculos ponatur; una eademque res iterum iterumque vocatur in disceptationem, ita tamen, ut vis eius et natura interdum magis ex rebus fortuitis quam ex ipsius virtutibus definiatur; denique eadem ratio etiam traducitur ad explorandam Parmenidis aliorumque philosophorum de rerum essentia sententiam, quo tamen loco ita temperatur et cum eo veri exquirendi studio iuncta cernitur, ut Eleates propemodum sui oblitus esse videatur et invitus ad Socraticam delabi disputandi consuetudinem. Ad haec accedit aliud quid, quod sanequam alicui permirum accidat. Nam quum in Theaeteto omnis fere disputatio eo consumatur, ut veri scientia cur non in visis et opinionibus quaerenda sit demonstretur, in Sophista primo certe adspectu longe aliud quid agi videtur, quam illud ipsum, ut Eleaticorum et Megaricorum de veritatis et essentiae rationibus opiniones examinentur. Nam disquiritur simul copiosissime quum de aliis quibusdam rebus, tum de natura Sophistae: de quo argumento sicuti ab initio libri suscipitur disputatio, ita exeunte demum sermone quid rei sit certo pronuntiatur ac decernitur. Quin etiam significatur alio tempore de Politico quoque et Philosopho similiter disputatum iri.

Quid igitur? unde repentina haec scenae mutatio? qui fit, ut scriptor iam Socratis persona paene neglecta hospitem aliquem Eleaticum induxerit disserentem? quae

caussa est, cur aliam disputandi rationem adoptaverit? cur quaestionem istam de Sophista copulavit cum eo argumento, quod proprie exquirendum sumsisse videri debet? Nimirum haec atque alia id genus ita demum poterunt recte intelligi atque diiudicari, si universi libri argumentum uno quasi mentis obtutu consideraverimus. Quod quo facilius fieri possit ab omnibus, age ante omnia more nostro disputationis summam ita referamus, ut eundem partium ordinem eandemque earum iuncturam servemus, quam apud ipsum Platonem reperimus. Quo facto conabimur de iis rebus exponere, quae ad totius libri argumentum et artificium illustrandum aliquid momenti faciant. Quanquam non id nobis propositum est, ut omnia atque singula subtilius rimemur, quae alicui obscura aut dubia videantur; id enim abhorret a nostro instituto; illud tantummodo efficere conabimur, ut potiores difficultates expediantur et veluti accessus ad librum rectius intelligendum interpretandumque aperiatur.

Est igitur argumentum disputationis fere hoc.

Congrediuntur Theodorus et Theaetetus postridie eius diei, quo habitus fingitur sermo in Theaeteto expositus, cum Socrate, sicuti inter ipsos convenerat. Adducunt secum hospitem Eleaticum, virum philosophiae plane deditum. Eum salutat Socrates magna cum urbanitate, nec vero sine irrisione, siquidem eum dialecticum aliquem suspicatur esse, qui disserendi acumine omnia labefactare et convellere queat. Ad quae Theodorus, Non hic mos est, inquit, huius hospitis nostri, qui est multo lenior, humanior, modestior contentiosis istis disputatoribus: videtur tamen ille divinus esse in philosophia, cui qui recte operam dant, eos omnes divinos iudicare soleo. Quibus auditis Socrates, recte tu quidem, inquit: sed ambigua certe atque dubia philosophorum species est; apparent enim modo induta politicorum persona, modo sophistarum nomen gerunt: quin interdum etiam insanorum nomine ornantur. Itaque protenus ab hospite Eleatico petit, ut sibi exponat, quo tandem modo sophista, politicus et philosophus ab Eleatis distinguantur.

Ex hoc loco intelligere licet, cur Plato, posteaquam in Theaeteto ab exploranda eorum ratione, qui in visis et opinionibus veritatis scientiam posuissent, disputationem suam exorsus erat, deinde progressus

longius non modo Eleatarum doctrinam confutaverit, sed etiam veri nominis philosophum a viro civili distinguendum esse docuerit. Fuerunt enim illa aetate, qui philosophos et politicos mire confunderent. Sed nolumus nunc de hoc argumento exponere, de quo dicemus in Prolegomenis ad Politicum. Hospes igitur Eleaticus, Socratis voluntati obtemperaturus, quid sit, in quo Sophistae natura cernatur, disserendo explicare conatur, ideoque Theaetetum ad sermones secum instituendos invitat. Enimvero videtur mos fuisse Eleaticorum et Megaricorum, dialecticam ita exercere, ut colloquia instituerent, quibus res, de quibus ageretur, in disceptationem vocarentur. Id quod quum de Zenone Eleata, tum de Euclide, scholae Megaricae principe, satis testatum habemus. Itaque quid sit sophista, interrogando et respondendo exquiritur; sed exquiritur sic, ut ratio disserendi Megarica potius quam Socratica esse videatur. Difficile utique est, inquit hospes, quid Sophista sit, indicare accuratius. Ut igitur viam et rationem, qua res pervestiganda sit, cognoscamus atque addiscamus, age primum in re faciliore illam ipsam adhibeamus. Nam ita certe futurum est, ut quomodo in nostra caussa disceptanda versandum sit, ipso usu cognoscamus. Instituitur igitur iam disputatio de variis artibus earumque partibus, ita tamen, ut quae hic disseruntur, ea ipsa mox lepidissime in Sophistam transferantur. Ostenditur enim postea Sophistam esse venatorem, qui divitum opulentorumque hominum gratiam lucri faciendi caussa aucupetur; eundem esse artium ac doctrinarum liberalium quasi mercatorem quendam atque cauponem; porro exercere eum artem certandi atque litigandi; et quae sunt similia. Orditur igitur Eleates disputationem **a piscatore hamulario.**

Piscator, inquit, artem aliquam tenet. Artium omnium vero duo sunt genera. Aliae enim effectrices sunt, aliae acquirendi caussa exercentur. Iam quum ad posterius genus ars piscatorum referenda sit, *τὴν κτητικήν*, quae Graece vocatur, rursus dividamus bifariam. Est autem altera eius pars, quae fit voluntaria permutatione; altera quae vel factis vel verbis aliquid sibi vindicat, ideoque *χειρωτική* appellatur. Haec ipsa vero rursus est duplex: nam si palam et aperte sibi vindicat, certatoria est; sin clam, venando quia procedit, *θηρευτική* quaedam esse videtur, quod ipsi nunc

nomen ponamus. Huius *θηρευτικῆς* rursus duae sunt species atque formae. Potest enim venatio esse rerum vel animatarum vel inanimatarum. Ad priorem quia piscatura hamularia pertinet, age, rursus eius discernamus partes. Sunt igitur *ζωοθηρικῆς* species duae, altera pedestris generis, variis et multiplicibus nominibus insignis, *πεζοθηρική*, altera natantium animalium, *ἐννυροθηρική*. Natant autem animalia vel per aërem, quum volant, vel per aquam; unde oritur *ὀρνιθοθηρευτική* et *ἁλιευτική*. Aquatilium porro venatio rursus est duplex. Fit enim vel retinaculis vel percussione, ideoque est *ἐρκοθηρική* et *πληκτική*. Posterior rursus bifariam dividenda est. Quodsi enim noctu ad ignem fit, *πυρευτική* appellanda videtur: sin exercetur interdiu, quum fuscinae in extremis partibus habeant uncos, tota vocatur *ἀγκιστρευτική*. Verum haec ipsa quoque duas habet partes. Quum enim de superioribus ad inferiora ope tridentium fit, *τριοδοντία* dicitur; quum autem ex parte contraria sursum hamo maxime peragitur, est haec ipsa illa, quam quaerimus, *ἀσπαλιευτική*, sive **piscatura hamularia**.

En igitur invenimus quod volebamus (P. 211. C.), neque aliter nobis versandum erit in indagando Sophista. Est enim ille quoque auceps quidam ac venator, quanquam non pisces capit, sed potius divitias iuvenum aucupatur. Nimirum differunt ambo maxime eo, quod piscator ad mare et flumina versatur, quae in his sunt animalia venaturus, Sophista autem terras lustrat, alia videlicet sectans flumina, auri argentique, et pratis quasi incubans, quae divitiis et iuventute abundant.

Igitur consideremus pedestrium animalium venationem, quam Sophista exercet. Sunt autem *πεζοθηρίας* duae maxime partes, altera cicurum, agrestium altera. Cicur animal hominem esse liquet, ad quem tota pertinet *ἡμεροθηρική*. Sed huius rursus duplex forma est. Aut enim vi peragitur atque tum vocatur *ἀνδραποδιστική*, aut fit persuadendo, estque *πιθανουργική*. Ad hanc quoniam Sophistae ars manifesto pertinet, dividenda ea nobis necessario est bifariam. Fit enim *πιθανουργική* vel privatim vel publice. Privatim si fit, *ἰδιοθηρευτική* potest appellari, cuius ipsius item distingui possunt species duae, altera *μισθαρνευτική*, altera *δωροφορική*, quandoquidem etiam munera dantur iis, qui venando capiuntur, sicuti ab amantibus fieri

solet. *Μισθαρνευτική* autem duplex secerni potest. Nam vel gratia fit et voluptatis tanquam escam habet, unde sibi alimenta pro mercede comparet, quae est *κολακική* quaedam sive *ἡδυντική*: aut virtutem profitetur eaque professione alios ad se allicere conatur. Et postremam quidem artem apparet esse sophisticam. Est igitur ea secundum hanc nostram disceptationem venatio quaedam iuvenum divitum et nobilium, quae fit per artem conciliandi, subigendi, venandi, alias similes. Quo ipso intelligitur naturam Sophistae a nobis etiam clarius quam antea esse perspectam (P. 223. B.).

Nihilominus tertium de eo videndum est, inquit hospes Eleaticus. Nam ars, cuius ille est particeps, admodum varia est ac multiplex, videbaturque paene antea non ad illud genus pertinere, ad quod eum retulimus. Repetamus igitur artium divisionem inde ab *κτητικῇ*. Erat haec duplicis generis, una venatoria, altera permutatione fieri solita, sive *ἀλλακτική*. *Ἀλλακτική* rursus tanquam partes sibi subiectas habet *τὸ δωρητικόν*, donationem, et *τὸ ἀγοραστικόν* sive negotiationem; *τὸ ἀγοραστικόν* vero complectitur *τὴν αὐτοπωλικήν*, sive mercaturam eorum, qui ipsi fabricantur, et *τὴν μεταβλητικήν*, quae alienorum operum emtionem venditionemque exercet. Sed *μεταβλητικῆς* discrimen hoc est, quod vel in una urbe instituit commercium atque ita institutoria appellatur; vel ex alia in aliam urbem migrat vendendi caussa, quae est ars *ἐμπορική* sive mercatoria. Itaque iam *ἐμπορική* dispertienda venit. Quae quidem commode bifariam dividitur, prouti vendit vel ea, quibus corpus alitur ac sustentatur, vel ea, quibus pascitur animus. Alteram hanc eius partem oriri ex *μουσικῇ* manifestum est, cuius quasi merces non minus per urbes importantur et exportantur, quam esculenta atque potulenta. Est igitur *ψυχεμπορική* quaedam, si ita dicere licet. Huius duplex est species, *μαθηματοπωλική* altera, quae pertinet ad artium disciplinas; altera, quae ad virtutem refertur. Cuius nomen si quaerimus, non aliud certe videtur esse, quam artis sophisticae. Est igitur Sophista virtutis caupo: quamquam etiam eum, qui artium ac disciplinarum mercaturam facit, Sophistam appellare licebit (P. 224. E.).

Verum alio etiam modo rem dispiciamus. Artis acquirendi pars quaedam erat nobis concertatoria, sive *ἀγωνιστική*. Hinc igitur proficiscentes age experiamur,

num Sophistam etiam aliter describere possimus. Habet autem *ἀγωνιστική* genus duplex, *ἀμιλλητικόν* et *μαχητικόν*. Posterius cernitur vel in corporis vi vel in orationum certamine et controversia. Alterum hoc, quod *ἀμφισβητικόν* vocemus, aut in longis orationibus positum est, quae adversus contrarias orationes de rebus iustis et iniustis publice habentur, ideoque est iudiciale, *δικανικόν*, aut inter homines privatos locum habet, quum in utramque partem disseritur, estque *ἀντιλογικόν*. Huius ipsius autem partes sunt duae, quarum altera, quia sine ordine et sine arte fit, nomine caret; altera, quae ex artis regulis de rebus iustis et iniustis disceptat, *ἐριστικόν* appellare consuevimus, hoc est artem disputandi. Iam vero *τὸ ἐριστικόν* rursus aut nugatoria ars est, quae rem familiarem negligit ac pessumdat, aut disputatoria, quae ex privatis sermonibus quaestum facit. Hunc vero dum attigimus, ecce rursus emergit admirabilis iste, quem quaerimus, Sophista. (P. 226. A.).

Vides igitur, ita hic hospes Eleates ad Theaetetum, vides, animal istud, quod venamur, admodum varium esse ac mobile, ut non possit alterutra tantum manu comprehendi. Ergo utraque oportet. Persequamur vero illud alia via. Multa sunt nomina, quae servile ministerium aliquod designant, veluti quum dicimus percolare, excribrare, vannare, carminare, deducere, pectere, et quae sunt id genus alia. Quae vero nos commemoravimus, ea omnia pertinent ad artem *διαιρετικήν*, sive discernendi. Hinc igitur exordiamur. Discernendi artis duas species cernere licet. Discernimus enim et peius a meliore et simile a simili. Illud quum facimus, peius abiicimus, melius servamus; quamobrem hanc discretionem patet esse purgationem sive *καθαρμόν* quendam. Iam vero purgationis duplex est ratio. Sunt enim primum corporum purgationes, eaeque multiplices: partim enim sunt animalium, quum vel sordes interiores gymnasticae et medicae artis ope abiguntur, vel exteriores balnearum usu abluuntur; partim sunt rerum inanimatarum, quarum curam habent fullones aliique id genus homines. Praeterea etiam animorum quaedam purgatio est, quae malum ex iis elicit, bonum reliquum facit. Sunt autem duae animi pravitatis species, una quae sicuti morbus in corpore, altera quae sicuti deformitas in eo exsistit. Nam morbi instar in animo est voluptа-

tum seditio ac discordia cum ratione sive pravitas: deformitati vero similis est ignoratio animi atque aberratio ab eius, quod rectum est atque verum, cognitione. Et sicuti corporis deformitati gymnastica, morbis autem medicina remedia adhibet, ita pravitatem ex animo tollit ἡ κολαστικὴ, ignorationem vero ἡ διδασκαλικὴ. Iam vero διδασκαλικῆς duo sunt genera pro ignorationis diversitate. Spectat enim illa vel ad δημιουργικὰς διδασκαλίας, vel est παιδεία. Est autem rursus duplex, severior atque lenior: nam νουθετικὴ graviter obiurgat vel etiam admonet; cui contraria est μαιευτικὴ, h. e. vanae doctrinae, quae falsa nititur opinione, refutatio. Et hanc quidem qui adhibet animo, is vere mentem purgare putandus est eique prodesse plurimum. Neque enim satis est si animus non sit pravus, ut nullis poenis sit coërcendus; ne turpis quidem esse debet, imo pulcrum oportet esse. Quod efficitur maxime per eam διδασκαλικῆς partem, quae intus animum perpurgat, ut nativa ei sua polleat atque vigeat, abiectis omnibus vanis opinionibus. Est igitur refutatio optima et certissima purgatio, cuius vim salutarem qui non in se expertus est, eum incultum ac deformem iudicare debemus iis partibus, quae in eo maxime splendeant necesse est, qui vere beatus futurus sit. Quid igitur? Suntne qui hac arte purgatoria utuntur Sophistae appellandi? Vereor equidem, ut iis haec tanta dignitas atque gravitas concedenda sit. Nam etiam cani lupus est similis, ferissimum animal mansuetissimo. Omninoque in usurpandis similitudinibus maxima cautio adhibenda est. Verumtamen esto: nolumus enim iam de exiguis terminis movere controversiam, modo caute prudenterque statuamus. Ita igitur sophistica est pars purgandi artis quaedam, quae pertinet ad vanae sapientiae opinionem castigandam atque redarguendam. (P. 231. B.)

Dubitare hic se fatetur Theaetetus de veritate eorum, quae modo exposita sint et magnopere haesitare. Cui Eleates: At nimirum Sophista quoque nunc existimandus est valde haesitare, quo tandem pacto nostram effugere possit orationem; verissime enim in proverbio dicitur, non esse facile omnes eludere prehensiones. Age igitur, denuo eum adoriamur. Videamus tamen ante omnia, quot Sophistae species adhuc se nobis obtulerint. Primum igitur visus est esse iuvenum et divitum vena-

tor mercenarius; deinde mercator quidam, qui disciplinas et artes liberales venderet; tertio earundem institor; quarto nobis erat is, qui disciplinas proprias venderet; quinto apparuit ut athleta quidam artis orationibus concertandi, qui artem disputandi separatim a reliquis factitaret; denique ponebamus, nec tamen sine dubitatione quadam, esse eum opinionum, quae animi eruditioni ac sapientiae officerent, purgatorem. Mira vero atque singularis haec multiplex eius forma ac species est, quae certe iniicit multam dubitationem. Pergamus igitur naturam eius porro exquirere, si forte certius quiddam explorare liceat, unde possit intelligi, cur ille, etiamsi uno tantum nomine insigniatur, tamen adeo varius sit atque multiplex. Fuit autem unum quiddam in superiore sermone, quod eius indolem et ingenium patefacere maxime videretur. Diximus enim eum esse *ἀντιλογικόν*, qui contra omnia dicere posset. Videamus igitur, de quibusnam rebus *ἀντιλογικοί* isti sese profiteantur alios quoque ad contra dicendum idoenos reddere posse. (P. 232. B.)

Videtur autem contra dicendi ars de omnibus omnino rebus, divinis et humanis, publicis et privatis, controversiam facere idque ipsum profiteri (P. 232. C — E.). Atqui fieri non potest, ut unus idemque homo sciat omnia. Itaque Sophistae non revera rerum omnium gnari sunt, sed excitant tantummodo hanc de sese opinionem, ut gnari esse videantur. Quocirca opinatam quandam omnium rerum sapientiam, non veram cognitionem habere existimandi sunt. Iam vero si originem huius opinatae sapientiae indagamus, curnitur ea in imitatione. Quemadmodum enim qui se una arte profiteatur omnia effecturum esse rerum simulacra, eos, qui a pueris rerum sint inscientes, artibus suis fallat ac decipiat; ita etiam est quaedam ars orationum, qua iuvenes imprudentes queant decipi, ita ut quae sint tantummodo rerum simulacra oratione expressa, ea pro veris ducant atque ipsum talia dicnetem in omni rerum genere putent esse sapientissimum. Ex quo consequitur, ut Sophista inter imitatores a: praestigiatores numerandus sit (P. 233. A. — 235. A.). Age dum igitur, iam certe nostrum est belluam istam, quam propemodum reticulo oratorio quodam constrictam tenemus, non rursus dimittere. Dividamus ergo in sua genera simulacra fingendi

artem sive *τὴν εἰδωλοποιϊκήν*: ita enim fiet, ut ubi ille delituerit, facile animadvertamus.

Sunt igitur duae species *τῆς μιμητικῆς*, una, quae exprimit rerum formas ipsi veritati convenientes; altera, quae exhibet imagines ad speciem tantummodo veritatis expressas. Illam *εἰκαστικήν*, hanc *φανταστικήν* recte dixerimus. Hic vero quum dubium sit, ad utram partem sophisticam referri oporteat, tum nova oritur difficultas. Nam istud apparere et videri nec tamen esse, et dicere aliqua neque tamen vera, haec omnia plena sunt difficultatis, quandoquidem haudquaquam facile intellectu est, qui fieri possit, ut qui dicat falsa dicentem et opinantem vere esse, non secum ipso pugnet. Sumitur enim ita, quod non sit, idem tamen esse (P. 235. B. — 237. A.). Et pugnat haec ipsa opinio vehementer cum nobilissima illa Parmenidis sententia, qua *τὸ ὄν* tantummodo esse posse statuitur. Nam id quod non est certe neque esse neque aliquid aut aliquo modo esse potest. Iam vero qui non aliquid eloquitur, is certe nihil dicit, hoc est plane non dicit, siquidem aliquid semper eloquatur qui dicit prorsus necesse est (P. 237. A. — 238. A.). Praeterea eius quod non est (*τοῦ μὴ ὄντος*) nulla esse possunt praedicata, ut hodie loquimur; itaque nec eorum quae sunt quidquam illi licet attribuere, veluti numerum, qui inter ea est, quae esse affirmamus: quamobrem qui non ens (*μὴ ὄν*) tanquam unum quiddam aut non entia ut plura commemorat, is nihil dicit. Quid quod id, quod non est, ne mente quidem et cogitatione intelligere licet. Quod autem multo magis mirum est, imo vero absurdum, ne possunt quidem haec, quae memoravimus, ullo modo de non ente dici. Qui enim illud inexplicabile aut ineffabile esse censet, is eo ipso illud esse statuit et affirmat, ideoque secum ipse pugnat mirifice. (P. 238. B. — 239. B.)

Hinc vero apparet falsam speciem erroremque nullo modo esse posse. Nam species falsa quum res ab eo quod est diversas ideoque alias repraesentet, neque etiam quidquam in rerum natura reperiatur, quod non esse dici queat; certe fraus atque error nusquam habet locum. Quod si ita est, ne Sophista quidem inter praestigiatores numerandus videtur. (P. 239. B. — 241. C.)

Neque tamen vel sic desperare licet futurum esse, ut veram eius indolem naturamque aliquando exquiramus.

Quippe impugnanda nobis est Parmenidis sententia, qui Non-ens (*τὸ μὴ ὄν*) omnino non esse posse prorsus negavit. Enimvero id, quod non est, tamen etiam est quodammodo, ac vicissim quod est, quodammodo etiam non est. Quam sententiam si veram esse probaverimus, nec falsam opinionem falsaque iudicia esse posse dubitabimus (P. 241. C. — E.). Adoriendum igitur atque impugnandum illud Parmenidis placitum est, quo statuit *τὸ μὴ ὄν* nullum esse neque *τὸ ὄν* aliquo modo esse posse. Quod ut recte et ordine fiat, age ante omnia philosophorum de eo, quod esse putatur, varias sententias et opiniones exploremus. (P. 242. B.)

Videntur autem philosophi veteres in hac re parum accurate esse versati. Fuerunt enim, qui tria esse *τὰ ὄντα* statuerent inter se modo pugnantia modo in gratiam redeuntia; fuerunt item qui duo ponerent, fluidum et siccum, calidum et frigidum: qui quidem omnes ea mutuo inter ipsa coire voluerunt. His tertium accessit genus philosophorum, Eleaticum, qui inde a Xenophane et prius adhuc statuerunt unum esse omnia. Ionicae autem et Siculae quaedam Musae postea prodierunt, quae tutissimum esse putarunt dicere, et unum esse multa et multa unum, utraque autem contineri amicitia. Quarum sententiam assequi utique est longe difficillimum: neque illi hanc rei difficultatem admodum curarunt. Quocirca ipsos mittamus: videamus potius, quid *τὸ ὄν* esse existimandum sit (usque ad p. 243. D.).

Est igitur illud ipsum, quod esse dicitur, aut diversum quiddam a calido et frigido aliisque id genus elementis, contrariis illis ac secum pugnantibus, aut unum quoddam ex illis, aut denique utrumque atque omnia. Si ab illis est diversum, tria aut plura existunt rerum genera, veluti, quum tria ponuntur, ens, calidum, et frigidum: si unum aliquod, certe *τὸ ὂν* unum revera est: sin denique omnia, rursus unum tantummodo est genus eorum, quae esse putantur. Ex quo efficitur, quo iure duo vel etiam plura rerum genera ab eo quod est segregata ponantur (usque ad p. 244. B.).

Igitur *τὸ εἶναι* explorandum subtilius est. Quod ut recte fiat, audiamus eos, qui id quod est unum esse dictitant, hoc est, Eleaticos. Ponunt igitur illi *τὸ ὄν* esse unum. Iam si *τὸ ὄν* ab *τῷ ἑνί* non differt, duo

vocabula unam eandemque rem designabunt, id quod perquam ridiculum est; nam ita certe nihil dicitur aliud, quam unum esse unum aut ens esse ens. Sin autem τὸ ἕν et τὸ ὄν inter se diversa sunt, aut duo ab illis ponuntur principia, quod adversatur ipsorum sententiae; aut alterutrum vocabulum nihil denotat nisi forte nomen ipsum, ut nominis nomen esse dicendum sit, id quod non videtur rationi consentaneum esse. Nam isto modo mutuam nominis et unius rationem sublatum iri manifestum est (usque ad p. 244. D.).

Porro Eleatae huic uni etiam totius virtutem attribuunt, unde Parmenides illud etiam vult sphaericam habere figuram. Omnis autem sphaera habet medium et extremitates, ideoque in partes dividi potest. Ex quo consequitur, ut quod isto modo totum aliquod conficit, id non possit esse ipsum unum, quod certe partium expers sit necesse est. At, dixerit quispiam, potest tamen unum per accidens esse totum, ita ut tantummodo πάθος ἔχῃ τοῦ ὅλου, ut Graeci loquuntur. At enim vero unum si est accidens totius, protenus duae emergunt naturae; sin autem ens totum omnino non est, ne ens quidem est, adeoque non-ens erit, quandoquidem id, quod non est totum, nec ens esse posse omnes largiuntur. Praeterea id, quod fit, semper etiam totum fit. Itaque qui totum et unum rebus eximunt, ii tollunt omnem rerum ortum, imo etiam earum essentiam. Itaque sive id quod est duo sive unum tantum posuerimus, maximae sane et prorsus innumerabiles emergent difficultates. (usque ad p. 245. E.).

Et hactenus quidem de iis diximus, qui de eo quod est et de eo quod non est quaesiverunt subtilius, quanquam non omnes recensuimus. Iuvabit vero etiam eos audivisse, qui secus haec tractarunt. Ita enim certius etiam nobis constabit τὸ ὄν non esse ad explicandum facilius quam τὸ μὴ ὄν. Duplex autem hic prodit philosophorum familia. Alii enim id tantummodo vere esse arbitrantur, quod corporeum sit sensibusque possit contrectari; alii essentiam vindicare student unis formis quibusdam cogitabilibus, quae omnis corporeae materiae expertes mente tantum atque animo intelligantur. Inter utrosque autem medios semper immanis quaedam cietur pugna inter se dissentientium philosophorum. Et prius quidem genus eorum, qui quaecunque sint eadem etiam

sensibus contrectari posse existimant, paullo est agrestius et ferocius. Adversus quos tamen hac uti licebit argumentatione. Animal quodcunque necesse est corpus esse anima praeditum. Igitur anima revera est. Iam vero alia anima reperitur esse iusta, alia iniusta; sapiens alia, alia insipiens. Ex quo consequitur, ut etiam iustitia, sapientia, aliae virtutes, vere esse existimandae sint. Haec autem omnia quum sensibus percipi contrectarique haudquaquam possint, corporeae materiae expertia sint prorsus necesse est. Quodsi autem nihilo secius reperiantur, qui quicquam esse negent quod manibus apprehendi nequeat, eos hac argumentatione confutare licebit. Quidquid habet aliquam vim et facultatem aliquid efficiendi vel patiendi, id esse arbitramur: cernitur enim essentia in vi et facultate. Haec ipsa autem a materia corporea diversa est. Ex quo sequitur, ut etiam id esse concedendum sit, quod a corporibus natura sua differt. Haec ipsa autem vis eorum, quae vere sunt, naturam omnem absolvit, ut ipsum esse nulla alia re nisi vi et efficacia quadam contineatur. (usque ad p. 248. A.).

Sed his missis videamus contrariam eorum philosophorum sententiam, qui omnem essentiam ex ideis pendere volunt. Discernunt igitur illi *γένεσιν* sive generationem ab essentia sive *οὐσίᾳ*. Et corpore quidem sensuumque perceptione nos volunt eorum fieri participes, quae generantur; sed ea, quae sunt sempiterna atque immota, in quibus solis essentiam putant inesse, animo tantum et ratione attingi arbitrantur. Quidnam vero istuc est, quod isti vocant participem esse vel rerum vel idearum? Enimvero rem si accurate aestimemus, facile intelligemus, esse illud nihil aliud nisi affectionem et actionem quandam e facultate eorum, quae inter se congrediuntur, proficiscentem (ein gegenseitiges Thun oder Leiden *aus einer Kraft hervorgehend*). Nec tamen hoc idearum patroni nobis concedent, quippe qui generationi quidem agendi patiendique vim attribuunt, essentiae autem eandem eripiunt. Quae eorum opinio vide quam infirmo nitatur fundamento. Largiuntur illi ipsi species illas sempiternas a nobis mente ac ratione intelligi atque cognosci. Iam vero cognitionem in quanam re inesse putabimus nisi in mentis animique actione quadam? Cognosci autem et intelligi

quid est aliud quam aliquo modo affici? Quodsi igitur ea, quae sunt, cognoscuntur, eadem consequitur mentis cognitione etiam affici et moveri, ideoque esse patibilia atque mobilia. Et vero rectissime ita iudicatur. Quid autem porro? num ei, quod omnino sit (*τῷ παντελῶς ὄντι*), motum et vitam et animum et prudentiam adesse recte negabimus, aut vivere illud ac sapere prorsus infitiabimur, immotum idem stare et augusto venerandoque rationis munere orbatum esse existimantes? rationem autem si ei tribuerimus, num ipsi eripiemus vitam? Enimvero si immota sint ea, quae esse iudicamus, manifestum est nemini cuiquam de ulla re usquam inesse posse rationem et intelligentiam. Est enim ratio et intelligentia nihil aliud quam actio sive agitatio; ideoque motio. Quemadmodum vero sine motu ratio esse nulla potest, ita eadem esse non poterit, si omnia moveantur nihilque sit perpetuum, sempiternum, immotum. Cognitioni enim subiectum esse debet aliquid, quod certo permaneat sibique semper constet. Quodsi igitur rationem ac scientiam penitus tollere noluerimus, ei quod est, nec motum eripere nec constantiam et sempiternitatem abiudicare debebimus (usque ad p. 249, D.).

Haec igitur contra eos dicta sunto, qui ab eo, quod vere est, motum omnem mutationemque removere conantur. Exploratum enim habemus motum et generationem non minus esse, quam statum et quietem. Verum enim vero hic nobis oboritur nova difficultas eaque minime levis aut exigua. Nam motus et quies quum res sint plane contrariae, tamen utrique, utpote ideis quae vere sunt, pariter *τὸ εἶναι* proprium esse iudicari debet. Et tamen istud ipsum, quod esse dicimus, rursus ab utroque illo, et motu et quiete, diversum videtur: nam quum esse dicimus sane aliud quid dicimus quam moveri aut quiescere. Itaque *τὸ ὄν* tertium quiddam est ab utroque illo diversum, quod tamen et motioni et quieti commune sit, licet ipsum per se neque stet neque moveatur. Verum in hoc ipso latet difficultas. Nam si quid non movetur, quidni stet? et si quid nullo modo stat, quidni contra moveatur? Num igitur fieri potest, ut id quod est extra motum et quietem positum sit? Haec vero difficultas certe non minor est quam illa, in quam antea de non-ente disputantes incidimus. (usque ad p. 250, E.)

Quoniam igitur τὸ ὄν et τὸ μὴ ὄν parem habent dubitationem, age experiamur, an utramque eadem opera tollere ac removere possimus. Quaeramus ergo, quo pacto liceat unum idemque multis nominibus insignire. Veluti quum eidem homini tribuuntur color, magnitudo, figura, virtutes, vitia, alia.

Triplex autem hic suppetit ratio. Aut enim fieri non potest, ut una eademque res plura ac diversa habeat attributa et plurium ac diversarum idearum particeps sit; aut fieri potest, ut quotquot sunt attributa, ea omnia in eandem rem conveniant; aut denique potest fieri, ut quaedam tantum eidem rei attribuenda sint, alia non sint attribuenda. Ex his primum ac secundum falso statuitur: id quod evincitur hac ratione. Si enim nihil quidquam cum ulla re haberet communionem, consequens esset, ut nec motus aut status vere esse posset; utrumque enim seiunctum foret ac segregatum ab existentia (εἶναι). Ita igitur etiam eorum protenus concideret ratio, qui vel rerum universitatem movent, vel ut unum sistunt, vel secundum species et formas immutabiles volunt sibi semper constare et manere sempiternam. Neque aliorum philosophorum sententiae, de quibus antea mentio est iniecta, ullo modo habiturae essent quo defenderentur. Iam si verum esset, quod secundo loco posuimus, omnia habere inter se communicandi facultatem, sequeretur, quod longe est absurdissimum, ut motus staret ac vicissim status moveretur. Relinquitur igitur tertium, ut alia cum aliis commisceri, alia non commisceri existimanda sint. Quod si ita est, eadem fere hic ratio obtinet, quae est litterarum, quarum aliae inter se concinunt, aliae non concinunt. Quemadmodum autem arte grammatica opus est, ut recte diudicetur, quae litterae coniungi, quae non coniungi queant; ita etiam requiritur ars quaedam, sicubi agitur de idearum coniunctione. Ea vero est dialectica, quae illarum et convenientiam et differentiam rimatur ac scite subtiliterque diiudicat (v. ann. ad p. 253. D.). Quam quidem artem ei tantum recte tribuemus, qui sincere et vere philosophatur. Hoc enim philosophi munus esse nomine suo vere digni, postmodo videbimus, si qua nobis adhuc volentibus fuerit. Hoc loco illud tantum monuisse iuvabit, inter philosophum et sophistam id maxime discriminis intercedere, quod sophista sese in tenebras eius

abscondit, quod non est, et propter istam caliginem, qua obtectus latet, aegre cognoscitur; philosophus autem semper in eius quod revera est contemplatione versatur et propter rerum divinarum splendorem, ad quem oculi magnae multitudinis caligant et coecutiunt, vix conspici potest. Verum haec in transcursu.

Convenit igitur inter nos, alia genera (ideas s. notiones) inter se posse coniungi, alia non posse, et alia quidem cum paucis, alia vero cum multis, nonnulla etiam cum omnibus. Quod ut dilucidius appareat, ne obruamur rerum considerandarum copia et multitudine, rem exemplo aliquo illustrasse iuvabit. Sumamus igitur illa ipsa genera, de quibus adhuc disputavimus, ens, motum, statum, quibus contemplandis et rationem, quae inter τὸ ὄν et τὸ μὴ ὄν intercedit, intelligemus et quid sit, in quo Sophistae natura cernatur, fortasse perspiciemus. Et motus quidem atque status, quia sunt inter se contrarii, haudquaquam in unum coniungi possunt, sicuti antea vidimus. Ens autem, sive id quod esse dicimus, cum motu pariter atque statu consociatur: nam et motus idea revera est et status quoque revera extat. Iam ex his tribus generibus unumquodque rursus a duobus reliquis diversum est; in se autem seorsum spectatum est idem ac sibimet ipsi consentiens. Igitur relative spectata habent differentiam; absolute et sine comparatione cum aliis posita habent identitatem. Accedunt igitur ad tria illa genera primitus posita iam duo nova, diversitas (τὸ θάτερον) et identitas (τὸ ταὐτόν). Quae quidem diversa esse a superioribus hac argumentatione efficitur. Si identitas aut diversitas a statu et motu nihil differrent, nec status nec motus rei alicui posset inesse, nam et diversitas et identitas utrique illi attribuitur; igitur motus et status prorsus tolleretur, si idem essent atque identitas et diversitas. Nec vero τὸ ὄν et τὸ ταὐτόν existimare licet unum idemque esse. Nam haec si nihil inter se differrent, rursus motum et statum, quem utrumque iudicavimus esse, idem esse putare deberemus; id quod antea vidimus fieri nullo modo posse. Denique nec diversitas et essentia unum idemque esse potest. Nam diversitas semper alicui rei tribuitur, quatenus comparatur cum aliis; ens autem per se est, nec propter alia entia. Illa igitur pendet ab relatione; hoc per se esse potest. Est igitur natura

diversitatis ab quatuor generibus reliquis utique distinguendum. Quanquam eadem per reliqua omnia veluti distributa est, siquidem plures res nunquam eaedem esse possunt, ut singulae a singulis differre existimandae sint (usque ad p. 255. E.).

His expositis facile apparet de quinque illis generibus sic esse statuendum. Motus diversus a statu est, ideoque non est, quatenus non est status. Sed idem tamen est, quoniam coniunctus est cum ente. Item motus diversus est ab identitate, ideoque non est idem. Sed tamen idem esse iudicandus est, propterea quod naturae suae habet constantiam ac semper idem manet. Per se igitur spectatus et absolute positus est *ταὐτόν*: sed relatus ad ideam *τοῦ ταὐτοῦ* non est idem. Porro si quam coniunctionem haberet motus cum statu, non absurdum foret stabilem eum appellare; quod tamen fieri non posse iam antea demonstratum est. Denique motus differt a diversitate. Igitur et non est diversus, quatenus non est diversitas, h. e. quatenus idea diversitatis et motus idea per se inter ipsas discrepant; et est diversus, quatenus differt a diverso aliisque generibus. Igitur motus, a) *est* et non *est*; b) non est *idem* et est *idem*; c) non est *diversus* et est *diversus*: (usque ad pag. 256. D.).

Ex his perspicuum est, id quod non est, sive *τὸ μὴ ὄν*, et in motu esse et in ceteris generibus omnibus: quatenus enim ab aliis differunt, ideoque non idem sunt atque illa, non esse existimanda sunt. (Est enim Platoni non-esse fere idem quod communione alicuius attributi privatum esse, quam *στέρησιν* appellavit Aristoteles, modo illum meminerimus mentis notiones tanquam ideas revera extare voluisse). Pariter autem *τὸ ὄν* quoque omnibus proprium generibus est, quoniam ipsa sunt. Ergo et *τὸ ὄν* et *τὸ μὴ ὄν* omnibus notionibus convenit. Quin etiam ipsum istud non esse quodammodo esse dici potest, quatenus id, quod est a reliquis diversum, revera est, et vicissim id quod est, quoties differt ab aliis, toties non est. Ita igitur fit, ut *τὸ ὄν* et *τὸ μὴ ὄν* maximam habeant cognationem ac necessitudinem. Enimvero non esse nunc non dicimus absolute, ut significet tolli penitus alicuius rei vim et naturam, sed relative, quo modo significatur, hoc vel illud non eandem habere naturam aut virtutem, quam

aliud quiddam habeat. Veluti non pulcrum volumus esse, quod a pulcro differt; non magnum, quod discrepat a magno. Ex quo clarum et perspicuum debet esse omnibus, id, quod non esse dicitur, nihilominus tamen esse. Etenim significat illud non contrarium quiddam, sed tantummodo diversitatem (usque ad p. 258. C.).

Iam vero hac disputatione nostra ulterius progressi sumus, quam ipse vellet Parmenides. Is enim et non-ens nullum esse censuit et ab eius, quod non esset, pervestigatione mentem animumque averti oportere iudicavit. Nos vero non-ens non modo docuimus esse, verum etiam vim eius naturamque ostendimus in diversitate contineri. Itaque non-ens, quoniam omnia essentiam participant, etiam esse iudicari oportet; nec vero illud est ipsum ens, cuius tantummodo est particeps: nam ideae τοῦ μὴ εἶναι et τοῦ εἶναι utique inter se discrepant. Itaque τὸ μὴ ὄν et est et non est, sicuti ipsum illud, quod est, innumerabilibus modis ab reliquis generibus differt, hoc est, non est, (usque ad p. 259. B.). —

Vidimus igitur, quatenus uni eidemque rei multa et contraria possint attribui. Quo in genere sedulo est cavendum ne arbitrarie versemur. Illud demum philosopho dignum est, si quis caussas et rationes diligenter indagare studeat, cur de generum coniunctione et nenecessitudine hoc vel illo modo iudicari oporteat. Itaque non licet grassari hic lubidinose, ut scilicet connectendis variis et multiplicibus ideis denique demonstretur, nullam omnino locum habere generum coniunctionem (s. praedicatorum varietatem): id quod facere solent Eristici. Enimvero omnia ab omnibus separare conari, quum per se absurdum sit, tum hominis est a litteris et a philosophiae studio prorsus alieni. Tollitur enim isto modo omnis iudicandi disserendique facultas, quae ita demum nascitur, ut formae sive ideae (notiones) inter se connecti copularique possint. (P. 260. A.).

Opportune vero istos homunciones impugnavimus atque coëgimus, ut alterum cum altero commisceri concesserint. Valet enim hoc eo, ut probare liceat, orationem, qua una fit ut philosophari possimus, revera esse atque locum habere. Quippe nulla omnino foret

oratio sine idearum copulatione. Praeterea vero etiam de oratione nunc alia de caussa quaerendum est. Nam quum τὸ μὴ ὄν apparuerit esse unum ex generibus reliquis per omnia dispersum, nunc exquisivisse iuvabit, num cum iudicio et oratione commisceatur. Nam si cum his non commiscetur, omnia vera sint necesse est; sin commiscetur, et iudicium falsum esse poterit et falsa oratio. Hoc autem si est, etiam fraudi et simulacris et imaginibus locus concessus erit. Quippe huc se abdebat antea Sophista, ita tamen, ut falsam opinionem aut orationem esse posse omnino negaret, propterea quod id, quod non esset, omnino cogitari dicique non liceret. Nunc vero hanc quidem opinionem prorsus confutavimus, siquidem apparuit τὸ μὴ ὄν cum eo quod est coniunctum esse atque copulatum. Fortasse autem aliquis dixerit, τὸ μὴ ὄν non posse cum oratione et iudicio (δόξῃ) coniungi, ideoque simulacrorum et visorum effingendorum artem nullam reperiri. Quamobrem primum quidem quid sit iudicium et oratio nobis perscrutandum est, videndumque, ecquam ea cum non-ente habeant communionem; quo perspecto falsitatem atque fraudem reperiri evincemus ac Sophistae indolem naturamque demonstrabimus. (usque ad p. 261. B.).

Vocabula rerum cum ideis atque litteris in eo conveniunt, quod quaedam tantummodo inter sese coniungi et copulari ad orationem efficiendam patiuntur. Nam concinunt tantummodo ea, quae coniuncta aliquid significant; quae significant nihil, ea non concinunt. Discerni vero duplex potest genus vocabulorum. Nam quibus actionem quamdam declaramus, ea vocamus ῥήματα sive verba, quibus autem denotamus eos ipsos, qui agunt, ea nomina sunt sive ὀνόματα. Utraque necesse est inter se iungantur, siquidem oratio oritura sit. Quippe nec solis nominibus nec unis verbis efficitur oratio (λόγος). Pertinet vero quaevis oratio semper ad aliquid. Nam nihil si ei esset subiectum, ne diceretur quidem quidquam, ideoque nulla foret oratio. Veluti quum dicimus Theaetetus sedet, agitur de te, ad quem spectat oratio. Atque hoc ipso loco falsae orationis causae deprehendi possunt. Fieri enim potest, ut de aliquo aliquid dicentes aut vera enuntiemus aut diversa ab iis quae sunt proferamus. Ut quum dicimus Theaetetus volat. Falsa igitur quum diversa sint

ab iis quae sunt, is, qui falsa loquitur, quae non sunt tanquam ea dicit, quae sint. (usque ad p. 263. D.).

Quid vero cogitatio (*διάνοια*), iudicium (*δόξα*) atque visio (*φαντασία*)? nonne iam apertum est haec omnia et vera et falsa in animis nostris oriri? Nimirum cogitatio quidem (*διάνοια*) hoc uno discrimine ab oratione differt, quod illa est mentis secum ipsa interior colloquutio quaedam sine vocibus; haec autem ex animo veluti profluit vocum sonis comprehensa. Iam vero in oratione inest affirmatio et negatio. Quodsi igitur tacita mentis cogitatione aliquid vel affirmamus vel negamus, oritur iudicium (*δόξα*); et si id facimus sic, ut sensuum ope in ea re utamur, dicitur visio sive *φαντασία*, quae est quasi quaedam sensus et iudicii permixtio. Haec omnia vero quum apertum sit cum oratione, quae vera et falsa poterat esse, maximam habere coniunctionem et necessitudinem, siquidem cogitationem vidimus esse mentis secum ipsius colloquutionem, iudicium vero cogitationis conclusionem et *φαντασίαν* iudicii cum sensu quasi coniunctionem quandam; dubitari non potest, quin etiam iudicium falsum esse posse concedendum sit. (usque ad p. 264. B.).

Redeamus nunc tandem ad Sophistam, quem iam fortasse feliciore successu indagare conabimur. Distinximus antea duas partes artis *εἰδωλοποιϊκῆς* sive simulacrorum fingendorum, alterum *εἰκαστικήν*, alterum *φανταστικήν*. Ad utram referendus Sophista esset, dubium videri iudicavimus. Quae dubitatio maior etiam fiebat, quum esse videremus, qui falsas imagines et simulacra falsamque visionem esse omnino negarent. Veruntamen nunc quidem certum est exploratumque orationem et iudicium falsum reperiri; ex quo intelligitur fieri etiam posse, ut imitationes fiant eorum, quae revera exstant, et ars aliqua fallendi ac decipiendi reperiatur. Videamus igitur de Sophista. Distinximus antea artem *ποιητικήν* et *κτητικήν*. Posterior in varias dividebatur artis acquirendi formas. Nunc vero quum imitandi ars, quia aliquid efficit, ad *τὴν ποιητικήν* referenda videatur, hanc sequamur divisionem, quo denique Sophistam capiamus. *Ποιητικῆς* duae sunto partes, divina una, altera humana. Illa pertinet ad ea, quae divina vi procreantur; haec refertur ad opera humana. Utraque bifariam dividi potest, prouti vel est ipsarum rerum effe-

trix (*αὐτοποιητικόν*), vel simulacrorum procreatrix (*εἰδωλοποιϊκόν*). Et huic quidem tanquam partes subiectae sunt *τὸ εἰκαστικόν* et *τὸ φανταστικόν*, ex quibus illud similitudines exhibet, hoc autem visa efficit. Visorum effectio rursus duplex est, prouti aut instrumentis utuntur, qui efficiunt visum, aut se ipsos tanquam instrumenta ad eam rem exhibent. Posterius si fit, locum habet imitatio, quae fit per vocem, figuras, habitum, alia. Imitatio vero rursus duplex discernitur. Alii enim imitantur id, quod imitatione exprimunt, bene scientes; alii id ignorantes faciunt. Itaque facile distinxeris *δοξομιμητικήν*, quae cum opinione scientiae imitatur, et *ἱστορικήν τινα μίμησιν*, quae coniuncta est cum scientia. Et Sophista quidem non erat inter scientes, sed inter imitantes. Est igitur opinatus imitator. Duplex tamen talis esse potest, simplex et apertus, aut simulatus, quum callide ignorantiam suam celare et obtegere studet. Et hic quidem id rursus facit dupliciter. Aut enim publice populum longioribus deludit orationibus, quod est oratorum publicorum proprium; aut privatim brevioribus sermonibus eos, qui cum ipso colloquuntur, eo perducit, ut pugnantia dicere videantur. Quod qui facit, Sophista est, veri sapientis imitator, quippe scientia rerum et cognitione destitutus. (— p. 268. D.).

En habes summam disputationis, quae in libro Sophistae nomine inscripto comprehensa est. Quam qui vel leviter consideraverint, ii facili negotio discernent duas eius partes. Quaeritur enim de indole ac natura Sophistae: quaeritur item de Eleaticorum et Megaricorum doctrina. Quae quidem partes quonam vinculo inter ipsas connexae colligataeque sint, eo magis quaerendum est, quo magis poterit ambigi ac dubitari, utra potior, utra levior habenda sit. Nam quum de Sophista tam copiose tamque argute et subtiliter disputetur, facile aliquis in eam deveniat opinionem, ut quae de ente et non-ente disseruntur, illorum illustrandorum gratia adiecta esse existimet, praesertim quum ad eam quae ab initio sermonis suscepta est disputatio de Sophista, exeunte colloquio rursus redeatur. Sed hae aliaeque dubitationes quo tollantur facilius, age singula exploremus accuratius.

Ordiamur ab hospite Eleatico considerando. Et hic quidem illud est observandum, loquentem induci Eleatam

non aliam ob causam, quam quod de Eleaticorum gravissimo placito suscipitur disputatio. Quemadmodum enim Parmenides et Timaeus in cognominibus operibus loquentes inducuntur, quia in altero opere Eleatarum, in altero Pythagoraeorum placita cum ipsius Platonis doctrina elegantissime conciliantur; ita in Sophista putamus hominem Eleaticae sapientiae sacris initiatum, hoc est Megaricae pariter atque Eleaticae doctrinae gnarum et peritum, ideo primarias disserendi partes habere, quia Eleaticorum et Megaricorum de natura cogitabili atque ideis opiniones ita explorantur, ut denique veluti sponte cum Platonica ratione concordent. Quo quidem modo Plato ipse non obscure significavit, quanta inter suam doctrinam atque Eleaticorum rationem intercederet necessitudo atque coniunctio: imo etiam palam et aperte professus est se ab illorum placitis examinandis profectum denique ad suam doctrinae rationem devenisse. Quod profecto mirum est ne a doctissimis quidem hominibus, Astio, Sochero, Prinsterero, aliis, usquequaque esse perspectum, ex quibus Socherus adeo hoc ipso argumento usus est, ut Sophistam, Politicum et Parmenidem non a Platone sed philosopho aliquo Megarico scriptum esse evinceret. Nimirum vidit ille utique aliquid, quod Megaricum redoleret, sed quae eius rei causa esset, non vidit. Cum igitur hospitis Eleatici adventus ex ea, quam diximus, caussa repetendus sit, iam facillime etiam illud poterit intelligi, de quo item multum est dubitatum, cur ingenium hominis atque mores ita designentur, uti a Platone factum videmus. Fingitur enim ille non contentiosus ac litigiosus, quales plerumque habebantur qui Megaricorum sive Eristicorum disciplinae dediti essent; neque est obstinatus decretorum Eleaticorum defensor ac patronus, qui argutis conclusiunculis suas opiniones quovis modo tueatur aliisque inutilibus tricis nectendis negotium facessat; sed potius dicitur esse lenis, mansuetus, denique ad exquirendum verum promtus paratusque. Verum quamquam tali est ingenio, tamen eatenus certe plane est Eleaticus et Megaricus, quatenus usitatam huius familiae disserendi viam et rationem tenet. Itaque in ea parte libri, in qua de Sophistae natura disquiritur, ingentem quandam congerit copiam acutarum divisionum, quibus genera semper in binas partes diffinduntur, usque dum ad eam notionem perventum est, cui Sophista subiectus esse videatur: in

coque negotio tam est multus, tam indefessus, tam subtilis denique, ut facile agnoscas hominem in disserendo ad certae alicuius scholae rationem et consuetudinem adsuefactum. Nam si quid suspicari licet, Megarici, Zenonis fortasse exemplum secuti, in definiendis notionibus hac usi sunt via, ut ab genere aliquo exorsi deinceps partes illi subiectas ordine perpetuo persequerentur, usque dum ea notio reperiretur, quae in id, de quo instituta esset disputatio, convenire videretur. Enimvero hanc quidem rationem usurpabant, quoniam Socratica definiendi ratio adversari videbatur ipsorum decreto, quo in unam eandemque rem plures attributiones convenire negabant: unde etiam Antisthenem legimus apud Aristot. Metaphys. V. 29. VIII. 3. omnem definitionis usum repudiavisse. Quam ob rem illi in definiendo non coniungebant notiones, sed dividebant potius, quo scilicet unaquaeque idea per se seorsum constare videretur. Accedit quod hanc rationem suam maxime in iis rebus circumscribendis adhibuisse videntur, quae essent sub sensus subiectae, veluti artes, de quibus in Sophista disseritur. Huius nostrae sententiae fatemur nos nullum habere scriptoris alicuius testimonium. Sed tamen eam aliunde firmare posse non iniuria nobis videmur. Est enim haec notiones circumscribendi ratio ex perpetua quadam divisionum serie ducta et repetita simillima sane ei rationi, qua Eleaticos et Megaricos in argumentando usos esse compertum habemus. Cumulabant enim illi argumentationes argumentationibus ita, ut semper ex conclusionibus protenus novas derivarent conclusiones. Quod qua ratione ab iis factum sit, nuper copiose exposuimus in Prolegomenis ad Parmenidem libro III. sectione III. p. 314 sqq. Diogenis Laërtii et ipsius Platonis usi testimoniis. Quid igitur? hac argumentandi ratione qui usi sunt, eos num veridissimile iudicabimus isto modo in singulis notionibus rimandis versatos esse? Itaque nos quidem sic nobis persuasimus, Platonem in Sophista et Politico definiendi vel potius determinandi, in Parmenide autem argumentandi viam et rationem a Megaricis usurpatam faceta imitatione expressisse. Quod quo consilio ita fecerit, mox videbimus. Nunc enim hoc tantum agimus, ut hospitis istius Eleatici ab eo inducti ingenium atque mores paucis adumbremus. Utitur igitur ille non mere Socratica, sed potius Megarica disputandi ratione, quippe cui dudum erat adsuefactus. Veruntа-

men, ut est minus tenax scholae opinionum, ita etiam in disserendo subinde est liberalior. Id quod maxime apparet eo loco, ubi de entis et non-entis natura deque erroris et fraudis fontibus disputatur. Ibi enim non modo Eleaticorum sententiam impugnat, verum etiam argutum illud concisumque disserendi genus ita aspernatur, ut vel imprudens germanus factus videatur Socraticus. Enimvero ita hoc uno exemplo clarissime apparet, quanto praestabilior sit Socratica quam arguta illa disserendi ratio, quam usurpabant Eristici. Haec enim, etsi nullas non adhibet artes, quibus Sophistae vis et natura declaretur, tamen usque haeret in rebus fortuitis neque exquirit id, quod ad verum reperiendum re vera valeat. Quamobrem a Platone prudentissime ibi adhibetur, ubi quae ridicula sunt de Sophistis dicuntur, veluti esse eos venatores quosdam; disciplinarum artiumque caupones, et artis oratoriae athletas; quodsi vero aliquid serii de iis praedicatur, veluti esse illos vanarum opinionum purgatores, tam id casu factum videtur, ut ipsi disputantes iudicio suo diffidant. Socratica autem disputandi consuetudo ubi emergit, ibi repente elucet veritas perveniturque citius ad earum rerum intelligentiam, de quibus quaestio instituta est.

Verum inviti paene ad aliud argumentum transgressi sumus, quam quod illustrare propositum erat. Videamus igitur de libri argumento. Et hic quidem ante omnia animum advertit longa illa et copiosa de Sophista disputatio, quae quorsum pertineat et quid sibi velit, vehementer dubitatum est. Praeter alios rursus Socherus in ea haesit, qui eam tanquam vanarum argutiarum congeriem quandam pro certissimo habuit argumento, unde Sophistam non esse a Platonis ingenio profectum cognoscere liceret. Quod quam vere iudicatum sit, mox sponte apparebit. Est autem ad rem subtilius diiudicandam necessarium, ut quid Plato maxime in hoc libro egerit, perspectum habeamus. Quod si ex me quaeris in quibusnam rebus cernatur, paucis respondere licebit. Coniunxit enim philosophus cum difficili illa et impedita quaestione de essentia cogitabili eiusque rationibus eius loci pervestigationem, qui et ipse ad omnem philosophiam est longe gravissimus, hoc est quaesivit de fraudis et erroris in hominum iudiciis ac sermonibus causa atque fonte. Utrumque enim videbat ita inter se esse cogna-

tum, ut qui de ente et non-ente dissereret, is paene non posset quin etiam de erroris fraudisque periculo verba faceret. Itaque hac usus opportunitate etiam indolem et naturam Sophistarum adumbrare constituit, quos quasi quosdam argutarum fraudum venatores esse animadvertebat. Nempe ita vitam rationemque eorum, qui perpetuo in eo, quod non est, viverent, veluti e regione posuit iis, qui aeterna veritate exquirenda perpetuo occupati essent, et dum id quod est explicat et illustrat, eorum imaginem ob oculos posuit, qui contrarium potius amarent et sectarentur. Enimvero quod in plurimis scriptis Platonis animadvertimus, solere philosophum cum interioris sapientiae argumentis copulare etiam earum rerum illustrationem, quae pertinent ad ipsam hominum vitam, quo illustrior suaviorque fiat ipsa sapientiae disciplina; idem etiam in Sophista arte prorsus divina sic ab eo institutum esse intelligere licet. Solebant Sophistae, qui quasi simiae quidam verorum sapientium erant, tamen a multitudine imperita malo errore cum his confundi; solebant item errore simillimo veri germanique viri civiles, qui quid vere reipublicae prodesset probe perspectum haberent, non distingui ab iis, qui istam virtutem mentirentur. Quid igitur philosophus, quum de idearum disciplina deque fraudis et erroris originibus subtilius explicare in animum induxisset? Nimirum eadem hac usus scribendi opportunitate continuo bellum indixit Sophistis, Rhetoribus, Demagogis, denique opinatis istis sapientibus omnibus, qui in ipsa publicae vitae luce vellent esse conspicui et tamen vel errore vel malae fraudis studio ducerentur. Hinc igitur in Sophista, in quo libro gravissimas et abstrusissimas res tractare instituit, felici sane delectu Sophistas exagitavit et quam ii a vera philosophia essent alieni demonstravit. Quod quidem fecit longe elegantissime. Nam primum cum hac quaestione, quam, etsi est secundaria, tamen propterea, quod similiter de Politicis erat disputaturus, primariam esse simulat, aptissime copulavit argumentum libri primarium: quod quomodo fecerit, ex superioribus clarum est ac perspicuum. Deinde Sophistarum exhibuit definitiones eas, quae plenae essent lepidae irrisionis, at tanto facetiores et urbaniores, quod quum essent a rebus externis et fortuitis ductae, tamen et ingenium eorum aliquatenus patefacerent neque ab hominum prudentiorum iudiciis recederent. Certe quidem Socrates

quoque apud Xenophontem Memorab. I. 6, 12 et 13. sophistas similiter tanquam sapientiae caupones notavit; neque abludunt quae habet Aristoteles De Sophistar. Elench. I. 6. *ἔστι γὰρ ἡ σοφιστικὴ φαινομένη σοφία, οὖσα δὲ οὔ, καὶ ὁ σοφιστὴς χρηματιστὴς ἀπὸ φαινομένης σοφίας, ἀλλ' οὐκ οὔσης.* Huc accedit denique, quod eadem opera suaviter explosit dialectici acuminis abusum eorum, qui quum sibi viderentur arte disserendi praeter ceteros excellere, tamen argutis divisionibus et argumentationibus mirum quantum indulgebant, ut ad notiones rerum recte illustrandas saepenumero parum proficerent. Tantum abest enim, ut cum Viro egregio Phil. Guil. van Heusde Init. Philosophiae Platon. Vol. II. P. II. p. 104 sqq. existimemus Platonem in Sophista et Politico cernendi iungendique methodum illustri aliquo exemplo patefacere et commendare voluisse, ut totam istam dialogi partem, ubi ea adhibita est, venusta quadam et callida irrisione perfusam esse nobis persuaserimus. Hinc igitur copia illa et multitudo argutarum partitionum, quae semper tanquam immutabili lege fiunt per dichotomiam; hinc multa illa artium nomina, quae magnam certe partem protervo ludibrio ficta sunt; hinc vilissimarum commemoratio artium, quandoquidem dialectica ista severitas, quam Eristici iactabant, non permittebat, ut in rerum turpitudine haereretur (v. p. 227. A.); hinc denique quaesitae istae et longe arcessitae argutiae, quas Platonem serio proposuisse quis sibi persuadeat? En igitur, habes iam, quid de ea parte operis sentiamus, qua de Sophista anquiritur; quam si quis propter amplitudinem suam longe gravissimam esse existimet, is profecto multum fallatur. Nam longitudo certe illius non debet quemquam offendere, quandoquidem Plato nec in Euthydemo, nec in Cratylo, nec in aliis quibusdam libris operae pepercit, ut coacervandis argutiis adversarios rideret similiter et exagitaret. Quamquam non est inficiandum, ne in hac quidem parte operis desiderari, quae plane egregie disputata sint. Enimvero miscuit philosophus hic quoque seria iocis, idque eo rectius ita facere potuit, quod eos ipsos, quorum partes agit hospes Eleaticus, lenius corrigere voluit.

Sequitur, ut de principali operis argumento paucis explicandum sit. Habet enim hoc quoque nonnulla, quae requirant diligentiorem explicationem, quam in superio-

ribus exhiberi potuit. Pertinet autem illud eo, ut nec in Ente Parmenideo nec in immotis Megaricorum ideis veritatis scientiam inesse doceatur. Quod quidem philosophus effecit sic, ut illorum rationem emendaverit et cum sua ipsius de ideis doctrina conciliaverit. Aperuit igitur eius, quod vere esse mente et animo cogitamus, vim naturamque acutissime. Nam primum quidem ei contra Parmenidem vindicavit multitudinis copiam et varietatem, qua una secundum ipsius sententiam fieri potest, ut mentis humanae scientia et cognitio pariatur; deinde eidem in summa naturae suae constantia tamen etiam relationis sive motus virtutem tribuendam esse docuit, quam Parmenides pariter atque Megarici ei eripiebant: quippe ideae nisi inter se copulari ac seiungi distinguique possent, nulla profecto foret iudicandi, docendi, loquendi facultas, ut sic quoque veritatis scientia et cognitione careremus. Hinc porro deduxit cognationem eius, quod esse dicimus, cum eo quod non est; evicitque gravissimis argumentis, alterum cum altero tam arcta necessitudine contineri, ut neutrum alterutro carere existimandum sit. Quo ipso denique usus est sic, ut fraudis et erroris in hominum iudiciis et sermonibus caussas et origines demonstraverit. Ita igitur refutatis Eleaticorum et Megaricorum opinionibus firmissima iecit disciplinae veritatis fundamenta, neque dubium est, quonam vinculo omnia atque singula inter se contineantur. Operae tamen pretium facturi videmur, si singulos quosdam locos illustrare conemur dilucidius. Qua occasione omnem ordinem ac progressum disputationis denuo paucis designare licebit, quo facilius eos locos demonstremus, qui lucem interpretationis desiderent.

Principium igitur disputationis ducitur inde, quod Sophista dicitur omnia quidem scire videri, nec tamen reapse scire. Hinc nascitur dubitatio, num quod non sit, tamen item esse iudicari debeat (p. 235 — 237. A.). Qua dubitatione excitata primum exponitur sententia Parmenidis, qui quum τὸ ὄν tantum poneret, τὸ μὴ ὄν plane tolleret, omnem erroris et fraudis facultatem auferebat. Cuius opinio priusquam in disceptationem vocatur, variae et multiplices aliorum philosophorum sententiae de οὐσίᾳ enumerantur, ita quidem, ut eos inter principium et οὐσίαν non satis accurate distinxisse doceatur. Revertitur tandem oratio ad Parmenidem (p. 244.

B sqq.). Et hic quidem eius sententia gravissimis impugnatur argumentis. Ostenditur enim subtilissime eos, qui unum ens statuant, sibimet ipsis adversari ac suam ipsorum rationem evertere: quum enim unum absolutumque Ens esse dicant, tamen eidem ipsos varia et multa attribuere, quod maxime pugnet cum talis Entis natura.

Et postremam quidem sententiam Plato uberius etiam exornavit postea in Parmenide p. 137. C. — 142. B. ubi ostenditur, Si *Unum* sit, nihil esse. Enimvero quod ibi τὸ ἕν vocatur, idem plane est quod in hoc Sophistae loco τὸ ὄν. Intelligitur autem infinitum essentiae principium supra omnes eorum quae extant et finita sunt rationes et condiciones elatum, sive absoluta merae essentiae positio, quae nec adiuncta sibi habet rerum praedicata nec ipsa praedicari de ulla re potest. Huic igitur Enti absoluto eripienda Plato censet praedicata omnia, arguitque Parmenideos erroris, qui illud non modo duobus nominibus unum et Ens insignire soleant, verum etiam rotundum esse velint, ideoque etiam primum, medium, ultimum, alia, appellent. Verissime haec a Platone disputari nemo erit quin ultro largiatur. Verum quum Ens istud Parmenideum isto modo appareat nulla distinctum formarum et rationum varietate informari oportuisse; quid praeterea inde consequatur, non est obscurum. Recte enim Plato vidit, istam primariam quasi et infinitam οὐσίαν ad efficiendam veritatis scientiam et cognitionem haudquaquam aliquid posse, quandoquidem quidquid infinitum sit, id ne mente quidem et cogitatione concipere ullo modo liceat. Haec igitur philosophus plenius multo atque subtilius eo quo diximus Parmenidis loco exposuit, de quo vide quae nuper disputavimus in Parmenide Prolegg. Libr. I. c. IV. p. 72 — 96. Ex qua ipsa re cognoscere licet Parmenidem aliquanto post Sophistam in lucem editum esse. Sed haec hactenus. Pergimus ad alia.

Examinato placito Parmenideo iam primum oratio defertur ad illos, qui omnem essentiam referebant ad ea, quae percipi, quae sentiri, quae manibus contrectari possunt: qui quidem homines, Sensualistas hodie vocant, non modo facete irridentur, verum etiam confutantur argumentatione subtilissima. Qui quidem locus perquam est memorabilis et ad subtiliorem doctrinam Platonis

recte intelligendam longe gravissimus. Docetur enim ibi veram essentiam in vi quadam atque facultate efficiendi patiendique contineri (p. 248. A.). Quod quam vim habeat, ita demum plane percipiemus, si Platonem meminerimus τὸ ὄν unice ad ideas retulisse: has ipsas enim philosophus quasi vi quadam vitali vigere atque pollere iudicavit. Quamobrem haec ex proximis suam lucem utique accipiunt, de quibus iam paucis disputare constituimus.

Post Sensualistas enim audiuntur ii, qui statuebant quidem ideas, sed eas volebant esse rigidas, immobiles, expertes omnis communitatis, hoc est, ad Megaricos. Hos enim intelligendos esse Schleiermacherum utique putamus coniecisse verissime. Quorum quidem philosophorum confutatio digna est profecto quae diligentius expendatur. Habet enim vim maximam ad ipsius Platonis mentem ac sententiam plane aperiendam. Quomodo igitur illi refelluntur? Nimirum quaerit ex iis philosophus, num ideae, quas statuant, intelligantur atque cognoscantur. Quo concesso protenus concludit eam ipsam ob causam et affectionem et actionem in eas convenire, quandoquidem scientia et cognitio omnis posita sit in vi et facultate eorum, quae mutuo inter ipsa congrediantur: non enim posse quidquam intelligi, nisi et patibile quid adsit, et rursus aliquid, quod habeat vim efficiendi. Sed ex his quum concludat ideis iam eatenus motum tribuendum esse, quod mentis cognitione attingantur, tum eundem iis vindicat etiam alio nomine. Quid? inquit; num ei, quod perfecte est (τῷ παντελῶς ὄντι), motum et vitam et intelligentiam et rationem eripiemus? num illud vivere et sapere negabimus potiusque dicemus augusta et veneranda ratione penitus carere immotumque stare? (p. 248. E sq.). Atqui omnis inde proficiscitur ratio et intelligentia: haec autem quum nihil sit aliud quam actio et agitatio, profecto consequitur, ut ei, quod vere perfecteque est, etiam propterea motus tribuendus sit, quod nativa vi sua pollet, efficax est, procreatque sapientiam et intelligentiam. Ita igitur efficitur, ut τὸ ὄν, vel quia cognitione attingitur, vel quod vivit vegetque, motum habere existimari oporteat. Quum vero ita demonstretur subtilissime ideas esse mutabiles atque vivas, tamen etiam contrarium iis convenire iudicatur, hoc est, naturae suae constantiam et aequabilitatem. Nam sicuti mens, inquit philosophus, atque ratio

nulla potest esse sublato motu, ita vicissim eadem auferetur, si moveantur omnia, nihilque sit constans, perpetuum, sempiternum. Menti vero atque intelligentiae necesse est aliquid sit subiectum, quod sibi semper constet et idém maneat.

Magnopere hic cavendum est, ne quid doceri existimemus, quod a Platonis ratione abhorreat. Pertinent enim haec ad subtiliorem de ideis doctrinam, qualem Plato in Sophista et Parmenide exposuit, quum alibi eam magis populariter et ad vulgarem hominum captum accommodate illustraverit. De qua re nolumus iterare quae disputavimus in Prolegomenis nostris ad Parmenid. ed. mai. Libro II. cap. 3. Itaque hic non in eo acquiescit, quod docuit alibi, ideas esse rebus sub sensus cadentibus oppositas et contrarias, ideoque natura sua sempiternas, constantes, semper sui similes; sed praeter hanc naturae constantiam iis attribuit etiam motum, quo fiat ut et ipsae cognoscantur et vim agendi efficiendique habeant. Quod planissime convenit cum iis, quae in Parmenide p. 142. B. — 155. E. de τῷ ἑνὶ ὄντι sive Uno finito disseruntur: quo loco illud docetur varias et multiplices habere rationes, quibus et secum ipso et cum rebus adspectabilibus contineatur. Enimvero ideae quum in se spectatae vi et natura sua sibi semper constent neque unquam ullam subeant mutationem: tamen, quum et ad se ipsas et ad res singulares, quae iis subiectae sunt, referantur, quandoquidem ita demum aliquam inter se habent communionem, etiam moveri existimandae sunt. Id ipsum enim significatur motus vocabulo, habere eas varias ac multiplices rationes, quibus cum aliis contineantur, sicuti fit etiam in Parmenide, ad quem v. Prolegg. p. 139. Verum hic meminisse nos iam oportet ideas Platonis non esse meras mentis notiones; alioquin enim non intelligetur, cur non solum mentis cognitione attingi, verum etiam efficaces esse dicantur. Sunt igitur eae secundum philosophum longe aliud quid. Insunt enim in divina mente, quae quidquid cogitat, idem protenus ratum effectumque reddit. Ex quo consequens est, ut vera rerum essentia in iis contineatur ipsaeque revera sint. Quippe mentis divinae vis et efficacia eadem prorsus est atque essentia rerum sive οὐσία. Quanquam sedulo est cavendum, ne ipsum deum pro idea aut pro idearum omnium veluti complexu quodam habeamus, quam opinionem fuerunt qui parum caute

amplecterentur. v. quae de his rebus exposuimus ad Parmen. Prolegg. Libro II. c. 2. p. 269 sqq. Verum sicuti mentis humanae cogitationes non sunt quietae, vanae, inanes, mortuae, sed eius vim agitationemque referunt, ita divinae mentis vis et potentia etiam in ideis conspicua est. Quae non solum semper ad aliquid tendunt, verum etiam omnem essentiam in se complectuntur; imo fontem ac principium omnis scientiae perenne in se comprehendunt. Nam animi humani quum divinae sint particulae aurae, olim apud Deum ipsum viventes earum hauserunt notitiam, imo participes earum extiterunt. Itaque ideae non tantum a numine divino cogitantur, sed ipsae sunt intelligentiae, sapientiae, mentis denique effectrices quaedam, ut recte profecto plenae rationis esse, imo etiam sapere atque intelligere dicantur. Unde tamen si qui protenus de ipso Deo cogitari voluerunt, ii in magno opinionis errore versati sunt.

Explicavimus locum gravissimum sic, ut nec verbis vim intulerimus, nec systemati doctrinae Platonicae, quod hodie appellare solent, ulla in parte adversati simus; id quod tanto certius asseverare licet, quod Deum ab ideis secundum Platonis sententiam utique esse diversum plane exploratum habere videmur. De qua re contulisse iuvabit, quae nuper in Prolegg. ad Parmenidem l. c. copiosius exposuimus. Quamobrem iam sine mora ad alia pergere licebit.

Posteaquam igitur apparuit motum et quietem non minus esse, quam ipsum τὸ ὄν sive τὴν οὐσίαν, proceditur dein ad quaestionem non minus gravem, quae est de mutua idearum inter se coniunctione. Quae quidem in quibusnam rebus cernatur quibusve regatur legibus atque finibus, etsi difficile videtur exquirere, tamen exemplo idearum sive notionum modo investigatarum luculente ostenditur. Quum enim motus et quies inter se pugnent, essentia autem in utrumque pariter conveniat, ducitur inde conclusio, inter ideas omnes hoc intercedere discriminis, ut aliae inter se sint contrariae et oppositae, aliae possint coniungi mutuo atque inter ipsas conciliari. Tribus illis ideis, enti, motui et quieti adduntur duae aliae, diversitatis et identitatis: nam tria illa genera quum a se invicem differant, tamen in se spectata τὸ ταὐτόν habent, siquidem unumquodque sui semper simile sit necesse est ac secum

ipsum consentiat. Itaque his quinque generibus explorandis ostenditur, quaenam sit ratio coniunctionis idearum omnium. Quo loco tenendum est diligentissime non fortuito ita fieri, ut haec potissimum genera ad rem propositam illustrandam adhibeantur, quanquam id callido quodam artificio ab ipso Platone dissimulatur. Censuit enim philosophus has potissimum ideas in omni dialectica esse longe gravissimas: unde eas in dialogis iis, qui ad scientiam artemque dialecticam maxime referuntur, iterum iterumque commemoravit, veluti Theaetet. p. 185. A. Parmenid. p. 136. AB. Neque id immerito. Nam omnis notionum coniunctio profecto nititur eo, primum ut sint; deinde ut naturae suae habeant constantiam, quae quietis vocabulo designatur; tum ut habeant relationem, quae est mutatio sive motus; denique ut et inter se mutuo discrepent ac rursus secum ipsis conveniant, in quo cernitur differentia et identitas. Ita igitur facili negotio perspicitur, cur Plato has potissimum ideas delegerit, quibus rimandis atque comparandis idearum nexum et cohaerentiam illustraret. At vero, inquis, quid hoc tandem est, quod ipsum illud, quod esse dicitur, inter genera motus, quietis, differentiae et identitatis posuit, quum tamen haec rerum praedicata significent, illud non item? Confuditne igitur philosophus inter se quae longe sunt dissimillima? Ad quae habemus sane quae non iniuria respondere liceat. Quippe non iam hic sermo est de infinita illa essentia, quae expers est omnis formae, rationis et condicionis; qualem informare conatus erat Parmenides; sed agitur de essentia finita, quae sicuti commune est rerum omnium praedicatum, ita et ipsa pro qualitate aliqua habenda est; quamobrem eam philosophus in Parmenide nomine τοῦ ἑνὸς ὄντος insigniendam putavit, de quo v. quae Prolegg. p. 96 sq. 106 sqq. Hoc igitur si tenemus, Platonem non continuo erroris aut temeritatis insimulabimus. Et essentiae quidem genus philosophus censet cum reliquis generibus omnibus posse conciliari: habent enim omnia atque singula hoc, ut sint atque esse possint, quod non ita esset, si ea essendi facultate, licebit enim barbare loqui in re, quam Latini non possunt aptis vocabulis designare, si igitur essendi facultate carerent. Quum vero appareat motum et statum inter se oppositos et contrarios esse, tum illud quoque facile iam intelligitur, singula

genera a singulis differre, unumquodque autem in se consideratum per se seorsum constare ac sui semper esse simile. Ex quo ducitur discrimen τοῦ ὄντος et τοῦ μὴ ὄντος. Nam quatenus quid ab altero diversum est, dicitur non esse; neque enim est idem quod alterum: quatenus vero in se spectatur, esse semper iudicari debet. Quanquam alterum cum altero arctissimam sane habet coniunctionem. Nam illud ipsum, quod non est, tamen quatenus id ipsum esse putatur, in se habet essentiam; ac vicissim id quod esse dicimus, quia innumeris modis ab aliis potest discrepare (omnes enim notiones ab aliis discrepant), et infinitis modis non est. Quo non perspecto Socherus in iudicanda Sophistae nostri fide et auctoritate rursus ruit mirifice. Platonem enim dicit τὸ μὴ ὄν ei, quod esse putetur, ita semper opponere solere, ut cogitandum sit de discrimine eorum quae oriuntur, pereunt ac sensibus noscuntur, atque rerum divinarum sive idearum, quae omnis vicissitudinis expertes revera sunt et una mente ac ratione percipiuntur. Et sane verum est philosophum in iis libris, in quibus exponit de ideis tanquam rebus adspectabilibus omnino oppositis, hanc unam rationem maxime sequi solere. At enim vero inde haudquaquam sequitur id, quod voluit Socherus. Nam τὸ μὴ ὄν pro oppositionis ratione secundum ipsum Platonem varia atque multa significat: quamobrem in singulis eius scriptis, imo in singulis fere locis videndum est, quorsum tendat omnis viri disputatio, qua una re maxime ad veri perspicientiam perducimur. Et in iis quidem libris, in quibus id maxime egit, ut de idearum rationibus atque dialectica exponeret subtilius, quod ipsum fecit in Sophista ac Parmenide, profecto mirum videri non potest, quod τοῦ ὄντος vi naturaque accuratius pervestigata etiam alia τοῦ ὄντος et τοῦ μὴ ὄντος discrimina posuit atque facit in populari illa doctrinae suae expositione. Quocirca nunc τὸ μὴ ὄν etiam sic dixit, ut de essentiae differentia cogitari vellet: neque enim illud simpliciter τῷ ὄντι opposuit, sed intellexit id, quod esset quidem, sed quod non tale esset, quale aliud quid. Nam ut hoc ita statueret, suasit illud ipsum, quod subtili quaestione utique exploravit, ideas varia ac multiplici ratione ac necessitudine inter ipsas contineri. Utriusque non-entis discrimen philosophus ipse breviter significavit in Parmenide p. 160. C. et p. 163. B. C. postea

subtilius rimatus est Aristoteles, qui quum τὸ μὴ ὄν vidisset ambigue dici, simplicem negationem appellavit ἀπόφασιν, relativam στέρησιν vocavit, atque illam censuit omnem omnino alicuius rei absentiam denotare, hanc autem nihil aliud esse nisi alicuius praedicati privationem, quae aliquid sibi subiectum haberet. v. Metaphys. III. 63. al. Sed satis iam apertum putamus, quantopere Socherus harum rerum perspicientia caruerit, ut non opus sit opinionem eius longiore disputatione confutare. Redeamus igitur eo, unde deflexit oratio, atque de iis exponamus, quae subtilem hanc elegantemque de idearum communione ac necessitudine disputationem deinceps excipiunt.

Ex iis igitur, quae hactenus sunt explicata, denique etiam caussae et origines erroris atque fraudis repetuntur, cuius facultatem Eristici ac Sophistae funditus tollebant. In qua parte operis quodammodo perficiuntur et consummantur ea, quae in Theaeteto de falsae opinionis origine in utramque partem disseruntur, ut hinc quoque appareat, quam arcta sit utriusque libri coniunctio et necessitudo. Docetur autem errorem et fraudem in iudiciis ac sermonibus nostris ita habere locum, si diversum quiddam ab iis, quae vere sunt, vel dicamus vel statuamus. Atque ex hac ipsa observatione denique illustratur id, unde universa disputatio profecta erat. Ostenditur enim inde quid Sophista sit et quomodo a germano differat Philosopho. Nam Philosophus scientiae et cognitionis vere particeps est; Sophistes autem mentitur tantummodo speciem sapientiae (v. p. 235. A. 241. B. 267 C. E. 268. B.); ille habitat in scrutanda idearum ratione et recta veraque coniunctione, quod quasi ipsius proprium munus est; hic delitescere studet in eo, quod non est, venaturque sub sapientis specie artem fallendi ac decipiendi (v. p. 253. B. — E. p. 254. A. B.); denique Sophista fraudulentus est verae sapientiae imitator, qui disserendo in fraudem et errorem audientes pellicit; Philosophus autem vere recteque sapientiae studio deditus est, ut nihil simulationis aut dissimulationis in eo reperiatur.

En igitur, percurrimus tandem graviora doctrinae in Sophista traditae capita, quae aliquid interpretationis flagitare videbantur. Qua ipsa re confirmatum esse putamus, quod antea de totius operis argumento et propo-

sito fecimus iudicium. Restant alia quaedam, quae hac occasione attingenda sint, ne rem differendo difficilior reddatur causae disceptatio.

Ac primum quidem illud iuvabit monuisse, videri hunc librum non multo post Theaetetum in lucem publicam emissum esse. Quod cur ita statuamus, et argumentum eius et utriusque libri prooemium efficit. Nam, sicuti Sophistae initium indicat cohaerere eum arctissime cum Theaeteto, ita huius libri exordium tale est, quod ita tantum recte intelligi explicarique possit, si hunc dialogum una fere cum Sophista editum esse sumserimus. Quam arcta vero necessitudine disputatio utroque libro comprehensa contineatur, id vero post ea, quae modo exposuimus, demonstrare minime opus est. Itaque in hoc quoque opus conveniunt quae in Prolegomenis ad Theaetetum p. 20 sq. iudicavimus, neque dubitandum videtur, quin illius scribendi consilium Platoni subnatum sit quo tempore post obitum Socratis Megaris est versatus, de qua re quae disputavimus ibidem p. 8 sqq. ea ipsi relegant, quorum interest de his rebus plenius edoceri.

Sophistam, ut constat, excepit proxime Politicus. Cuius quae sit cum Sophista cohaerentia ac necessitudo, alio loco docebitur. Nunc illud tantum dicamus, in Politico item disquiri de notionibus veri et falsi Politici, eique quaestioni graviorem quandam de alio argumento adiunctam esse disputationem, sicuti in Sophista, in quo proprie agitur de doctrina Eleaticorum in melius mutanda et ad plenam veritatis scientiam excolenda et reformanda, Sophista a vero philosopho distinguitur. Sed gravior hic exoritur quaestio, num Plato postea temporis etiam Philosophi eius speciem et imaginem adumbraverit, quem in hoc ipso libro a Sophista distingui secernique voluit. Nam ipse certe talem operam promisit, Sophist. p. 216. E sq. ac p. 254. B. ubi dubitantius loquitur sic: *οὐκοῦν περὶ μὲν τούτου (τοῦ φιλοσόφου) καὶ τάχα ἐπισκεψόμεθα σαφέστερον, ἂν ἔτι βουλομένοις ὑμῖν ᾖ.* et vero etiam Politic. p. 257. A. ubi paullo certius: *τάχα δέ γε*, inquit, *ὦ Σώκρατες, ὀφειλήσεις ταύτης τριπλασίαν (χάριν), ἐπειδὰν τόν τε πολιτικὸν ἀπεργάσωνταί σοι καὶ τὸν φιλόσοφον.*

Quid igitur? his promissis suis num philosophus stetisse existimandus est an non? Difficilis sane et in-

tricata huius rei disputatio est, praesertim quum Plato ipse nusquam diserte significaverit, sese nomen contractum aliquo modo solvere conatum esse, neque etiam deperditus aliquis liber commemoretur, qui huc revocari queat. Quamobrem tota haec quaestio una nititur coniectura, cui quam periculosum sit tuto confidere nemo est quin sponte videat. Experiamur tamen, an aliquid exquirere possimus, quod certe non plane a verisimilitudine abhorreat. Et hic quidem nobis primum cum Schleiermachero res erit, qui Philosophi picturam in Sophista et Politico promissam in scriptis Platonis utique reperiri asseverare non dubitavit. Censuit enim vir egregius desideratam inchoatae disputationis partem in duobus contineri libris etiam nunc superstitibus, Phaedone et Symposio, quorum alter philosophi morientis, alter philosophi viventis imaginem ita ob oculos ponat, ut desiderio omnium abunde satisfactum esse videri debeat. v. Praefat. eius ad Symp. p. 369. Quam quidem sententiam quum non defuerint qui non solum assensu suo comprobarent, sed etiam tanquam peringeniosam magnis laudibus afficerent, digna sane res est quae diligentiori examini subiiciatur. Et nos quidem, fatemur enim ingenue, a viri acutissimi iudicio adeo recedimus, ut licet lubenter ingenii acumen in eo agnoscamus, tamen veritatis vestigia omnia plane desideremus. Nam primum quidem quaenam tandem est imago ista philosophi in Phaedone et Symposio proposita? Nimirum nec ea, qualem post Sophistam huncce et Politicum expectaveris, neque talis, quae omnes absolutionis numeros habeat et unde sponte intelligatur, id nunc ipsum maxime agi, ut philosophi indoles et ingenium depingatur. Itaque in utroque libro describitur quidem Socrates ut philosophus, sed idem ille non minus tanquam talis describitur in aliis Platonis scriptis, veluti in Gorgia, in Politia, in Phaedro. Hos igitur quidni eodem iure contendere liceat desideratam istam philosophi picturam, in uno aliquo opere frustra anquisitam, iunctim exhibere? Deinde primarium argumentum, quod in Phaedone et Symposio tractatur, adeo nullam habet cum quaestione in Sophista et Politico agitata coniunctionem, adeo nullam cognationem ac similitudinem, ut qui haec scripta isto vinculo connecti et copulari potuerint, minime intelligatur. Comparet mihi aliquis gravissimos illos sermones de animorum immortalitate in Phaedone institu-

tos, et copiosas de amore orationes quae in Symposio habentur, cum subtili ista disputatione de ente et non-ente, de fraudis et erroris fontibus, de Sophistae natura et ingenio, de vera atque falsa arte civili aliisque cognatis argumentis, et facile videbit, quantopere haec omnia inter se diversa sint, praesertim si etiam ad disserendi viam rationemque attenderit. Quid igitur? ecquis sibi iam persuadebit, quum ipsarum rerum quaestiones in his libris sint diversissimae, tamen fieri potuisse, ut philosophi scilicet imago in Phaedone et Symposio adumbrata ad Politici et Sophistae speciem in cognominibus libris propositam referretur? Nimirum haec qui credere voluerit, eum nunquam putabimus animum advertisse ad divinam illam planeque admirabilem Platonis artem, qua quae de rebus ad philosophiam pertinentibus disputantur, elegantissime cum iis conciliavit et in unum coniunxit, quae ad externas rerum condiciones hominumque mores et ingenia referuntur. At vero, inquit aliquis, adest tamen, modo diligenter observetur, inter eos libros, quos Schleiermacherus coniunctos copulatosque esse voluit, argumenti quaedam cognatio et quasi continuatio; immo ex ipso Politici et Sophistae proposito intelligitur non fuisse necessarium, ut peculiaris scriptio de philosopho componeretur. Id quod demonstratum ivit nuperrime doctus quidam iuvenis, Fr. Guil. Hertel in Commentat. de Platonis Politico Halis 1837 foliis octonis edita. Cedo igitur eius argumenta. Nimirum postea-quam Schleiermachero adstipulatus est in Symposio perfectissimi philosophi imaginem proponi existimanti sic infit argumentari: „Inquirentibus nobis, inquit, in naturam philosophi, politici et sophistae, et in differentiam, quae inter eorum sive scientias sive artes intercedat, illud sua sponte se offert, quod Plato ipse plurimis locis enuntiavit, philosophum oppositum esse sophistae, ut qui vere scientiae peritus sit ei, qui speciem tantummodo prae se ferat, et philosophum et politicum sic inter sese differre, ut illius res in sola scientia versetur, hic autem a scientia simul ad agendum transgrediatur; uti autem a philosopho sophistam, sic a vero politico falsum esse discernendum, qui item sophistarum ratione civilis scientiae non nisi umbra vestitus sit. Hoc si teneamus, et cum proposito illo Platonis, inter philosophi, sophistae et politici scientias (!) distinguendi, Sophistae et Politici argumentum contendamus, tum necessario in

eam sententiam adducimur, ut dicamus munere suo Platonem his duobus dialogis iam perfunctum neque ullum praeterea alium desiderandum esse. Etenim si in omnibus Platonis dialogis duae partes discernendae sunt beneque seiungendae, negandi et affirmandi, quarum altera sive in vulgares pugnatur et obsoletas hominum notiones, sive in sophistarum nugatoria artificia, sive omnino reiiciuntur falsae rei opiniones; in altera vero sententia philosophi indicatur et saepius levissime adumbrata argutiis istis opponitur, in Sophista et Politico, quae sit illa negandi pars, ridiculum profecto esset in iudicium vocare, quoniam in ea ipsa prope tota versatur disquisitio. Nam cum Politici cardo in eo sit positus, ut falsus ille sophistam redolens politicus a vero seiungatur, longe autem minima disputationis pars de eo ipso et eius natura agat, in Sophista item multo magis id spectatur, quid discriminis intersit inter sophistam et philosophum, quam quae sit ipsius sophistae indoles. Ut igitur in Politico de duabus illis notionibus veri et falsi politici una disquisitio facta est, et idcirco etiam alium quendam sermonem, quo, cum hoc de vero politico actum sit, de falso iam exponeretur, desiderare alienum esset; sic etiam Sophistes, quoniam et ipse verum et falsum philosophum pertractat, dicendus est omnem de philosopho disputationem anticipasse.“ Ita igitur Hertelius sibi videtur argumentando effecisse, ut, si philosophi imaginem exhibere Plato sibi proposuisset, idem veri politici speciem et formam adumbraturus fuisse existimandus sit. Quae quam fallax sit argumentatio, nolumus nunc ex ipso utriusque libri argumento demonstrare. Satis erit significavisse ipsum Platonem promisisse saepius philosophi adumbrationem, politici veri designationem non promisisse. Accedit quod nemo dum extitit, qui politicum perfectum contenderet isto modo postea fuisse a Platone descriptum, quo philosophum in Phaedone et Symposio exhibitum esse cum Schleiermachero censuit Hertelius: quod tamen, si philosophus sibi voluisset constare, utique facere debuisset. Hoc uno igitur argumento totam illius concidere ratiocinationem manifestum est. Sed videamus, quid Hertelius praeterea in medium attulerit. Censet igitur Platoni non opus fuisse, ut philosophi formam ac speciem informaret. Et tamen id ipsum ab eo factum esse gravissime asseverat. Quomodo tandem? Audiamus rursus ipsum. Pergit

igitur hunc in modum disputare: „At vero, quod ex hac quidem parte perspicuum esse et vero a me disputatum sine ulla dubitatione confirmaverim, ex altera tamen ne sic quidem ab omni labe immune videtur.“ Hem! quidni vero, quum illud sine dubitatione a se disputatum esse modo professus sit? Respondet ad haec sic. „Nam si ad Sophistam et Politicum pedem propius conferamus, Politici videmus exitum nihil ad distinctionem inter verum et falsum politicum pertinere, sed in alterius officio depingendo orationem ita versari, ut de falsi natura nihil amplius discamus; et prorsus simili ratione in Sophista de discrimine quidem philosophi et sophistae peractum esse, sed ea de re, philosophus quid per se sit, literas omnino conticere.“ Parum constanter profecto haec ita disputantur. Non urgebo omnia; verum illud cui non mirum accidat, quod quum Plato antea dicatur in Sophista omnem de philosopho disputationem anticipavisse, tamen nunc in ipso exitu dialogi illud ipsum desiderari dicitur, ut quid sit philosophus vi et natura sua, accurata disputatione explicatum legatur? Nimirum hae sunt merae argutiae, quae quorsum evasurae sint, iam ipsi legentes facile augurabuntur. Enimvero tota ista disputatio eo denique pertinet, ut ostendatur, cur Plato proprie quidem non debuerit necessarium putare peculiarem librum de philosopho scribi; sed tamen praeter necessitatem et quia quid philosophus per se esset non significavisset, in scriptionibus non id ipsum agentibus iisque pluribus philosophi speciem et imaginem adumbrare constituerit. Itaque iam tandem sic finitur argumentatio. „Hanc igitur partem aut praetermissam a Platone dicamus aut, siquidem rei inceptae (?) aliquam absolutionem expectemus, etiam alio loco quaeramus eo magis necesse est, quia Plato ipse instituendae de philosopho disquisitionis promissionem in fronte Politici disertis verbis repetendo etiamtum indicavit, sibi hanc rem uberius tractare in animo esse. Qua in re divinum eius ingenium iterum mirifice se extulisse confitendum est, qui, quum omittere posset, id quod gravissimum sibi videri deberet, de vero philosopho exponendi munus, cumque simul intelligeret huius rei amplitudinem et copiam intra unius certi dialogi limites comprehendere alienum esse, rem sic institueret, ut alteram disputationis partem Sophistae applicaret, unde philosophi discrimen et

sophistae cognosceretur, alteram autem ita amplificaret et dilataret, ut nemo haberet definitam aliquam regionem, cuius terminis septa teneretur.“ Ita igitur Plato et scripsit philosophum et non scripsit; et ostendit interiorem viri naturam et rursus non ostendit; voluit eius indolem qualis per se esset describere, et tamen non definivit regionem, sicuti legimus, qua inclusus teneretur; denique dialogi, in quibus ita factum est, et cohaerent cum Sophista atque Politico, et vero etiam non cohaerent. Hoc quid tandem aliud esse dicemus quam micare in tenebris? Verum quod omnium maxime mirum est, scriptor disputationis eruditissimus quum antea Schleiermacheri de philosophi imagine in Phaedone et Symposio depicta opinionem cupide esset amplexatus, ubi iam ventum est ad extremum, mente repente mutata, denique sic disserit: „Atque nostra iam sententia haec est: Platonem hanc perfectissimi philosophi imaginem non solum in Phaedone et Symposio exhibuisse, quamquam in his dialogis praecipuam eius rei rationem eum habuisse verum sit, sed Schleiermacherum huius consilii fines angustius circumscripsisse, Platonem autem omnibus dialogis, ubicunque Socratem loquentem fecerit, id unum spectasse, ut sub eius persona viri et perfecti philosophi effigies, h. e. idea philosophi, compareat, ut quae sit vita philosophi intelligatur, quae sit mors, quae sit disputandi ratio, omnino, quae sit indoles atque natura.“ Ita igitur tandem deducimur eo, ut nullum non Platonis dialogum cum Sophista et Politico arctiore quodam vinculo contineri existimare liceat, quandoquidem in omnibus atque singulis promissa perfecti philosophi imago exhiberi dicitur: quin etiam, id quod multo est incredibilius, ita statuere iubemur, ut Platonem putemus promissis suis iam stetisse, priusquam illa dedisset, quandoquidem etiam in dialogis iis, qui scripti sunt ante Politicum et Sophistam, Socrates ita loquens inducitur, ut perfecti philosophi partes sustineat. Sed satis haec sunto de re praesenti. Videmur enim uno certe eoque satis luculento exemplo demonstravisse, quantum habeat difficultatis Schleiermacheri sententiam vel illustrare vel defendere conari. Redeamus nunc in viam et videamus, quid de tota causa statuendum sit.

Diximus antea eam philosophi imaginem, quae in Phaedone ac Symposio expressa cernatur, non esse ta-

lem, qualem post Sophistam et Politicum iure expectaveris. Quod quid sibi velit, accuratius declarandum est, praesertim quum haec una via sit, qua ad verum reperiendum perveniri posse videatur. Quid igitur? Qualis tandem Sophista iste informatur, cui perfecti et germani philosophi imaginem Plato veluti e regione collocare constituit? Enimvero, rem si accurate consideraveris, protenus videbis, non esse alium, quam qui perverso dialecticae usu tricas fraudesque sectetur, eoque ipso et sapientiae speciem sibi conciliare et commodis suis prospicere studeat. Vis igitur et nātura eius maxime in abusu dialecticae artis cernitur. Iam quum Plato id consilii agitaverit, ut philosophi speciem et imaginem Sophistae contrariam et oppositam informaret, ecquis est quin sponte largiatur, voluisse eum talem informare maxime philosophum suum, qui verus ac germanus esse videretur dialecticus? Atque hoc ipsum eo est verisimilius, quod ita demum ipsi licebat eam, quam in Sophista vix inchoaverat, subtiliorem de ideis earumque rationibus doctrinam perficere et in illustriore luce collocare. Quis est enim, qui sibi persuadeat philosophum hanc doctrinae suae partem, sanequam longe gravissimam, mancam et imperfectam fuisse relicturum? Sed ne opus quidem est, ut verisimilitudinem sequamur: certum habemus atque perspicuum ipsius Platonis hac ipsa de re testimonium, quod mirum est eos fugisse, qui de hac re disceptare instituerunt. Extat illud in Sophista p. 253. D sqq. ubi haec sunt: *ΞΕ. τὸ κατὰ γένη διαιρεῖσθαι καὶ μήτε ταὐτὸν εἶδος ἕτερον ἡγήσασθαι μήθ' ἕτερον ὂν ταὐτὸν μῶν οὐ τῆς διαλεκτικῆς φήσομεν ἐπιστήμης εἶναι; ΘΕ. ναί, φήσομεν. ΞΕ. οὐκοῦν ὅ γε τοῦτο δυνατὸς δρᾶν μίαν ἰδέαν διὰ πολλῶν, ἑνὸς ἑκάστου κειμένου χωρίς, πάντῃ διατεταμένην ἱκανῶς διαισθάνεται, καὶ πολλὰς ἑτέρας ἀλλήλων ὑπὸ μιᾶς ἔξωθεν περιεχομένας, καὶ μίαν αὖ δι' ὅλων πολλῶν ἐν ἑνὶ ξυνημμένην, καὶ πολλὰς χωρὶς πάντῃ διωρισμένας· τοῦτο δ' ἔστιν, ᾗ τε κοινωνεῖν ἕκαστα δύναται καὶ ὅπῃ μή, διακρίνειν κατὰ γένος ἐπίστασθαι. ΘΕ. παντάπασιν μὲν οὖν. ΞΕ. ἀλλὰ μὴν τό γε διαλεκτικὸν οὐκ ἄλλῳ δώσεις, ὡς ἐγῷμαι, πλὴν τῷ καθαρῶς τε καὶ δικαίως φιλοσοφοῦντι. ΘΕ. πῶς γὰρ ἂν ἄλλῳ δῴη τις; ΞΕ. τὸν μὲν δὴ φιλόσοφον ἐν τοιούτῳ τινὶ τόπῳ καὶ νῦν καὶ ἔπειτα ἀνευρήσομεν, ἐὰν ζητῶμεν, ἰδεῖν μὲν χαλεπὸν ἐναργῶς καὶ τοῦ-*

τον· ἕτερον μὴν τρόπον ἥ τε τοῦ σοφιστοῦ χαλεπότης ἥ τε τούτου κ. τ. λ. quem locum neque a Schleiermachero neque ab Heindorfio intellectum in Commentariis illustratum dedimus. Hoc vero testimonio quid potest esse clarius, quid certius, quid denique luculentius?

At vero, inquies, Philosophus ille, quem Plato ibi paucis verbis significavit, num tandem alibi peculiari aliqua scriptione ab eo institutus et informatus est? Est vero. Quanquam liber ille, in quo eius descriptio exhibetur, a nemine fere usque ad hunc diem satis intellectus recteque explicatus fuit. Quae ipsa caussa extitit, quamobrem quid rei esset ne ab acutissimis quidem hominibus perspiceretur. Loquimur de Parmenide: hunc enim librum utique eum esse censemus, in quo Plato philosophum, qualem in Sophista et Politico significavit, finxit et informavit. Quod ne cui dubium et incertum videatur, age quamobrem ita statuendum existimemus, paucis exposuisse iuvabit. Versabimur tamen in hac nostra disputatione sic, ut quae nuper de Parmenidis argumento et proposito in peculiari huius libri editione Lipsiensi copiose exposuimus, ea ab legentibus magnam certe partem legi compararique velimus. Alioquin enim fieri vix poterit, ut iis plane de nostrae sententiae veritate persuadeamus.

Ac primum quidem illud perspicuum esse debet omnibus, in loco Sophistae p. 253. D sqq. designari philosophum eum, qui in dialecticis gnaviter exercitatus sit eiusque artis rectum usum teneat, ita ut eius ope idearum vim rationemque omnem recte exquirere atque illustrare possit. Talis vero philosophus ille ipse Parmenides est, qui in libro cognomine disserens inducitur. Hic enim non modo praeceptiones dat dialecticas subtilissime excogitatas; verum etiam in ipso earum usu tam est prudens, tam moderatus, tam denique veri reperiendi studiosus, ut spretis inanibus artificiis omnibus unice id operam det idque unum maxime agat, ut quod exquirendum suscepit, id omni modo investigetur penitusque cognoscatur. Atque ita quum in vero explorando versetur, tenet etiam praestantissimam illam artem purgatoriam, cuius vis et efficacia haec est, ut a vanis et inanibus liberemur opinionibus et ad veritatis cognitionem traducamur: quam ipsam artem non Sophistarum, sed

veri philosophi propriam esse Plato item in Sophista p. 231. A. B. non obscure significavit. Hoc igitur sane eiusmodi est, ut vel inde liceat non improbabiliter coniicere, quod nos quidem verissimum esse nobis penitus persuasimus. Verum huc alterum accedit, quod etiam plus momenti ad rem praesentem facere existimamus. Nam quod in Sophista p. 253. D sqq. a philosopho exigitur hoc, ut plenam perfectamque sibi acquirere studeat idearum cognitionem, et qua illae inter se necessitudine et coniunctione contineantur explorare conetur; huic officio atque muneri personatus Parmenides tam cumulate satisfacit, ut hoc in genere nihil praestantius fingi, nihil cogitari queat. Exponit enim omnem idearum doctrinam sic, ut quodnam sit earum principium, quae natura, quae ratio, quae vis et efficacia, quae necessitudo et coniunctio, quae scientia et cognitio, diligentissime exquiratur atque iis, qui in dialecticis exercitati sunt, admirabili acumine ostendatur. Qua in re ille prorsus eodem modo versatur, quo facit hospes Eleaticus eo loco, ubi de entis et non-entis rationibus explicat inde a p. 251. A sqq. usque ad p. 260. Unde quid concludere de Sophistae et Parmenidis nexu liceat, sponte intelligitur. Huc accedit tertium quiddam, quod mentione non indignum est. Nam quod Plato in Theaeteto p. 183. E. et Sophist. p. 217. C. Socratem fecit narrantem, sese aliquando adolescentem cum sene Parmenide colloquium habuisse, significavit philosophus satis aperte, dialogum Parmenidis nomine inscriptum cum his ipsis libris arcte cohaerere. Falluntur autem magnopere, qui ex his locis collegerunt eum librum ante Theaetetum et Sophistam litteris mandatum esse. Nam id ita factum esse primum quidem propter universum horum librorum argumentum non est verisimile. Quis enim sibi persuadeat Platonem primum suam de Ente doctrinam fuisse expositurum, ac deinde demum ea explicaturum, quae in Theaeteto ac Sophista tractantur? Imo naturalis quasi et ipsi rei consentaneus ordo librorum hic est, quem nos statuimus, de qua re monuimus item Prolegom. ad Theaet. p. 5. Deinde vel exigua docet rerum explicatarum observatio, in Parmenide de ente et non-ente disputari sic, ut quae in Sophista his de rebus exposita sunt, ea tanquam iam aliunde nota ad usum revocentur, quorsum pertinet illud, quod ibi τοῦ μὴ ὄντος nulla exhibetur accuratior definitio, ut quae iam in Sophista fuit proposita; in Sophi-

sta autem nusquam aliquid reperias, quod non per se possit intelligi, etiamsi nihil eorum recordemur, quae in Parmenide disseruntur. Relinquitur igitur, ut Platonem censeamus Parmenidem tanquam sermonem mox proditurum et perfecti philosophi imaginem ac speciem exhibiturum veluti in antecessum indicavisse. Atque id profecto commode recteque ita facere potuit propterea, quod sermonem in eo libro finxit iam ante multum tempus habitum, qua fictione sese decipi passi sunt, qui eum cum Schleiermachero pro opere Platonis iuvenili habuerunt. Atque his breviter explicatis duae res supersunt, de quibus aliquid dicendum videtur. Mirum enim alicui accidat, quod in Parmenide repente scena dialogi mutatur, quum tamen ipsum Politici initium nos expectare iubeat, eam etiam in eo sermone, qui perfectum philosophum exhibet, eandem mansuram esse. Ibi enim Socrates ad Theodorum: *ἦ πολλὴν χάριν*, inquit, *ὀφείλω σοι τῆς Θεαιτήτου γνωρίσεως, ὦ Θεόδωρε, ἅμα καὶ τῆς τοῦ ξένου.* Ad quae ille: *τάχα δέ γε, ὦ Σώκρατες, ὀφειλήσεις ταύτης τριπλασίαν, ἐπειδὰν τόν τε πολιτικὸν ἀπεργάσωνταί σοι καὶ τὸν φιλόσοφον.* At in Parmenide nec hospitis Eleatici, nec Theodori nec Theaeteti mentio iniicitur; unus Socrates tanquam adolescens, qui olim cum Parmenide sermones miscuerit, commemoratur. Veruntamen quantumvis gravis haec dubitatio primo adspectu videatur, tamen facili negotio poterit removeri. Quum enim Cephalus familiaribus quibusdam, quorum nomina reticentur, omnem Parmenidis sermonem exponat, quid prohibet, quominus illos omnes inter *κωφὰ πρόσωπα* numerari statuamus? Enimvero quod in locum hospitis illius Eleatici iam ipse Parmenides successit, id caussa nititur satis idonea. Ita enim summus Eleaticae familiae princeps non quidem describit veri philosophi virtutem, sed ipse tanquam praesens eius personam repraesentat et ob oculos ponit: quod longe elegantissime ita fingitur. Neque in eo quisquam haerebit, quod non Socrates sed Parmenides tanquam perfectus philosophus, qui ad dialecticae artis summum fastigium escenderit, informatur. Nam primum quidem Parmenidis persona ad instituendam hanc disputationem eandem ob caussam necessaria videri potuit, ob quam in Sophista hospitem Eleaticum inductum esse supra disputavimus. Deinde Socrates utique in eius honoris venit communionem, qui Parmenidi habitus est. Narrat enim

Cephalus Parmenidem senem optima quaeque de Socrate adolescente esse auguratum tantaque captum eius admiratione, ut non invitus ei morigeratus denique de Uno cum eo disserere omnemque de ideis doctrinam exponere instituerit. Ita igitur nihil esse apparet, quod ullo modo impediat, quominus Platonem philosophi imaginem, quam in Sophista et Politico promiserat, in libro Parmenidis nomine inscripto denique perfecisse existimemus; imo multa sunt, quae hanc eius fuisse rationem gravissime suadeant.

Sed tempus est huic praefationi tandem aliquando finem imponere, quae vereor ne pro huius operis instituto vel sic iam nimis longa evaserit. Et facere id eo rectius iam posse videmur, quod superiore disputatione nostra effectum est, ut quae Socherus contra fidem et auctoritatem huius libri disseruit, ea tanquam sua sponte conciderint. Hoc unum fortasse eo nomine addidisse non supervacaneum erit, respici Sophistam iam ab Aristotele Metaphys. V. c. 2. p. 100 sq. pariterque Politicum, cuius cum auctoritate illius quoque fides salva stabit et incolumis, Politicor. I. c. 2. Ex quo perspicuum est nec deesse testem satis locupletem, qui eum ab adulterinae originis suspicione defendere queat. Ceterum utiliter conferentur, quae in Prolegomenis ad Theaetetum de aliis quibusdam rebus exposuimus.

NOTITIA LITTERARIA.

Peculiares Sophistae editiones factae sunt hae: Platonis Dialogi tres, Sophista, Politicus, Parmenides. Graece, ex recensione Henr. Stephani, animadversionibus criticis illustrati ab Io. Frider. Fischero. Lipsiae, sumtu I. Fr. Langhemii. 1774. 8. Contulit Fischerus vett. editt. Ald. Bas. 1. 2. cum exemplo Stephan., unde varias exscripsit lectiones; praeterea usus est vett. grammaticis aliisque scriptoribus vett., qui locos singulos laudarunt, indeque emendationis petiit auxilia. Raro tamen ab Henr. Stephano recedere ausus est.

Platonis Dialogi tres, Phaedo, Sophistes, Protagoras. Emendavit et annotatione instruxit Lud. Frid. Heindorfius. Berolini, 1810. 8. Versatus est in emendando et illustrando Sophista eodem modo, quem

tenuit in Phaedone aliisque libris; nec vero usus est novis subsidiis criticis.

Scripserat in Sophistam commentarios Porphyrius, quos memorat Boëthius. v. Holstenium in Vita Porphyrii c. VI. p. 54. sed illi toti interciderunt aut latent adhuc in scriniis bibliothecarum.

Imitatus est Platonem multis in partibus Themistius in Oratione XXIII. ed. Harduin. a quo tamen nihil proficias.

Germanice vertit Sophistam quoque Schleiermacherus Opp. Platon. Vol. II. P. II. p. 129 sqq. edit. 2, 1824.

CODICES
QUORUM VARIAE LECTIONES AFFERUNTUR.

Bodleianus s. Clarckianus.
Coislinianus *Γ*.
Vaticanus *Δ*. s. n. 225. hunc praeter Bekkerum contulit etiam Bastius, cuius copiis nobis uti licuit.
Venetus *Λ* s. n. 8.
Venetus *Ξ* s. n. 184.
Venetus *Π* s. n. 185. } quos praeter Bekkerum etiam Bastius excussit, cuius copiis nos item usi sumus.
Venetus *Σ* s. n. 189. }
Vindobonensis Y. n. 31.
Parisinus B. s. n. 1808. praeter Bekkerum etiam a Bastio collatus.
Parisinus C. s. n. 1809.
Parisinus E. s. n. 1811.
Parisinus F. s. n. 1812. unde etiam Ruhnkenius excerpsit varias lectiones, quas edidit Heusdius Spec. Crit. p. 139 sq.
Parisinus H. s. n. 1814.
Florentini a. b. c. et i.
Zittaviensis.

Ex his octodecim codicibus optimi sunt qui fere inter se consentiunt Bodl. Vat. *Δ*. Venet. *Π*. et Flor. i. Quanquam nec his omnia tribuere consultum est.

SOPHISTA.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΘΕΟΔΩΡΟΣ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΞΕΝΟΣ ΕΛΕΑΤΗΣ, ΘΕΑΙΤΗΤΟΣ.

Cap. I. *Κατὰ τὴν χθὲς ὁμολογίαν, ὦ Σώ-* 216 *κρατες, ἦκομεν αὐτοί τε κοσμίως καὶ τόνδε τινὰ ξέ-*

P. 216. A. *καὶ τόνδε τινὰ ξ.*] Pro *τινὰ* Ven. *Π.* corr. *τόν.*

P. 216. *κατὰ τὴν χθὲς ὁμολογίαν*] Habitum fingitur colloquium postridie, quam disputatio, quae in Theaeteto continetur, instituta esset. Quamobrem etiam iidem homines, atque illic, hoc est Theodorus Cyrenaicus et Theaetetus, praeclari ingenii adolescens, cum Socrate colloquentes inducuntur. Quod magno est argumento arctissimam esse huius libri cum Theaeteto necessitudinem et coniunctionem. Enimvero in Theaeteto posteaquam demonstratum est scientiam neque in visis neque in opinionibus inesse, philosophus iam accedit ad examinandam Eleaticorum sententiam, qui omnia ad unum illud Ens suum referebant. Ex quo perspicuum est, cur iam Theaetetus et Theodorus dicantur secum adduxisse hospitem Eleaticum, philosophiae amantissimum. Quippe intelligitur homo aliquis Eleaticae doctrinae deditus, et in dialecticis maxime versatus. Quem quidem Plato sic induxit disserentem, ut Parmenidis de essentia opinionem examinare et refellere instituat. P. 241. A sqq. et 258. C sqq. Quod si quaeris cur ita fiat, in promtu responsio est. Nam ita iidem illi, qui Parmenidem presse sequebantur, hoc est Megarici, suis ipsorum armis impugnantur atque disserendi acumine subtilissimaeque dialecticae artificio eo perducuntur, ut ipsi ultro errorem suum agnoscere coacti sint. Qua eadem ratione Plato usus est etiam in Parmenide, in quo libro ipse Parmenides sic disputat, ut Platonis sententiam illustret, patefaciat, confirmet. Etenim egregie philosophus isto modo significavit fieri non posse, quin qui Eleatarum sententiam accurate examinent, ii denique sponte perveniant ad eam rationem, quam ipse pro vera rectaque probabat. Haec autem quum ita sese habeant, nec illud cuiquam mirum videbitur, quod multis offensioni fuit, hospitem istum Eleaticum, etsi minus ceteris litigiosus et contentiosus dicitur esse, tamen per totum sermonem eo uti disputandi genere, quod ad ridendos cavillandosque argutos istos disputatores egregie comparatum sit. Nam Eleaticus hic quum plane dialecticam scholae istius consuetudinem sequatur, tamen quia fingitur mansuetior atque lenior ceteris eristicis, utique potuit concedere atque largiri Parmenidis rationem emendandam esse et ad maiorem quandam perfectionem provehendam. Sed haec omnia clariora etiam fient et evidentiora, ubi, quae in Prolegomenis scripsimus, diligenter comparaveris.

κοσμίως — ἄγομεν] H. e. ut par est, ex composito, ut urbanitati convenit, ideoque volun-

νον ἄγομεν, τὸ μὲν γένος ἐξ Ἐλέας, ἑταῖρον δὲ τῶν ἀμφὶ Παρμενίδην καὶ Ζήνωνα [ἑταίρων], *μάλα δὲ ἄνδρα φιλόσοφον.*

ΣΩ. Ἆρ' οὖν, ὦ Θεόδωρε, οὐ ξένον ἀλλά τινα θεὸν ἄγων κατὰ τὸν Ὁμήρου λόγον λέληθας; ὃς φησιν ἄλλους τε θεοὺς τοῖς ἀνθρώποις, ὁπόσοι μετέχουσιν αἰδοῦς δικαίας, καὶ δὴ καὶ τὸν ξένιον οὐχ ἥκιστα θεὸν συνοπαδὸν γιγνόμενον ὕβρεις τε καὶ εὐνομίας τῶν ἀνθρώπων καθορᾶν. τάχ' οὖν ἂν καὶ σοί

ἑταῖρον δὲ τῶν ἀμφὶ Π.] Vett. editt. *ἕτερον δὲ τῶν ἀμφὶ Π. καὶ Ζήνωνα ἑταίρων.* Istud *ἕτερον* recte Cornarius vidit in *ἑταῖρον* mutari oportere, idque scriptum exhibent Bodl. Coisl. Vat. *A.* Ven. *AΞΠ.* Par. B. et ex em. E. Flor. a. b. c. i. Pro *τῶν* Bodl. *τόν*, mendose. Idem tamen Bastio teste etiam Vat. *Δ.* habet. Tum recte Fischerus censuit *ἑταίρων* e glossemate natum esse. Neque enim quisquam Graece dixerit *ἑταῖρος τῶν περὶ* s. *ἀμφί τινα ἑταίρων.* Fraudem arguit etiam incerta vocabuli sedes; nam Ven. *A.* Flor. b. i. est *τῶν ἀμφὶ Παρμενίδην ἑταίρων καὶ Ζήνωνα.*

ἀμφὶ Παρμενίδην] *Παρμενείδην* Bodl. ut mox p. 217 C. *Παρμενείδη.* et Parmenid. p. 126. C. de qua scriptura vocabuli v.

tati tuae convenienter. Similiter Symp. p. 182. A. *κοσμίως γε καὶ νομίμως ὅτιοῦν πρᾶγμα πραττόμενον.* Prorsus eodem modo Aeschylus Pers. v. 380. ed. Blomf. *οἱ δ' οὐκ ἀκόσμως, ἀλλὰ πειθάρχῳ φρενὶ δεῖπνόν τ' ἐπορσύνοντο.* Ibid. v. 405. *τὸ δεξιὸν μὲν πρῶτον εὐτάκτως κέρας ἡγεῖτο κόσμῳ, δεύτερον δ' ὃ πᾶς στόλος ἐπεξεχώρει.* Agamemn. v. 504. *δέξασθε κόσμῳ βασιλέα πολλῷ χρόνῳ.* quem locum temere sollicitarunt.

ἑταῖρον δὲ τῶν —] Fuisse igitur dicitur assectator Parmenidis et Zenonis, h. e. Eleaticae doctrinae amicus, sed idem disserendi consuetudini ita deditus, ut ceteris esset moderatior. Quamobrem etiam ipsius Parmenidis opiniones non tam pertinaciter defendit, ut nihil in iis mutandum censeat, sed ipse eas corrigit ita, ut ad Platonis inflectantur sententiam.

Ἆρ' οὖν — λέληθας] Leniter et urbane cavillatur disserendi rabiem, qua qui Parmenidis et Zenonis rationem sectabantur, paene flagrare visi sunt. Nam Zeno ipse sicuti a multis dialecticae artis auctor atque parens habitus est. v. Sext. Emp. adv. Mathem. VII. 7. Diog. Laërt. IX. 25. coll. VIII. 57., ita qui Eleaticam rationem Platonis aetate amplexabantur, h. e. Megarici, tanto incensi erant disputandi ardore, ut iam mature Eristicorum nomine afficerentur. v. Deyksius De Megaricis p. 7 sq. Nam iam in Euclide, scholae Megaricae conditore, cavillandi rixandique cupidinem notavit Timo Sillographus apud Diogen. Laert. II. 107. et Diogenes Sinopensis, qui teste Laertio VI. 24. *Εὐκλείδου σχολὴν* salse appellabat *Εὐκλείδου χολήν.* Quid quod eum ipse Socrates quoque hoc

τις οὗτος τῶν κρειττόνων συνέποιτο, φαύλους ἡμᾶς ὄντας ἐν τοῖς λόγοις ἐποψόμενός τε καὶ ἐλέγξων, θεὸς ὤν τις ἐλεγκτικός.

ΘΕΟ. Οὐχ οὗτος ὁ τρόπος, ὦ Σώκρατες, τοῦ ξένου, ἀλλὰ μετριώτερος τῶν περὶ τὰς ἔριδας ἐσπουδακότων. καί μοι δοκεῖ θεὸς μὲν ἀνὴρ οὐδαμῶς εἶναι, θεῖος μήν· πάντας γὰρ ἐγὼ τοὺς φιλοσόφους τοιούτους προσαγορεύω. C

interpretes ad Phrynich. p. 454. Lobeckium ad Aglaophamum p. 185. Enimvero altera forma ad *Πάρμενος*, altera ad *Παρμενεύς* refertur. Perpetua haec est codd. in talibus nominibus fluctuatio, veluti in Ὑπερίδης et Ὑπερείδης, de quo v. Blumius ad Lycurg. §. 36. Westermann. Geschichte der griech. Beredsamkeit p. 120.

ὅς φησιν] Ald. Bas. 1. 2. *ὡς φησιν*. quod praeeunte Cornario emendavit Stephanus. Ac tenent *ὅς* praeter Ven. *ΣΥ*. Par. E. Zittav. libri mss. omnes. Dein Bodl. *ἀλλήλους*: sed *ἄλλους* superscriptum.

B. *ἀνὴρ οὐδαμῶς*] Libri *ἀνήρ*, quod correxit Bekkerus.

nomine vituperavit; is enim, ut est apud Laert. II. 80. *ὁρῶν Εὐκλείδην ἐσπουδακότα περὶ τοὺς ἐριστικοὺς λόγους, ὦ Εὐκλείδη,* inquit, *σοφίσταις μὲν ὀυνήσῃ χρῆσθαι, ἀνθρώποις δὲ οὐδαμῶς.* Itaque hoc loco Socrates admodum facete et urbane Eleaticum istum hospitem cum deo aliquo comparat, qui tanquam de coelo venerit pravam ipsorum disserendi rationem inspectaturus et castigaturus. Quam quidem irrisionem urbanissimam plane percipiens Theodorus illum negat tam rixosum et contentiosum esse quam ceteros, sed aliquanto mansuetiorem. Locus Homeri, ad quem respicitur, est Odyss. *ρ'*. v. 485 sqq. *καί τε θεοὶ ξείνοισιν ἐοικότες ἀλλοδαποῖσι Παντοῖοι τελέοντες, ἐπιστρωφῶσι πόληας, Ἀνθρώπων ὕβριν τε καὶ εὐνομίην ἐφορῶντες.* Dicit autem haec aliquis procorum Penelopes ad Antinoum, qui Ulyssem, quem mendicum putaret, indignis modis increpuerat. Sed verba *ὁπόσοι μετέχουσι αἰδοῦς δικαίας* pertinent ad Odyss. *ι'*, 770. Ξείνιος (Ζεύς), *ὅς ξείνοισιν ἅμ' αἰδοιοῖσιν ὀπηδεῖ.* Quemadmodum vero hic *αἰδοῦς δικαίας* dicitur, ita apud Homerum et Hesiodum frequentissime reperitur *αἰδὼς καὶ δίκη*, de qua re diximus ad Protagor. p. 322. C.

B. *τις οὗτος τῶν κρειττόνων*] Saepenumero *οἱ κρείττονες* vocantur dii, de quo usu loquendi v. Wernsdorf. ad Himer. Orat. XX. 1. intpp. ad Xenoph. Cyrop. VII. 15.

C. *τοιούτους προσαγορεύω*] Int. *θέλους*. Mox *ὡς ἔπος εἰπεῖν* pertinet ad *οὐ πολύ τι ῥᾷον*, hoc sensu: propemodum non multo facilius est hoc genus ad discernendum quam dei. v. ad Symp. p. 179. A.

ΣΩ. Καὶ καλῶς γε, ὦ φίλε. τοῦτο μέντοι κινδυνεύει τὸ γένος οὐ πολύ τι ῥᾷον, ὡς ἔπος εἰπεῖν, εἶναι διακρίνειν ἢ τὸ τοῦ θεοῦ· πάνυ γὰρ ἄνδρες οὗτοι παντοῖοι φανταζόμενοι διὰ τὴν τῶν ἄλλων ἄγνοιαν ἐπιστρωφῶσι πόληας, οἱ μὴ πλαστῶς ἀλλ' ὄντως φιλόσοφοι, καθορῶντες ὑψόθεν τὸν τῶν κάτω βίον, καὶ τοῖς μὲν δοκοῦσιν εἶναι τοῦ μηδενὸς τίμιοι, τοῖς δ' ἄξιοι τοῦ παντός· καὶ τοτὲ μὲν πολι-
D τικοὶ φαντάζονται, τοτὲ δὲ σοφισταί, τοτὲ δ' ἔστιν οἷς δόξαν παράσχοιντ' ἂν ὡς παντάπασιν ἔχοντες μανικῶς. τοῦ μέντοι ξένου ἡμῖν ἡδέως ἂν πυνθανοίμην, εἰ φίλον αὐτῷ, τί ταῦθ' οἱ περὶ τὸν ἐκεῖ τό-
217 πον ἡγοῦντο καὶ ὠνόμαζον.

ΘΕΟ. Τὰ ποῖα δή;

ΣΩ. Σοφιστήν, πολιτικόν, φιλόσοφον.

C. *Καὶ καλῶς γε*] *Καὶ* om. Bodl. Vat. Ven. *Π.* errore, ut videtur.

ἄνδρες οὗτοι] Bekkerus *ἄνδρες οὗτοι.*

D. *παράσχοιντ' ἂν*] Sic Ven. *ΣΞΥ.* Coisl. Zitt. Vett. editt. *παράσχοιντο ἄν.*

C. *παντοῖοι — πόληας*] Utitur verbis Homericis, pro *τελέθοντες* tamen de suo interponens *φανταζόμενοι.* Post *ἄνδρες οὗτοι* per epexegesin subiungitur *οἱ μὴ πλαστῶς ἀλλ' ὄντως φιλόσοφοι*, quod cave pro glossemate habeas. Nihil enim apud Platonem hoc appositionis genere est frequentius; v. ad Protag. p. 356. C. Gorg. p. 501. A.

εἶναι τοῦ μηδενὸς τίμιοι] Formulam *τοῦ παντός* et *τοῦ μηδενὸς ἄξιον* s. *τίμιον εἶναι* illustravit ad h. l. Heindorfius. Addimus Dion. Chrysost. p. 45. ed. R. *τοῦ παντὸς ἂν ἦν ἄξιον.* Ibid. p. 64. *ταῦτα ἐνόμιζε τοῦ μηδενὸς ἄξια.* Paullo lenius rem significantes Graeci etiam sine articulo dicunt *παντός* et *μηδενός* s. *οὐδενὸς ἄξιον.* Eadem ratio est formulae *τὸ μηδὲν εἶναι* et *μηδὲν εἶναι*, de qua v. Eurip. Heraclid. v. 168. Electr. 370. Troad. 608. Rhes. 819. Aristoph. Avv. v. 580. ed. Dind. Alia suppeditabunt Valckenar. ad Phoeniss. v. 601. Bergler. ad Aristoph. Equitt. v. 158. Locella ad Xenoph. Ephes. p. 129. Matthiae Gr. §. 437.

D. *δόξαν παράσχοιντ' ἂν ὡς — ἔχοντες μανικῶς*] H. e. *ὅτι ἔχουσι μανικῶς.* Eandem structuram habes Theaet. p. 158. B. Legg. XII. p. 964. A. IV. 716. VI. p. 755. A. Gorg. p. 472. D. Prot. p. 352. B. Euthydem. p. 273. E. al. Sed otium fecit Matthiae Gr. §. 569. 7. Ipsam sententiam abunde illustrabit divinus ille locus Theaet. p. 173. A sqq. ubi convicia in philosophos coniecta pulcerrime enarrantur.

ΘΕΟ. Τί δὲ μάλιστα καὶ τὸ ποῖόν τι περὶ αὐτῶν διαπορηθὲις ἐρέσθαι διενοήθης;

ΣΩ. Τόδε· πότερον ἓν πάντα ταῦτα ἐνόμιζον ἢ δύο, ἢ καθάπερ τὰ ὀνόματα τρία, τρία καὶ γένη διαιρούμενοι καθ' ἓν ὄνομα γένος ἑκάστῳ προσῆπτον;

ΘΕΟ. Ἀλλ' οὐδείς, ὡς ἐγῷμαι, φθόνος αὐτῷ διελθεῖν αὐτά. Ἢ πῶς, ὦ ξένε, λέγωμεν;

ΞΕ. Οὕτως, ὦ Θεόδωρε. φθόνος μὲν γὰρ οὐδείς, οὐδὲ χαλεπὸν εἰπεῖν, ὅτι γε τρία ἡγοῦντο· καθ' ἕκαστον μὴν διορίσασθαι σαφῶς, τί ποτ' ἐστίν, οὐ σμικρὸν οὐδὲ ῥᾴδιον ἔργον. B

ΘΕΟ. Καὶ μὲν δὴ κατὰ τύχην γε, ὦ Σώκρατες, λόγων ἐπελάβου παραπλησίων ὧν καὶ πρὶν ἡμᾶς δεῦρ' ἐλθεῖν διερωτῶντες αὐτὸν ἐτυγχάνομεν. ὁ δὲ ταῦτα,

P. 217. *καὶ γένη διαιρούμενοι*] Sic Vat. Ven. *Π.* Flor. i. Vett. editt. *καὶ τὰ γένη.* Stephanus coni. pro *γένος ἑκάστῳ* legendum esse *γένει ἑκάστῳ.* sed vide Comment.

ἢ πῶς λέγωμεν] Coniunctivum pro vulg. *λέγομεν* exhibuerunt codd. omnes praeter Par. EF. et Flor. i.

ἡμῖν ἡδέως ἂν πνυθ.] Usus hic dativi ethicus neminem hodie morabitur. Exempla eius bene multa praeter Heindorfium ad h. l. collegit Astius ad Legg. p. 9. conf. infra ad p. 229. E. — *οἱ περὶ τὸν ἐκεῖ τόπον*, Eleatici philosophi.

P. 217. *ἢ καθάπερ — προσῆπτον*] an, sicuti nomina tria, ita etiam tria genera distinguentes per singula nomina genus cuique (nomini) aliquod attribuerint. Ita si haec cum Heindorfio acceperimus, neque *γένει* cum Stephano corrigendum videbitur neque *γένος* exterminandum, quae ratio Astio placuit. Et certe codd. omnes de vulgata lectione egregie consentiunt.

B. *ἢ πῶς — λέγωμεν;*] Quod vulgo legebatur *λέγομεν*, indicativo modo, id ab hoc loco alienum est. Neque enim hoc dicit Theodorus: an quomodo dicimus, o amice; quod foret eius, qui sibi de ea re cum altero iam convenisse significat; sed data alterius nomine responsione iam sic interrogat: an quomodo statuamus? h. e. an quomodo nos de te hac in re sentiamus. Itaque hic quidem probanda est unice codicum optimorum atque plurimorum scriptura.

B. *καὶ μὲν δὴ κατὰ τύχην — ἐτυγχάνομεν*] Ac forte fortuna, o Socrate, res attigisti similes iis, de quibus etiam priusquam nos huc venissemus ipsum interrogabamus. Nam *ὧν* per attractionem pro *οὓς* positum, quandoquidem *παραπλήσιος* sicuti *πλησίος* et *πλη-*

ἅπερ πρὸς σὲ νῦν, καὶ τότε ἐσκήπτετο πρὸς ἡμᾶς· ἐπεὶ διακηκοέναι γέ φησιν ἱκανῶς καὶ οὐκ ἀμνημονεῖν.

C Cap. II. *ΣΩ. Μὴ τοίνυν, ὦ ξένε, ἡμῶν τήν γε πρώτην αἰτησάντων χάριν ἀπαρνηθεὶς γένῃ. τοσόνδε δ' ἡμῖν φράζε· πότερον εἴωθας ἥδιον αὐτὸς ἐπὶ σαυτοῦ μακρῷ λόγῳ διεξιέναι λέγων τοῦτο, ὃ ἂν ἐνδείξασθαί τῳ βουληθῇς, ἢ δι' ἐρωτήσεων, οἷόν ποτε καὶ Παρμενίδῃ χρωμένῳ καὶ διεξιόντι λόγους παγκάλους παρεγενόμην ἐγὼ νέος ὤν, ἐκείνου μάλα δὴ τότε ὄντος πρεσβύτου;*

B. *ἅπερ πρὸς σὲ νῦν*] Vett. editt. *ἅπερ καὶ πρὸς σὲ νῦν.* Sed *καὶ* ignorant codd. omnes praeter Ven. *ΞΣΥ*. Zittav.

C. *Μὴ τοίνυν, ὦ ξένε, ἡμῶν*] *ἡμῶν* vulgo ante *ὦ ξένε* illatum plurimorum, imo omnium fere codicum auctoritate alio loco collocavimus. Mox rursus Bodl. Vat., ut solent, *Παρμενείδῃ*. Hoc igitur dehinc non amplius memorabimus.

σιάζειν non modo dativum, verum etiam genitivum adsciscit. v. Matthiae Gr. §. 386. 4. ann. 2. et 5. Dein Heindorfius de coniectura scripsit: *ὃ δὲ ταὐτά, ἅπερ πρ. σ.* Quo non opus esse facile senties, ubi *ταὐτα* pronomen etiam omitti posse reputaveris, quod certe fieri ita non posset, si ubique *ταὐτὰ* requireretur. Gorg. p. 510. A. *εἴ σοι δοκεῖ ἥπερ ἐμοί.* Protagor. p. 340. B. *εἴ σοι συνδοκεῖ ὅπερ ἐμοί.* Phaed. p. 64. C. *ἐὰν ἄρα καὶ σοὶ συνδοκῇ ἅπερ ἐμοί.* Itaque *ταῦτα* hic non minus tenebimus quam Hipp. min. p. 365. D. *καὶ σοὶ ξυνδοκεῖ ταῦτα, ἅπερ φῂς Ὅμηρον λέγειν.*

C. *ἀπαρνηθεὶς γένῃ*] Soph. Ai. v. 588. *μὴ προδοὺς ἡμᾶς γένῃ.* ubi quae Lobeckius congessit, iis facile augebis copias Heindorfianas ad h. l. contractas. — *αὐτὸς ἐπὶ σαυτοῦ*, ipse pro te, nullo alio sermonem tuum interpellante, quod mox dicitur *τὸ καθ' ἑαυτόν.*

οἷόν ποτε καὶ Παρμ.] quemadmodum olim etiam Parmenidi illis (interrogationibus) utenti et perpulcras orationes exponenti affui ego iuvenis, quum ille tunc iam admodum senex esset. Itaque ad *χρωμένῳ* intelligendum *αὐταῖς*, qui usus loquendi diligenter tenendus. De Rep. V. p. 452. D. *ἀλλ' ἐπειδή, οἶμαι, χρωμένοις ἄμεινον τὸ ἀποδύεσθαι.* ubi int. *αὐτοῖς*, sc. *τοῖς γυμνασίοις.* Legg. I. p. 637. E. *Θρᾷκες ἀκράτῳ παντάπασι χρώμενοι.* int. *αὐτῷ.* De Rep. VI. p. 489. B. *τοὺς μὴ χρωμένους κέλευε αἰτιᾶσθαι.* Xenoph. Cyrop. IV. 3, 23. *ὥστε ἔτι καὶ νῦν ἐξ ἐκείνου οὕτω χρῶνται Πέρσαι.* Sophocl. Oedip. Tyr. v. 117. *οὐδ' ἄγγελός τις οὐδὲ συμπράκτωρ ὁδοῦ κατεῖδ', ὅτου τις ἐκμαθὼν ἐχρήσατ' ἄν.* sc. *τῷ ἀκουσθέντι.* Ceterum dubitari non potest his verbis significari librum Platonis, quem Parmenidis nomine inscripsit. Quanquam multum falluntur, qui Sophistam et Theaetetum post

ΞΕ. Τῷ μέν, ὦ Σώκρατες, ἀλύπως τε καὶ εὐηνίως προσδιαλεγομένῳ ῥᾷον οὕτω, τὸ πρὸς ἄλλον· εἰ δὲ μή, τὸ καθ' αὑτόν. D

ΣΩ. Ἔξεστι τοίνυν τῶν παρόντων ὃν ἂν βουληθῇς ἐκλέξασθαι· πάντες γὰρ ὑπακουσονταί σοι πρᾴως· συμβούλῳ μὴν ἐμοὶ χρώμενος τῶν νέων τινὰ αἱρήσει, Θεαίτητον τόνδε, ἢ καὶ τῶν ἄλλων εἴ τίς σοι κατὰ νοῦν.

ΞΕ. Ὦ Σώκρατες, αἰδώς τίς μ' ἔχει τὸ νῦν πρῶτον συγγενόμενον ὑμῖν μὴ κατὰ σμικρὸν ἔπος

D. τινὰ αἱρήσει] V. αἱρήσῃ, quod ex Bodl., quem non memoravit Bekkerus, Coislin., Vat. *Δ*., de quo item tacet Bekkerus, Ven. *Π*. pr. m., quem rursus silentio transiit Bekkerus, sine ulla dubitatione mutavimus. Idem dictum esto de formis paullo inferius obvenientibus, διακελεύει, ἔσει, βουλεύσει, ubi vulgo erat διακελεύῃ, ἔσῃ, βουλεύσῃ, ubi mirum est Bekkerum hos libros item tacuisse, quum tamen alios deteriores testes citaverit.

Parmenidem demum litteris consignatum esse censent. Nos quid de tota caussa statuamus, in Prolegomenis ad hunc librum et ad Theaetetum exposuimus.

Τῷ μέν, ὦ Σώκρ.] Si quis respondentis partes ita sustinet, ut non gravate sed facilis respondeat, facilius est hoc modo disserere, hoc est sic, ut cum alio colloquamur utamurque interrogandi et respondendi vicibus; sin minus etc. Constructionis ratio paullo difficilior. Nam primum quidem τῷ — προσδιαλεγομένῳ non ex ῥᾷον pendet, sed ex infinitivo διεξιέναι, ad quem eundem etiam οὕτως istud referendum est, quod epexegesi verborum τὸ πρὸς ἄλλον illustratur. Deinde εἰ δὲ μή subiicitur perinde ac si praecederet εἰ μέν τις ἀλύπως καὶ εὐηνίως προσδιαλέγεται, ut structurae cursus leviter inflexus sit. Denique τὸ πρὸς ἄλλον et τὸ καθ' αὑτόν instar adverbii est, id quod vel ex praecedenti οὕτως intelligitur. Ceterum εὐηνίως, quum proprie de eo ponatur qui facile habenis flectitur, metaphorice dicitur qui facilis est alteri atque commodus neque ei temere refragatur v. Ruhnken. ad Tim. p. 15. Boissonad. ad Philostr. Heroica p. 560. Unde iungitur cum ἀλύπως, h. e. non gravate, non aegre aut moleste. Utriusque vocabuli copulationem tetigit Boissonadius ad Eunapium p. 231. et 255.

D. τὸ νῦν πρῶτον συγγενόμενον —] quod quum nunc ipsum primum vobiscum converser, non minutatim et per partes, verbum pro verbo reddendo, disputationem instituam, sed sermonem producam reddamque longiorem solus verba faciens, sive etiam cum altero colloquens, mei quasi ostentandi caussa. Nam etiamsi argumentum propositum

πρὸς ἔπος ποιεῖσθαι τὴν συνουσίαν, ἀλλ' ἐκτείναντα
E ἀπομηκύνειν λόγον συχνὸν κατ' ἐμαυτόν, εἴτε καὶ
πρὸς ἕτερον, οἷον ἐπίδειξιν ποιούμενον· τῷ γὰρ ὄντι
τὸ νῦν ῥηθὲν οὐχ ὅσον ὧδε ἐρωτηθὲν ἐλπίσειεν ἂν
αὐτὸ εἶναί τις, ἀλλὰ τυγχάνει λόγου παμμήκους ὄν.
τὸ δὲ αὖ σοὶ μὴ χαρίζεσθαι καὶ τοῖσδε, ἄλλως τε
καὶ σοῦ λέξαντος ὡς εἶπες, ἄξενόν τί καταφαίνεταί
218 μοι καὶ ἄγριον. ἐπεὶ Θεαίτητόν γε τὸν προδιαλεγό-
μενον εἶναι δέχομαι παντάπασιν ἐξ ὧν αὐτός τε πρό-
τερον διείλεγμαι καὶ σὺ τὰ νῦν μοι διακελεύει.

E. *σοὶ μὴ χαρίζεσθαι*] Vett. editt. *χαρίσασθαι*, quod solus Par. E. tenet.

P. 218. *μή με αἰτιᾶσθαι τούτων*] Editt. omnes *ἐμέ*. Sed Bodl. Vat. et teste Bastio Ven. *II.*, de quo silet Bekkerus, *με*. Quod recipere non dubitavimus. Nam *ἐμέ* propter vim oppo-

dialectice sit persecuturus, tamen eam praevidet illius fore amplitudinem, ut longiore disputatione opus sit. Illud *κατὰ σμικρόν*, quod eodem modo Protagor. p. 338. E. de concisa disserentium oratione ponitur, additis verbis *ἔπος πρὸς ἔπος* clarius illustratur. Apte comparat Heindorf. Aristoph. Nubb. v. 1379. *κἀντεῦθεν μέν, οἷον εἰκός, ἔπος πρὸς ἔπος ἠρεῖδόμεσθα.* Sed aliena sunt reliqua, quae ille attulit, rei exempla. Loquutionem *ἐκτείνειν λόγον συχνόν*, h. e. *ὥστε συχνὸν γενέσθαι*, illustravimus ad Gorg. p. 465. E. et Protagor. p. 335. C.

E. *τὸ νῦν ῥηθὲν οὐχ ὅσον* —] Iunge: *τὸ νῦν ῥηθὲν οὐκ ἔστι τοσοῦτον (μόνον), ὅσον αὐτὸ εἶναι ὧδε ἐρωτηθὲν ἐλπίσειεν ἄν τις.* h. e. Id, de quo nunc quaeritur, non est tam parvum et exiguum, ut in quis illud esse putare rit, ubi sic simpliciter de eo interrogatur, sed longissimam requirit disputationem. In his quod *οὐχ ὅσον* vi deminuendi positum est, alia id genus exempla indicavimus ad Phaedon. p. 83. B. Temere nonnemo coniecit *οἷον*.

ἄλλως τε καὶ σοῦ λέξαντος ὡς εἶπες] Nam Socrates antea: *Μὴ τοίνυν, ὦ ξένε, ἡμῶν τήν γε πρώτην χάριν αἰτησάντων ἀπαρνηθεὶς γένῃ.* De *εἶπες* post *λέξαντος* illato Heindorfius conferri iussit Politic. p. 293. A. *τούτους δέ γε νομιστέον ὥσπερ νῦν ἡγούμεθα.* Legg. IV. p. 708. A. *ὃ νῦν δὴ λέγεις, ἀληθὲς φράζεις.* Soph. Oed T. 54. *εἴπερ ἄρξεις τῆσδε γῆς, ὥσπερ κρατεῖς.* conf. ad p. 242. A.

P. 218. *Ἆρα τοίνυν* — *ἔσει*;] H. e. num igitur ita etiam omnibus gratum facies, sicuti Socrates dicebat? Dubitat enim modestus adolescens, num omnibus gratum futurum sit, si ipse potissimum in sermonis societatem adsciscatur. Itaque *οὕτω* est, si me delegeris interlocutorem; *καί* autem pertinet ad *πᾶσι κεχαρισμένος ἔσει.*

ἆν δ' ἄρα τι τῷ μήκει πονῶν ἄχθῃ] Recte dicit *τῷ μήκει πόνων* omisso articulo *τῶν*.

ΘΕΑΙ. Ἆρα τοίνυν, ὦ ξένε, οὕτω καὶ καθάπερ εἶπε Σωκράτης πᾶσι κεχαρισμένος ἔσει;

ΞΕ. Κινδυνεύει πρὸς μὲν ταῦτα οὐδὲν ἔτι λεκτέον εἶναι, Θεαίτητε· πρὸς δὲ σὲ ἤδη τὸ μετὰ τοῦτο, ὡς ἔοικε, γίγνοιτ' ἂν ὁ λόγος. ἂν δ' ἄρα τι τῷ μήκει πονῶν ἄχθῃ, μή με αἰτιᾶσθαι τούτων, ἀλλὰ τούσδε τοὺς σοὺς ἑταίρους.

ΘΕΑΙ. Ἀλλ' οἶμαι μὲν δὴ νῦν οὕτως οὐκ ἀπερεῖν· ἂν δ' ἄρα τι τοιοῦτον γίγνηται, καὶ τόνδε παραληψόμεθα Σωκράτη, τὸν Σωκράτους μὲν ὁμώνυ- B

sitionis visum est necessarium ideoque ex correctione duxit originem. Usum hunc encliticae tetigimus ad Euthydem. p. 299. C. coll. 295. H.

B. Ἀλλ' οἶμαι μὲν δή] μέν om. Steph. praeter fidem codicum.

Nam longam fore disputationem pro certo et explorato habet; quinam futuri sint disputandi labores, id vero nondum novit. Itaque aerumnas et labores universe significat. Monui haec, quia olim in hac verborum conjunctione ipse offendi. Pronomen τι pertinet ad ἄχθῃ. Phaedon. p. 88. E. ἴνδηλός τι ἐγένετο ἀχθόμενος. ubi v. ann. Xenoph. Cyrop. I. 4, 29. μὴ ὁ πατήρ τι ἄχθοιτο. Plura suppeditabit liberalitas Schaeferi ad Demosth. T. V. p. 377. Denique μή με αἰτιᾶσθαι modeste et urbane rogantis est pro μή με αἰτιῶ: quem usum infinitivi confirmabunt quae scripsimus in commentariis ad Remp. V. p. 473. A.

B. οἶμαι μὲν δὴ νῦν οὕτως —] Recte codd. fere omnes νῦν inserunt, quod nescio cur Heindorfius abiecerit, uni cod. Paris. obsequutus. Nam νῦν οὕτως est, sic ut nunc res se habet, sic ut nunc sum.

τὸν Σωκράτους μὲν ὁμώνυμον —] Est hic iuvenis Theaeteto haud dubie ingenio ac moribus similis; unde eius familiaris fuisse dicitur. Is revera in Politico p. 257. D. posteaquam Theaetetus disputando defatigatus est, in eius locum succedit et disputationem ab hospite Eleatico susceptam ulterius cum eo persequitur. Quamobrem nos quidem non dubitamus affirmare, hoc ipso loco interiorem quandam Sophistae et Politici necessitudinem et conjunctionem tecte a Platone significari. Diversus ab hoc Socrate est quem Aristoteles Metaphys. VII. 11. p. 151. ed. Brandis. al. appellat Σωκράτην τὸν νεώτερον. Nam Stagirites Socratem illum philosophiae parentem natu minorem intellexit, quem distinxit a Socrate natu maiore et annis provecto, propterea quod alia doctrinae ratio Socratis fuit quo tempore fuit iuvenis, alia, quum aetate iam longius esset provectus. Qua de re egregie exposuit Brandisius Musei Rhenani T. I. p. 127 sq.

μον, ἐμὸν δὲ ἡλικιώτην καὶ συγγυμναστήν, ᾧ συνδιαπονεῖν μετ' ἐμοῦ τὰ πολλὰ οὐκ ἄηθες.

Cap. III. *ΞΕ. Εὖ λέγεις, καὶ ταῦτα μὲν ἰδίᾳ βουλεύσει προϊόντος τοῦ λόγου· κοινῇ δὲ μετ' ἐμοῦ σοι συσκεπτέον ἀρχομένῳ πρῶτον, ὡς ἐμοὶ φαίνεται, νῦν ἀπὸ τοῦ σοφιστοῦ, ζητοῦντι καὶ ἐμφανίζοντι λόγῳ, τί ποτ' ἔστι. νῦν γὰρ δὴ σύ τε κἀγὼ τούτου*
C *πέρι τοὔνομα μόνον ἔχομεν κοινῇ· τὸ δὲ ἔργον, ἐφ' ᾧ καλοῦμεν, ἑκάτερος τάχ' ἂν ἰδίᾳ παρ' ἡμῖν αὐτοῖς ἔχοιμεν· δεῖ δὲ ἀεὶ παντὸς πέρι τὸ πρᾶγμα αὐτὸ μᾶλλον διὰ λόγων ἢ τοὔνομα μόνον συνωμολογήσασθαι χωρὶς λόγου. τὸ δὲ φῦλον, ὃ νῦν ἐπινοοῦμεν ζητεῖν, οὐ πάντων ῥᾷστον συλλαβεῖν, εἰ ποτ' ἔστιν, ὁ σοφιστής. ὅσα δ' αὖ τῶν μεγάλων δεῖ διαπονεῖσθαι καλῶς, περὶ τῶν τοιούτων δέδοκται πᾶσι καὶ πάλαι τὸ*

μετ' ἐμοῦ σοι συσκεπτέον] Vat. *σκεπτέον*. male. cfr. Bastii Epistol. crit. p. 164 sq.

C. *σύ τε κἀγὼ τούτου πέρι*] Inseruimus *τε* ex Flor. i. Mox Vat., teste Bastio, *παρ' ἡμῖν αὐτοῖς*.

μόνον συνομολογήσασθαι] Sic Bodl. Vat. Ven. *Π*. Vulgo *συνομολογῆσθαι*. Coisl. Ven. *Λ*. Par. BEF. Florentini *συνωμολογῆσθαι*.

οὐ πάντων ῥᾷστον] *πάντως* Ven. *ΣΥ*.

τὰ πολλὰ οὐκ ἀηθές] Stephanus putabat *τὰ πολλά*, propterea quod sequeretur *οὐκ ἀηθες*, explicari oportere in plerisque, ne existeret mala orationis redundantia. In quo acumine suo abusus est vir egregius. Nam *τὰ πολλά*, fere, plerumque, cum *οὐκ ἄηθες* non aliter iungitur, quam si dicitur Latine plerumque solet. Id quod recto iudicio perspexit Fischerus. conf. Schaeferus ad Lamb. Bos. Ellips. p. 427 sq.

C. *ἐφ' ᾧ καλοῦμεν*] *αὐτό* s. *τοῦτο τὸ ὄνομα*, res cui hoc nomen imponimus. Notissima est loquutio *καλεῖν* s. *ὀνομάζειν ἐπί τινι ὄνομα*, cuius exempla dedimus ad Cratylum p. 383. E. Mox pro *μᾶλλον διὰ λόγων* Stephanus scribendum suspicabatur *μᾶλλον διὰ λόγου*, quoniam continuo sequeretur *χωρὶς λόγου*. Sed primum quidem tale studium concinnitatis per se admodum putidum foret: deinde cur secundo loco dicatur *χωρὶς λόγου*, ne Ficinum quidem latuit, qui vertit sine ratione, cum antea dixisset cum rationibus.

δέδοκται πᾶσι καὶ πάλαι] In his *καί* ante *πάλαι* non copulae munere fungitur, sed habet vim intendendi, ut *καὶ πάλαι* sit iam dudum, ut Reip. VI. p. 506. B. Lucian. Toxar. §. 16. *καὶ πάλαι εἰδότα*, ubi frustra fuit qui *ἀεὶ καὶ πάλαι* coniiceret. Sed pervulgatus hic loquendi usus est, ut vix requirat admonitionem.

πρότερον ἐν σμικροῖς καὶ ῥᾴοσιν αὐτὰ δεῖν μελετᾶν, πρὶν ἐν αὐτοῖς τοῖς μεγίστοις. νῦν οὖν, ὦ Θεαίτητε, ἔγωγε καὶ νῷν οὕτω συμβουλεύω, χαλεπὸν καὶ δυσθήρευτον ἡγησαμένοις εἶναι τὸ τοῦ σοφιστοῦ γένος πρότερον ἐν ἄλλῳ ῥᾴονι τὴν μέθοδον αὐτοῦ προμελετᾶν, εἰ μὴ σύ ποθεν εὐπετεστέραν ἔχεις εἰπεῖν ἄλλην ὁδόν. D

ΘΕΑΙ. Ἀλλ' οὐκ ἔχω.

ΞΕ. Βούλει δῆτα περί τινος τῶν φαύλων μετιόντες πειραθῶμεν παράδειγμα αὐτὸ θέσθαι τοῦ μείζονος;

ΘΕΑΙ. Ναί. E

ΞΕ. Τί δῆτα προταξαίμεθ' ἂν εὔγνωστον μὲν καὶ σμικρόν, λόγον δὲ μηδενὸς ἐλάττονα ἔχον τῶν μει-

D. πρὶν ἐν αὐτοῖς τοῖς μ.] Vett. editt. cum Ven. Ξ. Flor. a. c. i. Zitt. πρὶν ἂν ἐν αὐτ.

καὶ δυσθήρευτον] V. δυσθήρατον. Illud tuentur Bodl. Vat. Ven. Π. Λ. Coisl. Par. BH. Flor. a. b. c. i.

αὐτοῦ προμελετᾶν] προσμελετᾶν Ven. ΣΥ. Par. EF. Mox Bodl. ἔχῃς.

E. Τί δῆτα προταξαίμεθ' ἂν —] Quid tandem proponemus, quod facile quidem sit intellectu atque vile, nec tamen minorem habeat definitionis artem quam ulla alia rerum maiorum. Vult igitur subtilioris definitionis exemplum aliquod ita proponere, ut primum periculum fiat in re leviore, ac deinde demum ad gravioris momenti argumentum procedatur. Versatur vero Eleaticus in tractanda re viliore ea subtilitate, ut omnia non minus quam si res maxima ageretur veluti cum pulvisculo excutiat. Quod si quaeris cur ita fiat, nos quidem Platonem putamus definiendi illam subtilitatem, qua Eleatici et Megarici utebantur, ad ipsam vitae veritatem expressisse, eoque ipso leniter risisse. Quippe illi nulla rerum tractandarum habita ratione omnia methodo suae tribuebant eamque ita exercebant, ut vel vilissimas res in disceptationem vocarent, in iisque discutiendis maximo acumine uterentur, ut scilicet veri intelligentia adiuvaretur. Pertinent huc quae leguntur infra p. 227. A. B. C, et Politic. p. 266. D. Sed fecit tamen Plato in hoc libro hospitem suum Eleaticum nihilo minus ea moderatione disserentem, ut eadem illa arguta subtilitate, qua exercenda alii sibi placebant mirifice, ad corrigendam Parmenidis rationem firmandamque Platonis sententiam paene invitus abutatur. Ceterum hoc ipsum rei exem-

ζόνων; οἷον ἀσπαλιευτής· ἆρ' οὐ πᾶσί τε γνώριμον καὶ σπουδῆς οὐ πάνυ τι πολλῆς τινὸς ἐπάξιον;

ΘΕΑΙ. Οὕτως.

219 *ΞΕ. Μέθοδον μὴν αὐτὸν ἐλπίζω καὶ λόγον οὐκ ἀνεπιτήδειον ἡμῖν ἔχειν πρὸς ὃ βουλόμεθα.*

ΘΕΑΙ. Καλῶς ἂν ἔχοι.

Cap. IV. *ΞΕ. Φέρε δή, τῇδε ἀρχώμεθα αὐτοῦ. καί μοι λέγε· πότερον ὡς τεχνίτην αὐτὸν ἢ τινα ἄτεχνον, ἄλλην δὲ δύναμιν ἔχοντα ὑήσομεν;*

ΘΕΑΙ. Ἥκιστά γε ἄτεχνον.

ΞΕ. Ἀλλὰ μὴν τῶν γε τεχνῶν πασῶν σχεδὸν εἴδη δύο.

ΘΕΑΙ. Πῶς;

*ΞΕ. Γεωργία μὲν καὶ ὅση περὶ τὸ θνητὸν πᾶν σῶμα θεραπεία τό τε αὖ περὶ τὸ ξύνθετον καὶ πλα-

P. 219. *Καλῶς ἂν ἔχοι*] Sic Bodl. Vat. Ven. *Π.* Vulgo post *Καλῶς* interponitur *τοίνυν*. Quod unde natum sit, intellectu non est difficile.

Ἥκιστά γε ἄτεχνον] Bodl. Vat. Ven. *Π. γε* om. Non ausi sumus vocalam hic delere, quae fortasse in libris illis ob sequens *γε* a grammaticis eiecta est.

B. *δικαιότατ' ἂν ἑνὶ προσ.*] *ἂν* hic omissum post *προσαγορεύοιτ'* interponunt Bodl. Ven. *Ξ.* Flor. i. Stobaeus. In Coisl. bis positum legitur.

πρότερόν τις ὄν] *τι* Vat. et corr. Bodl. Iidem libri dein

plum mox facete ad Sophistarum irrisionem traducitur, quandoquidem illi piscatoribus dicuntur esse simillimi. vid. p. 221. D. sqq. Haec monenda videbantur, ne quis totum hunc, qui sequitur, locum pro inficeto et inepto habeat aut in argumentis numeret, quibus universi libri fides et auctoritas labefactetur.

D. *Εἴ τις φαίη — πράγματα*] Quae subiici statim per apodosin poterant, *ἆρ' οὐχ οὗτος μιμήματα καὶ ὁμώνυμα τῶν ὄντων ἀπεργαζόμενος τῇ γραφικῇ τέχνῃ δυνατὸς ἔσται ταὺς ἀνοήτους τῶν νέων παίδων — λανθάνειν κ. τ. λ.*, ea infra demum pag. seq. sequuntur, *Οὐκοῦν τόν γε ὑπισχνούμενον δυνατὸν εἶναι κ. τ. λ.*" *Heindorf.* Sententia haec est: Si quis dixerit se non loqui neque contra disputare, sed facere et agere omnia una arte posse, quaecunque sint. Pro *ξυνάπαντα* Heindorfius ob sequens *ξύμπαντα* hic quoque *ξύμπαντα* legi volebat. Et ita scriptum legitur utique in codice Zittav. Neque tamen nunc adducimur, ut Platonem hanc formarum convenientiam adeo studiose quaesivisse credamus, quem alibi quoque hac in re novimus magnam usurpasse libertatem. Itaque tenui-

λὰ ποιεῖν καὶ δρᾶν μιᾷ τέχνῃ ξυνάπαντα ἐπίστασθαι πράγματα.

ΘΕΑΙ. Πῶς πάντα εἶπες; E

ΞΕ. Τὴν ἀρχὴν τοῦ ῥηθέντος σύ γ' ἡμῖν εὐθὺς ἀγνοεῖς· τὰ γὰρ ξύμπαντα, ὡς ἔοικας, οὐ μανθάνεις.

ΘΕΑΙ. Οὐ γὰρ οὖν.

ΞΕ. Λέγω τοίνυν σὲ καὶ ἐμὲ τῶν πάντων, καὶ πρὸς ἡμῖν τἆλλα ζῶα καὶ δένδρα.

ΘΕΑΙ. Πῶς λέγεις;

ΞΕ. Εἴ τις ἐμὲ καὶ σὲ καὶ τἆλλα φυτὰ πάντα ποιήσειν φαίη.

ΘΕΑΙ. Τίνα δὴ λέγων τὴν ποίησιν; οὐ γὰρ δὴ γεωργόν γε ἐρεῖς τινά· καὶ γὰρ ζώων αὐτὸν εἶπες 234
ποιητήν.

ΞΕ. Φημί, καὶ πρός γε θαλάττης καὶ γῆς καὶ οὐρανοῦ καὶ θεῶν καὶ τῶν ἄλλων ξυμπάντων. καὶ τοίνυν καὶ ταχὺ ποιήσας αὐτῶν ἕκαστα πάνυ σμικροῦ νομίσματος ἀποδίδοται.

P. 234. καὶ γὰρ ζώων αὐτὸν εἶπες] V. ἐρεῖς. τινὰ γὰρ δὴ καὶ ζ. Aliter codices, quos secuti sumus. In Ven. *II.* et Ξ. a. m. rec. scriptum καὶ γὰρ δὴ καὶ ζ.

καὶ γῆς] Desunt haec in codd. omnibus, excepto Ven. Ξ. et Flor. i.

mus ξυνάπαντα, quod reliqui libri tuentur omnes.

P. 234. καὶ πρός γε θαλάττης] praetereaque maris et terrae etc. effectorem dico. Sic καὶ πρός vel καὶ πρός γε Plato non raro dixit. v. ad Remp. I. p. 328. A. V. p. 466. E. Poetis illud maxime est frequentatum; v. Eurip. Heraclid. v. 641. Phoen. v. 619. Hippolyt. v. 897. Orest. v. 614. Helen. v. 968. Med. v. 704. Aeschyl. Prom. v. 73. Aristoph. Pac. v. 19. al. Verba καὶ γῆς desunt in plurimis optimisque codicibus. Fortasse illa ejecta a criticis sunt ob praecedentia illa: σὲ καὶ ἐμὲ — καὶ πρὸς ἡμῖν τἆλλα ζῶα καὶ δένδρα, ut in quibus terrae significatio iam inesse videretur. Verum in oratoria hac enumeratione terrae mentio, etsi per se non est necessaria, tamen ad rem ipsam aptissima videri debet. Quamobrem καὶ γῆς cum Ven. Ξ. et Flor. i. retinuimus.

καὶ τοίνυν ταχὺ ποιήσας — ἀποδίδοται] Liberius utitur orationis rectae et non aliunde suspensae forma; in quo nemo erit qui gratam quandam familiaris colloquii imitationem agnoscat. Mox ad τὴν τοῦ λέγοντος ex sequentibus repeten-

ΘΕΑΙ. Παιδιὰν λέγεις τινά.

ΞΕ. Τί δέ; τὴν τοῦ λέγοντος ὅτι πάντα οἶδε καὶ ταῦτα ἕτερον ἂν διδάξειεν ὀλίγου καὶ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, μῶν οὐ παιδιὰν νομιστέον;

ΘΕΑΙ. Πάντως που.

B *ΞΕ. Παιδιᾶς δὲ ἔχεις ἢ τι τεχνικώτερον ἢ καὶ χαριέστερον εἶδος ἢ τὸ μιμητικόν;*

ΘΕΑΙ. Οὐδαμῶς· πάμπολυ γὰρ εἴρηκας εἶδος εἰς ἓν πάντα ξυλλαβὼν καὶ σχεδὸν ποικιλώτατον.

Cap. XXII. *ΞΕ. Οὐκοῦν τόν γ' ὑπισχνούμενον δυνατὸν εἶναι μιᾷ τέχνῃ πάντα ποιεῖν γιγνώσκομέν που τοῦτον, ὅτι μιμήματα καὶ ὁμώνυμα τῶν ὄντων ἀπεργαζόμενος τῇ γραφικῇ τέχνῃ δυνατὸς ἔσται*

B. *ἢ τι τεχνικώτερον ἢ καὶ χαριέστ.*] Sic Bodl. Vat. Ven. *ΑΠΣ.* Coisl. Vind. Par. BCEFH. Flor. b. Zitt. Editt. ante τι om. *ἤ*. Alterum *ἤ*, quod infertur ante *καί*, cum Ven. Ξ. eiecit Bekker.

γιγνώσκομέν που τοῦτον] Sic unus Par. H. cum Flor. b. corr. rectissime. Ceteri mss. cum editt. *τοῦτο*. Mox Stephan. de coniectura Cornarii *νέων καὶ παίδων*, non opus.

C. *εἶναί τινα ἄλλην τοιαύτην τέχνην*] *ἄλλην τοιαύτην* τ. Par. CH. Flor. c. et rec. Flor. a. c. Vulgo *τοιαύτην* aberat. Dein Ald. Bas. 1. *ἧς οὐ δυνατὸν αὖ*. Bas. 2. *ἢ οὐ δυνατὸν αὖ*, quod recepit Steph. suffragantibus codicibus. Sed Schleiermacher.,

dum statim *παιδιάν*. — *ὀλίγου καὶ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ*, exiguo pretio ac temporis spatio.

B. *ἢ τι τεχνικώτερον ἢ καὶ χαριέστερον*] Prius *ἤ*, quod vulgo deerat, ex codicibus restituimus. Quo revocato nemo erit qui altero deleto cum Heindorfio scribere malit *τεχνικώτερον καὶ χαριέστερον*. Neque enim quisquam in repetita particula offendet. Dein *πάμπολυ εἶδος* est quod latissime patet, quod latum habet ambitum. Legg. VII. p. 823. A. *πάμπολυ γάρ τι πρᾶγμά ἐστι*. Infra p. 236. B. *οὐκοῦν πάμπολυ — τοῦτο τὸ μέρος ἐστίν*. Politic. p. 282. A. *πολλῆς οὔσης τῆς κομμητικῆς*. Symp. p. 205. B. *οἶσθ' ὅτι ποίησις ἐστί τι πολύ*. Tetigit hunc usum loquendi Schaefer. ad Long. 352. Hinc vocatur illud etiam *ποικιλώτατον*, h. e. quod specie sua et varietate maxime deludat, de quo voc. usu v. ad Symp. p. 182. B.

γιγνώσκομέν που τοῦτον, ὅτι —] Quod editt. et codd. plerique omnes habent *τοῦτο*, id ferri propterea non potest, quod nemo Graecus dicit *γιγνώσκειν τινά τι*. Nam alius certe generis sunt *καταγνωσθῆναι* et *κατακριθῆναί τι*, de quibus v. Lobeck. ad Aiac. p. 351. ed. 2. Itaque *τοῦτον* de Heusdii coniectura restituimus, confirmatum illud nunc duorum codicum

τοὺς ἀνοήτους τῶν νέων παίδων, πόρρωθεν τὰ γεγραμμένα ἐπιδεικνύς, λανθάνειν ὡς, ὅ τί περ ἂν βουληθῇ δρᾶν, τοῦτο ἱκανώτατος ὢν ἀποτελεῖν ἔργῳ. C

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Τί δὲ δή; περὶ τοὺς λόγους ἆρ' οὐ προσδοκῶμεν εἶναί τινα ἄλλην τοιαύτην τέχνην; ἢ οὐ δυνατὸν αὖ τυγχάνειν τοὺς νέους καὶ ἔτι πόρρω τῶν πραγμάτων τῆς ἀληθείας ἀφεστῶτας διὰ τῶν ὥτων τοῖς λόγοις γοητεύειν, δεικνύντας εἴδωλα λεγόμενα περὶ πάντων, ὥστε ποιεῖν ἀληθῆ δοκεῖν λέγεσθαι καὶ τὸν λέγοντα δὴ σοφώτατον πάντων ἅπαντ' εἶναι; D

ΘΕΑΙ. Τί γὰρ οὐκ ἂν εἴη ἄλλη τις τοιαύτη τέχνη;

Heindorf. et Bekker. ἢ δυνατὸν αὖ, de coniectura. Verum id codd. non confirmant, praeterquam quod Ven. *II.* habet ἢ et Coisl. δυνατόν. Par. F. in marg. οὐκ ἀδύνατον. Tenenda utique librorum scriptura cuius sensum infra declaravi. Sed pro τυγχάνειν reponendum τυγχάνει, et dein δεικνύντα. Pro τυγχάνειν Coisl. corr. λανθάνειν.

διὰ τῶν ὥτων] Ald. Bas. 1. 2. ὄντων, quod habent etiam Ven. *ΠΣ*. Vind. Par. E. Recte ὥτων Bodl. aliique plurimi. Veram lectionem de Cornarii coniectura restituit iam Stephanus.

τὸν λέγοντα δή] V. τὸν δὴ λέγοντα, quod libri habent paucissimi neque ii optimi.

D. ἄλλη τις τοιαύτη] τοιαύτη τις ἄλλη Ven. *Ξ*. Flor. i. cum ed. Bas. 2.

auctoritate. De pronomine οὗτος ita post participium cum articulo iunctum usurpato v. ad Charmid. p. 163. C. Attractionis autem vim rationemque Heusdius p. 51. plurimis exemplis illustravit, Politic. p. 270. C. 277. E. Menon. p. 77. D. Euthyd. p. 294. C. 295. D. 297. B. Amat. p. 134. C. Gorg. p. 449. E. Phaedon. p. 63. D. 95. B. Men. p. 91. A. De Rep. X. p. 598.

λανθάνειν ὡς — ἱκανώτατος ὢν ἀπ.] adolescentes fallere, quasi quidquid efficere velit, hoc maximam habeat facultatem revera perficiendi.

C. εἶναί τινα ἄλλην τέχνην] Sententia haec est: nonne expectare liceat etiam aliam quandam esse similem artem orationum? an fieri non potest, ut adolescentes et eos, qui longe adhuc a rerum veritate (veritatis cognitione) absint, per aures orationibus decipias, ostendens iis simulacra etc. Vereor tamen ne locus levi macula conspersus sit. Scribendum enim τυγχάνει et dein δεικνύντα, quod pertineat ad τινά in γοητεύειν infinitivo κατὰ σύνεσιν comprehensum. Nam numerum pluralem ita post infinitivum indefinite positum nusquam meminimus usurpari, numerum singularem frequentissi-

ΞΕ. Τοὺς πολλοὺς οὖν, ὦ Θεαίτητε, τῶν τότε ἀκουόντων ἆρ' οὐκ ἀνάγκη, χρόνου τε ἐπελθόντος αὐτοῖς ἱκανοῦ καὶ προϊούσης ἡλικίας, τοῖς τε οὖσι προσπίπτοντας ἐγγύθεν καὶ διὰ παθημάτων ἀναγκαζομένους ἐναργῶς ἐφάπτεσθαι τῶν ὄντων μεταβάλλειν τὰς τότε γενομένας δόξας, ὥστε σμικρὰ μὲν φαίνεσθαι τὰ μεγάλα, χαλεπὰ δὲ τὰ ῥᾴδια, καὶ πάντα
E πάντῃ ἀνατετράφθαι τὰ ἐν τοῖς λόγοις φαντάσματα ὑπὸ τῶν ἐν ταῖς πράξεσιν ἔργων παραγενομένων;

ΘΕΑΙ. Ὡς γοῦν ἐμοὶ τηλικῷδε ὄντι κρῖναι. οἶμαι δὲ καὶ ἐμὲ τῶν ἔτι πόῤῥωθεν ἀφεστηκότων εἶναι.

ΞΕ. Τοιγαροῦν ἡμεῖς σε οἵδε πάντες πειρασόμε-

Τοὺς πολλοὺς οὖν] V. *γοῦν*, quod correctum e Bodl. Vat. Ven. *II*. Coisl. Flor. i. Dein *ὦ* om. Vat. Ven. *II*.

E. *πειρώμεθα ὡς ἐγγύτατα*] Sic Bodl. Vat. Ven. *II*. Coisl. Flor. i. Vulgo *ὡς ἐγγυτάτω*.

P. 235. *ἢ διοτάζομεν ἔτι*] *ἢ* in Ald. Bas. 1. 2. omissum Cornarii iussu restituit Stephanus, addicentibus codicibus omnibus.

me. De *τυγχάνει δυνατόν* sine *ὄν* dicto v. ad Apol. p. 38. A. Phaedon. p. 62. A. Remp. II. 369. B.

D. *τοῖς δὲ οὖσι προσπ.*] ubi ad res ipsas (*τὰ ὄντα* nunc opponuntur *τοῖς εἰδώλοις*) cominus accesserunt et affectionibus coguntur easdem perspicue attingere. In his pro *τῶν ὄντων* poterat dici *αὐτῶν*; sed perspicuitatis causa ipsum nomen iteratur.

E. *Ὡς γοῦν ἐμοὶ τηλικῷδε ὄντι κρῖναι*] Formula *ὡς ἐμοὶ τ.* est meo utpote iunioris iudicio. v. Erfurdt. ad Sophocl. Antigon. v. 1146. Heindorf. ad h. l. Ast. ad Legg. p. 479. Matthiae Gramm. Ampl. §. 388. Accessit vero ad dativum nominis infinitivus verbi veluti extrinsecus, quem cave cum Heindorfio existimes ex *τηλικῷδε* pendere. Imo additus ille est per epexegesin quandam et per confusionem duarum loquendi rationum. Nam quum etiam dici posset *ὡς ἐμὲ κρῖναι*, post *ὡς ἐμοὶ τηλικῷδε ὄντι* ex abundanti adiungitur *κρῖναι*, quod et ipsum ex *ὡς* pendere existimandum est.

Τοιγαροῦν ἡμεῖς σε οἵδε πάντες—] Itaque nos, qui hic adsumus (*οἵδε*), omnes te conabimur et nunc cummaxime conemur quam proxime sine istis affectionibus eo adducere. Plana haec et perspicua sententia non intelligimus cur Schleiermacherum adeo offenderit, ut legendum coniecerit: *οἱ ἥδη παρόντες* sc. *τοῖς πράγμασι*, quod oppositum esset praecedenti *τῶν ἔτι πόῤῥωθεν ἀφεστηκότων*. Enimvero *ἡμεῖς* hospes Eleaticus cum gravitate quadam sic dicit, ut intelligat aetate maiores ideoque adolescentulo sapientiores, se ipsum, Socratem, Theodorum. Quod certe longe urba-

θα καὶ νῦν πειρώμεθα ὡς ἐγγύτατα ἄνευ τῶν παθημάτων προσάγειν. περὶ δ' οὖν τοῦ σοφιστοῦ τόδε μοι λέγε· πότερον ἤδη τοῦτα σαφές, ὅτι τῶν γοήτων 235
ἔστι τις, μιμητὴς ὢν τῶν ὄντων, ἢ διστάζομεν ἔτι, μὴ περὶ ὅσωνπερ ἀντιλέγειν δοκεῖ δυνατὸς εἶναι, περὶ τοσούτων καὶ τὰς ἐπιστήμας ἀληθῶς ἔχων τυγχάνει;

ΘΕΑΙ. Καὶ πῶς ἄν, ὦ ξένε; ἀλλὰ σχεδὸν ἤδη σαφὲς ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι τῶν τῆς παιδιᾶς μετεχόντων ἐστί τις [μερῶν.]

ΞΕ. Εἰς γόητα μὲν δὴ καὶ μιμητὴν ἄρα θετέον αὐτόν τινα.

ἔχων τυγχάνει] V. *τυγχάνοι*, quod Heindorfius in *τυγχάνῃ* mutabat. Recte Bodl. Ven. *AΠ.* Coisl. BCFH. et a. pr. m. Vat. Par. E. *τυγχάνει*. Nam *μή* est num.

τῶν τῆς παιδιᾶς μ.] V. *παιδείας*. Receptam lectionem debemus Bodl. Vat. Ven. *Π.* Flor. i. et corr. Par. E. Dein Flor. i. *μετεχόντων ἐστί τις μερῶν εἰς. γόητα κ. τ. λ.* v. infra commentar.

θετέον αὐτόν τινα] *αὐτόν* om. Bodl. Vat. Ven. *Π.*

---

nius et modestius est quam quod Schleiermacherus tanquam magis Platonicum scilicet commendavit.

P. 235. *Καὶ πῶς ἄν; ὦ ξένε*] Int. *ἔτι διστάζοιμεν*. Eodem modo Theaet. p. 185. C. De Rep. I. p. 353. C. Sic et *πῶς γὰρ ἄν* elliptice ponitur infra p. 237. C. Euthyd. p. 284. A. Parm. p. 149. E. Legg. p. 696. C. et alibi saepe. Deinde *μερῶν* Heusdio et Schleiermachero aliunde irrepisse videtur. Heindorfius vero *μέρος* restituendum censet, idque multo est probabilius. Nam qui factum sit, ut *μερῶν* inferciretur, vix quisquam dixerit; cur *μέρος* in *μερῶν* depravatum sit, causa in promtu est. Reposuerunt enim genitivum, qui in hac constructione, *μετέχειν μέρος τινός*, haereret. Sed probari eam esse neque Graecorum loquendi consuetudini contrariam praeter Heindorfium ad h. l. docuerunt Schaefer. ad Lamb. Bos. p. 279. Wellauer. ad Aeschyl. Choeph. v. 286. Schneider. ad Remp. V. I. p. 248. Bernhardy Synt. p. 150. Nolui tamen librorum scripturam mutare, ideoque vocem tanquam suspectam notavi. Quam cautionem etiam minus improbabunt, qui etiam *ἀνδρῶν* refingi posse meminerint.

Εἰς γόητα μὲν δὴ — θετέον αὐτόν τινα] H. e. praestigiator et imitator aliquis existimandus est. Tim. p. 57. F. *εἰς ἀνωμαλότητα τιθῶμεν*. Ibid. p. 40. A. *τίθησί τε εἰς τὴν τοῦ κρατίστου φρόνησιν*. Ibid. p. 38. D. *σελήνην μὲν (ἔθηκεν ὁ Θεὸς) εἰς τὸν περὶ γῆν πρῶτον (δρόμον.)* Legg. IX. p. 867. B. *βέλτιστον μὴν καὶ ἀληθέστατον εἰς εἰκόνα μὲν ἄμφω θεῖναι*. Politic. p. 281. C. *εἰς τὴν καλλίστην καὶ μεγίστην πασῶν (τεχνῶν) τιθῶμεν*. Haec eo valebunt, opinor, ut scripturam loci incorruptam ac sinceram existimemus.

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὐ θετέον;

Cap. XXIII. *ΞΕ. Ἄγε δή, νῦν ἡμέτερον ἔργον*
B *ἤδη τὸν θῆρα μηκέτ' ἀνεῖναι· σχεδὸν γὰρ αὐτὸν περιειλήφαμεν ἐν ἀμφιβληστρικῷ τινὶ τῶν ἐν τοῖς λόγοις περὶ τὰ τοιαῦτα ὀργάνων, ὥστε οὐκέτ' ἐκφεύξεται τόδε γε.*

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Τὸ μὴ οὐ τοῦ γένους εἶναι τοῦ τῶν θαυματοποιῶν τις εἷς.

ΘΕΑΙ. Κἀμοὶ τοῦτό γε οὕτω περὶ αὐτοῦ ξυνδοκεῖ.

ΞΕ. Δέδοκται τοίνυν ὅ τι τάχιστα διαιρεῖν τὴν εἰδωλοποικὴν τέχνην, καὶ καταβάντας εἰς αὐτήν, ἐὰν
C *μὲν ἡμᾶς εὐθὺς ὁ σοφιστὴς ὑπομείνῃ, συλλαβεῖν αὐτὸν κατὰ τὰ ἐπεσταλμένα ὑπὸ τοῦ βασιλικοῦ λόγου, κἀκείνῳ παραδόντας ἀποφῆναι τὴν ἄγραν· ἐὰν δ',*

νῦν ἡμέτερον ἔργον] V. *νῦν γάρ*, quod solus Ven. Ξ. tuetur. Mox Ven. Σ. Par. B. alii *οὔκ ἐκφεύξεται*.

B. *Τὸ ποῖον;*] τὸ om. Bodl., et, Bastio quidem teste, etiam Vat. ac Ven. Π. Sed recte se habet *τὸ ποῖον*; de cuius usu v. Hermann. ad Viger. p. 705.

Τὸ μὴ οὐ τοῦ γένους —] Pro *οὐ*, quod codd. fere omnes

B. *σχεδὸν γὰρ αὐτὸν περιειλήφαμεν* —] Metaphora, ut saepe, a venatione repetita. De Rep. I. 432. B. *νῦν δὴ ἡμᾶς δεῖ ὥςπερ κυνηγέτας τινὰς θάμνον κύκλῳ περίστασθαι προσέχοντας τὸν νοῦν, μή πῃ διαφύγῃ ἡ δικαιοσύνη καὶ ἀφανισθεῖσα ἄδηλος γένηται.* Politic. p. 258. E. 284. B. 301. E. Lachet. p. 194. B. al. Paullo ante *τὸν θῆρα* est nostrum, das Ungethüm, sicuti Reip. VIII. p. 559. E.

καὶ καταβάντας εἰς αὐτήν, ἐὰν μὲν ἡμᾶς—] si sophista statim ab initio subsistat et impetum nostrum sustineat. Theaet. p. 177. B. *ἂν ἐθελήσωσιν ἀνδρικῶς* — *ὑπομεῖναι καὶ μὴ ἀνάνδρως φεύγειν.* Reip. I. p. 344. D. *οὐ μὴν εἴασάν γε αὐτὸν οἱ παρόντες, ἀλλ' ἠνάγκασαν ὑπομεῖναι.* De proximis dubitat Heindorfius an scriptor certum aliquem morem apud Persas Lacedaemoniosve usitatum respexerit. Cogitavit philosophus de nobili illa Persarum *ἀγγηρείᾳ*, quam ipse depinxit Menex. p. 240. BC. et Legg. III. p. 698. D. descripsit item Herodot. III. 149. ubi v. Valcken. Ex quibus locis etiam perspicuum fit, quid sit *κατὰ τὰ ἐπεσταλμένα ὑπὸ τοῦ βασιλικοῦ λόγου*: intelligitur enim mandatum regium, quo milites Persarum omnes captivos reddere et neminem aufugere pati iubebantur; perspicuum item est, quid sit *ἀποφῆναι τὴν ἄγραν*; nam Menexen. l. c. *συνάψαντες τὰς χεῖρας διῆλθον ἅπασαν τὴν χώραν, ἵν' ἔχοιεν τῷ βασιλεῖ εἰπεῖν, ὅτι οὐδεὶς αφᾶς ἀποπεφευγὼς εἴη.*

ἆρα κατὰ μέρη τῆς μιμητικῆς δύηταί πῃ, ξυνακολουθεῖν αὐτῷ διαιροῦντας ἀεὶ τὴν ὑποδεχομένην αὐτὸν μοῖραν, ἕως περ ἂν ληφθῇ. πάντως οὔτε οὗτος οὔτε ἄλλο γένος οὐδὲν μή ποτε ἐκφυγὸν ἐπεύξηται τὴν τῶν οὕτω δυναμένων μετιέναι καθ' ἕκαστά τε καὶ ἐπὶ πάντα μέθοδον.

ΘΕΑΙ. Λέγεις εὖ, καὶ ταῦτα ταύτῃ ποιητέον.

ΞΕ. Κατὰ δὴ τὸν παρεληλυθότα τρόπον τῆς διαιρέσεως ἔγωγέ μοι καὶ νῦν φαίνομαι δύο καθορᾶν D εἴδη τῆς μιμητικῆς· τὴν δὲ ζητουμένην ἰδέαν, ἐν ὁποτέρῳ ποθ' ἡμῖν οὖσα τυγχάνει, καταμαθεῖν οὐδέπω μοι δοκῶ νῦν δυνατὸς εἶναι.

ΘΕΑΙ. Σὺ δ' ἀλλ' εἰπὲ πρῶτον καὶ δίελε ἡμῖν, τίνε τὼ δύο λέγεις.

ΞΕ. Μίαν μὲν τὴν εἰκαστικὴν ὁρῶν ἐν αὐτῇ τέ-

cum Bodl. Vat. Ven. *Π.* Flor. i. tuentur, vulgo scribebatur *ἐκ.* *Λέδοκται τοίνυν*] Bodl. Vat. Ven. *Π.* alii non pauci, *δέδεικται.* Mox *εἰδωλοποικὴν* Bodl. Vat. Ven. *ΑΠ.* Coisl. Vat. BCH. Flor. a. b. c. i. Vulgo *εἰδωλοποιητικήν.* Videlicet illa forma ducta est ex *εἰδωλοποιός*, haec ex *εἰδωλοποιέω.* v. ad p. 225. A. ann. crit. conf. p. 236. C.

C. *ἐὰν δ' ἄρα κατὰ μέρη τῆς μιμητικῆς* —] sin autem forte per partes imitandi artis singulas sese absconderit, placet eum persequi, dum dividamus semper quaecunque eum pars susceperit, usque dum captus fuerit. Deinde quod verba, quibus superiora confirmantur, addito *πάντως* sine coniunctione subiiciuntur, non ita rarum esse hunc loquendi usum docebunt quae ad Symp. p. 178. B. Tim. p. 26. E. Theaet. p. 143. A. Remp. VI. p. 504. E. collegimus; demonstrabunt item quae congesserunt Heindorf. ad Theaetet. l. c. et Astius ad Legg. p. 10. — *οὐ μή ποτε ἐπεύξηται*, non unquam gloriabitur se effugisse eorum investigationem (nam *μέθοδος* dicitur ut *μετιέναι*), qui ita et per singula et ad universa persequi possunt. Verbum *ἐπεύχεσθαι* cum participio iunctum illustravit ad h. l. Heindorfius. Idem vir doctus istius *σὺ δ' ἀλλὰ*, quo mox utitur scriptor, bene multa exempla dedit.

D. *Μίαν μὲν τὴν εἰκαστικὴν ὁρῶν*] Vulgo *ὁρῶ* scribebatur invitis codicibus plerisque omnibus. Enimvero qui indicativum in participii locum suffecerunt, non videntur intellexisse post *Μίαν μέν* ex praegressis intelligendum relinqui *λέγω*, quocum *ὁρῶν*, participium cohaeret.

χνην. ἔστι δ' αὖτη μάλιστα, ὁπόταν κατὰ τὰς τοῦ παραδείγματος συμμετρίας τις ἐν μήκει καὶ πλάτει καὶ βάθει, καὶ πρὸς τούτοις ἔτι χρώματα ἀποδιδοὺς
E *τὰ προσήκοντα ἑκάστοις, τὴν τοῦ μιμήματος γένεσιν ἀπεργάζηται.*

ΘΕΑΙ. Τί δ'; οὐ πάντες οἱ μιμούμενοί τι τοῦτ', ἐπιχειροῦσι δρᾶν;

ΞΕ. Οὔκουν ὅσοι γε τῶν μεγάλων πού τι πλάττουσιν ἔργων ἢ γράφουσιν. εἰ γὰρ ἀποδιδοῖεν τὴν
236 *τῶν καλῶν ἀληθινὴν συμμετρίαν, οἶσθ' ὅτι σμικρότερα μὲν τοῦ δέοντος τὰ ἄνω, μείζω δὲ τὰ κάτω φαίνοιτ' ἂν διὰ τὸ τὰ μὲν πόρρωθεν, τὰ δ' ἐγγύθεν ὑφ' ἡμῶν ὁρᾶσθαι.*

P. *ὁρῶν ἐν αὐτῇ τέχνην*] V. *ὁρῶ*. Participium tenent Bodl. Vat. Ven. *ΑΠΣ*. Vind. Par. BCEFH. Flor. a. b. c. Zitt. et pr. m. Coisl.

ἐν μήκει καὶ πλάτει] Sic optimi et plurimi codd. mss. Vett. editt. *ἐν βάθει καὶ πλάτει*. Mox *ἑκάστοις* Bodl. Vat. Ven. *Π*.

P. 236. *Πάνυ μὲν οὖν*] Desunt haec in Bodl. Vat. Ven. *Π*. In Flor. i. legitur: *δοκεῖ μοι, πάνυ μὲν οὖν*. In proximis Heindorf. scribendum censet *οἱ δημιουργοὶ οἱ νῦν*, repetito articulo. Sed *νῦν* referendum ad verbum est.

Τὸ μὲν ἄρα ἕτερον οὐ δίκαιον, εἰκός γε ὄν,] Pro *οὐ*

ἔστι δ' αὖτη μάλιστα —] Duas distinguit artis imitandi partes, quarum alteram appellat *εἰκαστικήν*, alteram *φανταστικήν*. Et illam quidem eam esse vult, quae exemplaris alicuius imaginem fideliter ad ipsam veritatem exprimat, ita ut et mensurae proportiones et colores ei convenientes quam accuratissime ab artifice observentur. Quod apertum est in statuis et imaginibus tum fieri, quum, etiamsi magnitudo earum exemplaribus non respondeat, tamen omnes earum partes secundum certam aliquam proportionem ad ipsius naturae veritatem factae et elaboratae sunt. Ab hac autem arte *εἰκαστικὴ* distinguit *φανταστικήν*, quae non observet ipsius naturae rationes, sed versetur liberius, ita ut imagines visui accommodatas exhibeat, secundum artem opticam. Quorsum maxime refert maiora opera artis pingendi pariter atque fingendi; quippe quae fere ita comparata esse solcant, ut ex opportuno loco spectantibus pulcra videri possint, sicuti fit in scenographia (der perspectivischen Malerei). De arte veterum lineari eaque optica, quam vocant, disputavit Böttigerus in libro: Aldobrandinische Hochzeit p. 20. et Archaeolog. Picturae p. 310. Schneider. ad Eclogg. Physicc. p. 264 sqq. Male hunc locum intellexerunt Winkelmannus Opp. ed. Meyer et Schulze T. IV. p. 75. et Petersen. Introduct. in Archaeolog. p. 262 sq. ne recentiores quos-

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΞΕ. Ἆρ' οὖν οὐ χαίρειν τὸ ἀληθὲς ἐάσαντες οἱ δημιουργοὶ νῦν οὐ τὰς οὔσας συμμετρίας, ἀλλὰ τὰς δοξούσας εἶναι καλὰς τοῖς εἰδώλοις ἐναπεργάζονται;

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΞΕ. Τὸ μὲν ἄρα ἕτερον οὐ δίκαιον, εἰκός γε ὄν, εἰκόνα καλεῖν;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Καὶ τῆς γε μιμητικῆς τὸ ἐπὶ τούτῳ μέρος B *κλητέον ὅπερ εἴπομεν ἐν τῷ πρόσθεν, εἰκαστικήν;*

ΘΕΑΙ. Κλητέον.

ΞΕ. Τί δέ; τὸ φαινόμενον μὲν διὰ τὴν ἐκ καλοῦ θέαν ἐοικέναι τῷ καλῷ, δύναμιν δὲ εἴ τις λά-

vett. editt. *οὐδέ*, quod solus Ven. Ξ. tenet. Dein *ἐοικός* Par. B. et corr. F. Post *καλεῖν* vulgo adduntur haec: *ΘΕ. παντάπασί γε. ΞΕ. ἆρ' οὖν τὸ μὲν ἕτερον δίκαιον εἰκαστικὸν καλεῖν. ΘΕ. ναί. κ. τ. λ.* Quae Heindorfius recte censuit nata esse ex *διττογραφίᾳ*. Desunt haec verba in Bodl. Vat. Coisl. Vind. Par. EH. et pr. Vat. Ven. *Π.* aliis.

B. *διὰ τὴν ἐκ καλοῦ θέαν*] Ante *ἐκ* vulgo *οὐκ* interpositum erat, quod recte omittunt Coisl. Ven. Σ. Vind. Delendum illud vidit Schleierm. et Heindorf.

dam nominem, quorum nomina honoris caussa tacere satius est.

P. 236. *οὐ τὰς οὔσας συμμετρίας* —] non illas proportiones, *quae veritati rerum conveniant*, sed eas, quae *visurae sint* contemplantibus pulcrae, imaginibus suis tribuunt. Locus rursus non intellectus est ab aestheticis nostris, inter quos fuerunt qui *οὖσαι* et *δόξουσαι* inter se sic opponi somniarent, ut alibi *ἡ δόξα* et *τὸ ὄντως ὄν*. Quod manifestum est nec loci sententiae convenire, nec cum verborum ratione ullo modo concordare. Nempe multi belluli, qui ingeniosi videri hodie volunt, grammaticam artem magno cum supercilio contemnunt tanquam levem et nugatoriam, huius contemtus sui ipsi imprudentes poenas daturi gravissimas.

B. *διὰ τὴν ἐκ καλοῦ θέαν* —] Quod vett. editt. ante *ἐκ καλοῦ* inserunt *οὐκ*, id nunc quum testatum videamus in Coisl. Ven. Σ. et Vindob. omissum esse, non dubitavimus funditus delere. Manifestum est enim, id quod primus vidit Schleiermacherus, natum illud esse ex proximo *ἐκ*. Est autem *ἐκ καλοῦ* ex loco opportuno, von dem gehörigen Standpunkte aus. Cuius tamen loquendi rationis alia vellem exempla suppeterent. Nam quod Heindorfius comparat Aristoph. Thesmoph. v. 293. *ποῦ καθίζω ἐν καλῷ, τῶν ῥητόρων ἵν' ἐξακούσω;* ibi *ἐν καλῷ* significat opportune. Sed usus scriptor

βοι τὰ τηλικαῦτα ἱκανῶς ὁρᾶν, μηδὲ ἐοικὸς ᾧ φησὶν ἐοικέναι, τί καλοῦμεν; ἆρ' οὐκ, ἐπείπερ φαίνεται μέν, ἔοικε δὲ οὔ, φάντασμα;

ΘΕΑΙ. Τί μήν;

ΞΕ. Οὐκοῦν πάμπολυ καὶ κατὰ τὴν ζωγραφίαν
C *τοῦτο τὸ μέρος ἐστὶ καὶ κατὰ ξύμπασαν μιμητικήν;*

ΘΕΑΙ. Πῶς δ' οὔ;

ΞΕ. Τὴν δὴ φάντασμα ἀλλ' οὐκ εἰκόνα ἀπεργαζομένην τέχνην ἆρ' οὐ φανταστικὴν ὀρθότατ' ἂν προσαγορεύοιμεν;

ΘΕΑΙ. Πολύ γε.

ΞΕ. Τούτω τοίνυν τὼ δύο ἔλεγον εἴδη τῆς εἰδωλοποικῆς, εἰκαστικὴν καὶ φανταστικήν.

ΘΕΑΙ. Ὀρθῶς.

ΞΕ. Ὃ δέ γε καὶ τότ', ἠμφεγνόουν, ἐν ποτέρᾳ

ἐπείπερ φαίνεται μέν; ἔοικε δὲ οὔ] Post *μέν* addunt *ἐοικέναι* Flor. i. Zitt., omisso tamen sequenti *ἔοικε*. v. commentar.

C. *κατὰ ξύμπασαν μιμ.*] Sic Bodl. Vat. Ven. *II.* Flor. i. Zitt. Vulgo *κατὰ τὴν ξύμπ. μ.* Dein rursus optimi libri atque plurimi *εἰδωλοποικῆς* pro v. *εἰδωλοποιητικῆς*. v. p. 235. B.

τότ' ἠμφεγνόουν] Sic optimi pro vulg. *ἠμφιγνόουν*. De duplici verbi augmento te satis edocebunt A. Matthiae et Phil. Butt-

hac dictione videtur esse ludens verbis *ἐκ καλοῦ τῷ καλῷ — τὰ τηλικαῦτα*, grandiora istiusmodi artis opera, quae antea dixerat plerumque comparata esse ad speciem pulcritudinis.

ἐπείπερ φαίνεται μέν, ἔοικε δὲ οὔ,] Post *φαίνεται* quod in uno alterove codice additur *ἐοικέναι*, id, quum sponte intelligi possit, nunc consulto omissum esse censemus, quo magis appareat, cur talis res *φάντασμα* appelletur. Deinde, *πάμπολυ τοῦτο τὸ μέρος ἐστί*, rursus est admodum magnum haec pars ambitum habet; de quo loquendi genere diximus ad p. 234. B.

D. *ἤ σε οἷον ῥύμη τις —*] an te tanquam impetus quidam ab ipsa oratione profectus, quum rei assuefactus esses (h. e. affirmando assuetum) abripuit ad celerem istam assensionem? Recte Heindorfius *ὑπὸ τοῦ λόγου* censet pertinere ad *ῥύμη*. Sic *δίνη τις ὑπὸ οὐρανοῦ* Phaedon. p. 99. B. ubi v. ann. Reip. III. p. 390. C. *Ἀρεός τε καὶ Ἀφροδίτης ὑπὸ Ἡφαίστου δέσμον*. Terent. Andr. I. 1, 129. iniuria ab illo. — Hesychius, *Ρυμή, ὁρμή*.

Πῶς καὶ πρὸς τί τοῦτο εἴρηκας;] Libri omnes excepto uno Flor. i. *καὶ πρὸς ὅ τι τ.* Sed etsi bene meminimus interrogativa non raro cum relativis consociari, de qua re v. ann. ad Criton. p. 48. Charmid. p. 160. D. Alcibiad. I. p. 114. A., tamen

τὸν σοφιστὴν θετέον, οὐδὲ νῦν πω δύναμαι θεάσασθαι σαφῶς, ἀλλ' ὄντως θαυμαστὸς ἀνὴρ καὶ κατιδεῖν παγχάλεπος, ἐπεὶ καὶ νῦν μάλα εὖ καὶ κομψῶς εἰς ἄπορον εἶδος διερευνήσασθαι καταπέφευγεν. D

ΘΕΑΙ. Ἔοικεν.

ΞΕ. Ἆρ' οὖν αὐτὸ γιγνώσκων σύμφης, ἢ σε οἷον ῥύμη τις ὑπὸ τοῦ λόγου συνειθισμένον συνεπεσπάσατο πρὸς τὸ ταχὺ ξυμφῆσαι;

ΘΕΑΙ. Πῶς καὶ πρὸς τί τοῦτο εἴρηκας;

Cap. XXIV. ΞΕ. Ὄντως, ὦ μακάριε, ἐσμὲν ἐν παντάπασι χαλεπῇ σκέψει. τὸ γὰρ φαίνεσθαι τοῦτο E καὶ τὸ δοκεῖν, εἶναι δὲ μή, καὶ τὸ λέγειν μὲν ἄττα, ἀληθῆ δὲ μή, πάντα ταῦτά ἐστι μεστὰ ἀπορίας ἀεὶ ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ καὶ νῦν. ὅπως γὰρ εἰπόντα χρὴ ψευδῆ λέγειν ἢ δοξάζειν ὄντως εἶναι, καὶ τοῦτο

mannus. Dein ἐν om. Bodl. Vat. Ven. ΠΣ. Vind. Coisl. Par. B C E F H. Flor. b. c. i male.

D. θαυμαστὸς ἀνὴρ] V. ἀνήρ. Correxit Bekkerus.

συνεπεσπάσατο] νῦν ἐπεσπάσατο Bodl. Vat. Ven. Π. quod redolet Grammaticorum sapientiam. Dein e Flor. i. reposui καὶ πρὸς τί τ. Ceteri libri mss. et editi πρός ὅ τι τ.

E. μεστὰ ἀπορίας] μεστὰ om. Bodl. Vat. Ven. Π.

sicuti nemo quisquam dixerit πῶς ὅ τι τοῦτο λέγεις pro usitato illo πῶς τί τοῦτο λέγεις, ita nec πῶς καὶ πρὸς ὅ τι τοῦτο λέγεις in usu fuisse existimamus. Certe quidem frequentissime usurpatae formulae mirum est quod nusquam alibi haec varietas deprehenditur.

E. ἀεὶ ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ καὶ νῦν] nunc ut semper superiore tempore. Heindorfius post ἀεί inserendum τε iudicabat. Et sic certe infra p. 238. E. ἄρτι τε καὶ νῦν Phaedr. p. 254. A. ἀεί τε καὶ τότε. Phileb. p. 60. C. καὶ τότε καὶ νῦν. Gorg. p. 523. A. καὶ ἀεὶ καὶ νῦν ἔτι. al. Sed Phaedon. p. 58. B. ἦν δὴ ἀεὶ καὶ νῦν ἔτι — πίμπουσιν. Infra p. 239. B. ἀεὶ καὶ τὸ νῦν. Itaque invitis codicibus nihil novandum.

ὅπως γὰρ εἰπόντα χρὴ ψευδῆ λέγειν —] Contorta est haec ac difficilis verborum constructio, quam tamen Heindorfius recte expedivit hunc in modum: παντάπασι γὰρ χαλεπὸν (λέγειν), ὅπως εἰπόντα (τινά, quod inest in infinitivo aliunde pendente) ὄντως εἶναι ψευδῆ λέγειν ἢ δοξάζειν, καὶ τοῦτο φθεγξάμενον χρὴ μὴ ἐναντιολογίᾳ συνέχεσθαι; nam qui fieri possit, ut qui dicat revera licere falsa dicere et opinari, et id eloquatur, non repugnantia implicetur, id omnino difficile dictu est. Pro ἐναντιολογίᾳ, quod codicibus praestantissimis debetur, vett. editt. ἐν ἀντιλογίᾳ. Quod fortasse ideo cor-

φθεγξάμενον ἐναντιολογίᾳ μὴ συνέχεσθαι, παντάπα-
237 σιν, ὦ Θεαίτητε, χαλεπόν.

ΘΕΑΙ. Τί δή;

ΞΕ. Τετόλμηκεν ὁ λόγος οὗτος ὑποθέσθαι τὸ μὴ ὂν εἶναι· ψεῦδος γὰρ οὐκ ἄν ἄλλως ἐγίγνετο ὄν. Παρμενίδης δὲ ὁ μέγας, ὦ παῖ, παισὶν ἡμῖν οὖσιν ἀρχόμενός τε καὶ διὰ τέλους τοῦτο ἀπεμαρτύρατο, πεζῇ τε ὧδε ἑκάστοτε λέγων καὶ μετὰ μέτρων· οὐ γὰρ μή ποτε τοῦτ' οὐδαμῇ, φησίν, εἶναι μὴ ὄντα· ἀλλὰ σὺ τῆσδ' ἀφ' ὁδοῦ διζήμενος εἶργε

ἐναντιολογίᾳ μὴ συνέχεσθαι] V. ἐν ἀντιλογίᾳ, quod mutatum e Bodl. Vat. Ven. ΞΠ. Coisl. Par. FH. Flor. a. c.

P. 237. παισὶν ἡμῖν οὖσιν] Pro ἡμῖν Bodl. Vat. Ven. ΑΠΣ. Vind. Coisl. Par. EFG. Flor. a. b. c. Zitt. μέν, quod rursus olet lucernam Grammaticorum.

ruptum, quia Plato hoc uno loco vocabulo usus est. Sed tuetur illud locus p. 268. B. ἀναγκάζοντα τὸν προειλεγόμενον ἐναντιολογεῖν αὐτὸν αὑτῷ. Constructio eadem est p. 250. D. πάσῃ συνεσχόμεθα ἀπορίᾳ. Legg. IV. 714. A. ἀνηνύτῳ κακῷ ξυνεχομένην. Theaet. p. 479. A. 512. A. al. Synesius Laud. Calvit p. 80. A. ὃ βασιλεὺς ἀπορίᾳ συνέχετο. Alia congesserunt Baehrius ad Plutarch. Vit. Pyrrhi p. 185. et Krabinger. ad Synes. De Provident. p. 160. Quanquam nec usui loquendi adversatur συνέχεσθαι ἔν τινι κακῷ. v. ad Theaet. p. 165. B.

P. 237. ὑποθέσθαι τὸ μὴ ὂν εἶναι κ. τ. λ.] Negabant enim sophistae fieri posse, ut quis τὸ μὴ ὂν diceret; unde consequi volebant nec falsa loqui quemquam posse. Protagorae atque hominibus illo etiam antiquioribus hanc cavillationem Plato tribuit in Euthydemo p. 284. A sqq. Cratylo p. 385. B. 429. C. D. conf. Arist. Met. IV. p. 119. ed. Brand. Isocrat. Encom. Hel. p. 231 sqq. ed. Bekker. Hoc loco eam ad Parmenidem auctorem refert, quippe qui Non-ens nec dici nec cogitari posse docuerit. Idem dictum memorat Aristot. Metaph. XIII. 2. p. 294. ed. Brand. et Platonem ducem sequutus Simplicius Phys. f. 29. B. 31. A. 52. B. Versum Ἀλλὰ σὺ τῆσδ' ἀφ' ὁδοῦ διζήσιος εἶργε νόημα, quem Plato iterum affert infra p. 258. D. laudat etiam Simplicius Phys. p. 17. A. 152. A. et una cum aliis pluribus versibus Sextus Emp. adv. Mathem. VII. 3. Sed priora mirum est quod nemo quisquam citavit praeter unum solum Platonem hoc ipso loco. Quod ipsum nos admonere debet, ut ne versiculum aliquem Parmenideum hic expectemus, sicuti fecit Heindorfius, qui verba correxit sic: οὐ γὰρ μήποτε τοῦτο δαῇς, φησίν, εἶναι μὴ ἐόντα. Qualem versum si Sextus, Simplicius, alii, qui ipsum Parmenidis carmen adhuc oculis suis usurparunt, repperissent, procul dubio eum una cum ceteris commemorassent. Recte igitur Karsten De Parmenidis Reliquiis p. 130. codicum lectio-

νόημα. παρ' ἐκείνου τε οὖν μαρτυρεῖται, καὶ μάλιστά B
γε δὴ πάντων ὁ λόγος αὐτὸς ἂν δηλώσειε μέτρια βασανισθείς. τοῦτ' οὖν αὐτὸ πρῶτον θεασώμεθα, εἰ μή τί σοι διαφέρει.

ΘΕΑΙ. Τὸ μὲν ἐμὸν ὅπῃ βούλει τίθεσο, τὸν δὲ λόγον, ᾗ βέλτιστα διέξεισι, σκοπῶν αὐτός τε ἴθι κἀμὲ κατὰ ταύτην τὴν ὁδὸν ἄγε.

Cap. XXV. *ΞΕ. Ἀλλὰ χρὴ δρᾶν ταῦτα. καί μοι λέγε· τὸ μηδαμῶς ὂν τολμῶμέν που φθέγγεσθαι;*

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

διζήμενος εἴρηκε νόημα] Sic libri omnes. Infra tamen p. 258. D. *διζήσιος*, quod habent Sextus adv. Mathem. VII. 3. Simplic. in Arist. Phys. p. 17. p. 71. conf. Brandis. Commentatt. Eleatic. I. p 106.

nem defendit sic, ut Parmenidem dicat a Platone induci etiam pedestri sermone utentem, quippe quem modo dixisset *πεζῇ τε καὶ κατὰ μέτρον* cum familiaribus disseruisse. Neque ipsius orationis forma ea est, quae fraudis suspicionem moveat. Nam recte profecto dixeris *οὐ μήποτε τοῦτο οὐδαμῇ, εἶναι μὴ ὄντα*, hoc sensu, haudquaquam ita est, ut sint *μὴ ὄντα*, s. haudquaquam id fieri potest, ut sint quae non sint. Quod enim reticetur *ἔστι*, id nobis quidem nullum iniicit scrupulum. Neque infinitivus *εἶναι* sine *τὸ* articulo positus offensioni est, quem ab ipso Platone sic in epexegesi usurpari solere ad Phaedon. p. 64. C. Criton. p. 45. E. et alios locos videmur docuisse. Huc accedit quod istud *οὔποτε οὐδαμῇ οὐδαμῶς* Parmenides saepe numero etiam in cognomine dialogo usurpat, ut ad ipsius morem dictum videatur.

B. *τὸν δὲ λόγον, ᾗ βέλτιστα διέξειοι —*] Ipse *ὁ λόγος* dicitur *διεξιέναι*. De Rep. VI. p. 503. A. *τοιαῦτ' ἄττα ἥν τὰ λεγόμενα παρεξιόντος καὶ παρακαλυπτομένου τοῦ λόγου*, quum *ὁ λόγος* de via declinaret. Ibid. p. 484. A. *διὰ μακροῦ τινος διεξελθόντος λόγου*, quum per ambages rem persequeretur. Sententia verborum igitur haec est: reputans, qua via disputatio optime processura s. rem optime persequuntura sit, et ipse praeiet me eadem duc via. Praeterea Heindorfius apte comparat Politic. p. 268. D. *καθ' ἑτέραν ὁδὸν πορευθῆναι*. Legg. IV. p. 707. D. *κατὰ τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἐρχόμεθα*.

τὸ μηδαμῶς ὂν τολμῶμέν που φθ.] Apparuit postremo sophistam esse speciosum veri philosophi imitatorem, qui fallaci sapientia fretus simulet se esse id, quod non est. Qua opportunitate usus Eleates, quid de natura *τοῦ μὴ ὄντος* statuendum sit, exquirere instituit. Orditur igitur ab hoc loco celebratissima illa de Ente et Non-ente disputatio, qua refelluntur, qui Parmenidem secuti nihil quidquam non esse, omnia esse volebant. Quae ut recte intelliga-

ΞΕ. Μὴ τοίνυν ἕριδός ἕνεκα μηδὲ παιδιᾶς, ἀλλ' C εἰ σπουδῇ δέοι συννοήσαντά τινα ἀποφήνασθαι τῶν ἀκροατῶν, ποῖ χρὴ τοῦνομ' ἐπιφέρειν τοῦτο τὸ μὴ

B. ἀλλ' εἰ σπουδῇ δέοι] V. ἀλλ', ἂν σπουδῇ. Bodl. Vat. ἄλλης που δή. Recte Par. CE. εἰ σπ.

C. συννοήσαντά τινα ἀποφήνασθαι] Bodl. ἀποκρίνασθαι, quod teste Bastio in Vat. et Ven. *II.* a manu sec. demum invectum. Dein vett. editt. πῇ, quod ex optimis et plurimis codd. in ποῖ mutatum.

tur, diligenter observandum est, Platonem in ea explicanda versari sic, ut primum eorum, qui τὸ μὴ ὄν tollebant, sententiam exponat et quid inde consequi dicendum sit exquirat, quo clarius appareat, quantas ea habeat difficultates; deinde autem, quid contra Parmenidis de Ente opinionem disputari possit, sua ipsius ratione in medium allata doceat. Sed haec in universum. Nunc videamus de ea parte, quae proxime sequitur. Et hic quidem philosophus primum Parmenidis sententiam sic interpretatur, ut eum moneat necessario statuere debuisse, rebus quae sint non id posse attribui quod non sit; sive quidquid ad essentiam referatur, id totum ab Non-ente seiunctum esse atque alienum; praeterea eum censet etiam hoc statuere, Non-ens illud nec esse aut dici posse aliquid, siquidem qui non aliquid cogitet aut loquatur, is nihil plane cogitare et loqui existimandus sit. Ex quo consequi vult, Non-ens ne dici quidem ullo modo aut enuntiari posse. His addit etiam alia. Nam qui Non-ens tollant, eos item docere ait et affirmare, aliam essentiam neutiquam in illud convenire, qualis Enti, sive ei quod est, utique conveniat; hoc est, Non-entis nulla omnino praedicata esse, siquidem eorum, quae sunt, nihil quidquam ei possit attribui. Ex quo efficitur, nec numerum in illud Non-ens convenire, quippe qui concessa tantum praedicatorum varietate in eo locum habiturus sit, ideoque mirum accidere, quod et numero unitatis Non-ens et numero multitudinis Non-entia dicere solemus. Quin ulterius etiam progreditur. Nam qui Non-ens tollant, eos mirifice secum ipsis pugnare arbitratur, siquidem disserant de eo, quod ipsi esse negent, quodque eam ipsam ob causam nec mente concipi nec nominari possit. Ita igitur apparere ait, Sophistam, quem putaverint, id, quod non sit, simulare, quippe adulterinum germanae philosophiae imitatorem, sese in eas abdidisse tenebras, quas discutere vel penetrare longe sit difficillimum. p. 237 — 239. C.

Μὴ τοίνυν ἕριδος ἕνεκα —] Soli Par. C. E. pro vulg. ἂν σπουδῇ scriptum habent εἰ σπουδῇ, quod non potest dubitari unice verum esse, quum libri optimi atque plurimi pro δέῃ exhibeant δέοι. Accedunt alia huius scripturae testimonia, quae ex lectionum varietate supra notata facile cognoscentur. Hic igitur res in vado est. Sed difficilius est iudicare de proximis. Nam ibi libri plerique: ἔχειν δοκοῦμεν ἂν εἰς τί κ. τ. λ. cum editt. omnibus. Semper tamen nobis molesta haec lectio visa est, praesertim quum verbi ἔχειν collocatio idonea ratione careat.

ον, τί δοκοῦμεν ἄν εἰς τί καὶ ἐπὶ ποῖον αὐτόν τε καταχρήσασθαι καὶ τῷ πυνθανομένῳ δεικνύναι;

ΘΕΑΙ. Χαλεπὸν ἦρου καὶ σχεδὸν εἰπεῖν οἵῳ γε ἐμοὶ παντάπασιν ἄπορον.

τί δοκοῦμεν ἄν] Editt. omnes: *τοῦτο τὸ μὴ ὄν, ἔχειν δοκοῦμεν ἄν εἰς τί κ. τ. λ.* Ven. *Π. τοῦτο τὸ μὴ ὄν τι· ἔχειν δοκ.* Bodl. Vat. *τοῦτο τὸ μὴ ὄν τι δοκοῦμεν.* Par. B. *τοῦτο τὸ μὴ ὄν· ἔχειν δοκῶμεν ἄν.* Vind. Ven. *Σ.* Coisl. al. *τοῦτο τὸ μὴ ὄν ὅτι δοκοῦμεν.* v. infra commentar.

Itaque gratum nobis et iucundum accidit, quod pro *ἔχειν* in multis codd. *ὅτι*, in tribus optimis, Bodl. Vat. et Ven. *Π.*, *τι* (sine accentu) repertum est. Atque hinc putamus veram prodiisse scripturam, nunc tandem a nobis in locum suum restitutam. Quae cur depravata sit, causa in promtu est. Insolens enim verborum constructio criticorum animos perturbavit, ut sollicite aliam et rectiorem scilicet circumspicerent lectionem. Sed mala crux eos agitavit, quum *ἔχειν* istud suum inculcarent. Quo nihil melius, omnia peiora facta. Iam quid rei sit, ita docere iuvat, ut primum verborum sententiam declaremus, deinde dicamus de eorundem constructione. Universi igitur loci sententia haec est: Si igitur non contentionis aut lusus gratia sed serio aliquem auditorum oporteat re perpensa declarare, quorsum nomen istud *τὸ μὴ ὄν* referri debeat; quid censemus? cuinam rei et quali designandae eum putamus et ipsum illud adhibiturum et quaerenti demonstraturum? Hic igitur sensus verborum est. Quo exposito facile apparebit, quid insolentiae insit in his: *τί δοκοῦμεν εἰς τί καὶ ἐπὶ ποῖον κ. τ. λ.* Nimirum similis haec est constructio illi, qua optimi quique Latinitatis auctores usi sunt. Cicer. De Offic. II. 7. Quid enim censemus superiorem illum Dionysium quo cruciatu timoris angi solitum? ubi mireris Heusingerum, Beierum, alios, exempla rei cumulantes, nec tamen veram eius rationem perspicientes. Enimvero res ita se habet. Inchoata per interrogationem oratio per novam interrogationem continuatur; quamobrem nec distinctione singula membra divellenda sed in unum coarctanda sunt. Id quod vel hic locus luculentissime testatur, qui sicuti lucem suam ex illa constructione recuperat, ita vicissim obscurae et ignoratae constructionis quaenam ratio sit, optime declarat. Nam quis tandem verbis transpositis sic distinguere volet: *τί δοκοῦμεν αὐτόν; εἰς τί καὶ ἐπὶ ποῖον ἂν αὐτὸν καταχρήσασθαι καὶ τῷ πυνθανομένῳ ἐπιδεικνύναι;* At, dixerit quispiam, cede locos scriptorum Graecorum, in quibus eadem usurpatur constructio: adhuc enim nobis de unis Latinis narrasti. Dabo vero; neque enim longe arcessendi aut sollicite anquirendi sunt, quum ipsi eandem rationem iam exposuerimus ad Phaedrum p. 269. A. ubi lege quae scripsimus, siquidem nunc lectu digna videantur. Ad *τῷ πυνθανομένῳ δεικνύναι* int. *καταχρήσασθαι αὐτῷ.*

C. *χαλεπὸν ἦρου*] V. ad Symp. p 175. B.

ΞΕ. Ἀλλ' οὖν τοῦτό γε δῆλον, ὅτι τῶν ὄντων ἐπί τι τὸ μὴ ὂν οὐκ οἰστέον.

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ ἄν;

ΞΕ. Οὐκοῦν ἐπείπερ οὐκ ἐπὶ τὸ ὄν, οὐδ' ἐπὶ τὸ τὶ φέρων ὀρθῶς ἄν τις φέροι.

ΘΕΑΙ. Πῶς δή;

D ΞΕ. Καὶ τοῦθ' ἡμῖν που φανερόν, ὡς καὶ τὸ τὶ τοῦτο ῥῆμα ἐπ' ὄντι λέγομεν ἑκάστοτε· μόνον γὰρ αὐτὸ λέγειν, ὥσπερ γυμνὸν καὶ ἀπηρημωμένον ἀπὸ τῶν ὄντων ἁπάντων, ἀδύνατον. ἢ γάρ;

ΘΕΑΙ. Ἀδύνατον.

ΞΕ. Ἆρα τῇδε σκοπῶν ξύμφῃς, ὡς ἀνάγκη τόν τι λέγοντα ἔν γέ τι λέγειν;

ΘΕΑΙ. Οὕτως.

ΞΕ. Ἑνὸς γὰρ δὴ τό γε τὶ φήσεις σημεῖον εἶναι, τὸ δὲ τινὲ δυοῖν, τὸ δὲ τινὲς πολλῶν.

ὅτι τῶν ὄντων ἐπί τι τὸ μὴ ὄν] Vett. editt. ὅτι τῶν τι ὄντων ἐπὶ τὸ μὴ ὂν οὐκ οἰστέον. Prius τι post τῶν omittunt Bodl. Vat. Ven. ΑΠΣ. Vind. Par. BCEFH. Flor. a. b. c. i. Alterum τι post ἐπί iam insertum teste Bekkero Par. CHBF. Ven. Π., quibus accedunt Flor. a. b. c. Vitium odoratus erat Heindorfius.

D. ὡς καὶ τὸ τὶ τοῦτο ῥῆμα] τὸ τὶ τοῦ ῥήματος Bodl. Vat. corrupte. Ven. Σ. Vind. τοῦτο τὸ ῥῆμα, ut coni. Heindorf. sed v. Commentar. Pro ἐπ' ὄντι, h. e. ἐπ' ὄντι τινί, vett. editt.

ὅτι τῶν ὄντων ἐπί τι τὸ μὴ ὂν οὐκ οἰστ.] Ad nihil eorum, quae sunt, Non-ens referri potest. Sunt enim haec sibi contraria. Ex quo ipso deinde colligitur, ne ad τὸ τὶ quidem τὸ μὴ ὂν referri licere, quippe quod sit inter τὰ ὄντα numerandum, siquidem praedicata omnia cum τὸ εἶναι consocientur.

D. Καὶ τοῦθ' ἡμῖν που φανερόν] Etiam hoc, opinor, nobis perspicuum est, referre nos semper istud τὶ ad aliquid quod est, ita ut ῥῆμα existat: solum enim illud dici quasi nudum et destitutum ab omnibus non potest. Nam *aliquid* dicitur semper de rebus quae sunt et certam aliquam habent qualitatem. Pro ῥῆμα Heindorfius volebat τὸ ῥῆμα. Quod etsi in aliquot codicibus legitur, tamen ab ipsa re alienum est. Nimirum ῥῆμα idem est quod ὡς ῥῆμα, h. e. ὥστε ῥῆμα γενέσθαι. Hoc autem cur ita a philosopho statuatur, docebunt quae ad Cratyl. p. 399. A. et infra ad Sophist. p. 262. A. de discrimine τοῦ ῥήματος et τοῦ ὀνόματος exposuimus. Quippe ῥῆμα non tantum subiectum, sed etiam praedicatum denotare solet. Itaque quum dicis μέγα τί, καλόν τι, habes sane id, quod ῥῆμα appellatur.

E. τὸ τὸν τοιοῦτον λέ-

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Τὸν δὲ δὴ μὴ τί λέγοντα ἀναγκαιότατον, E
ὡς ἔοικε, παντάπασι μηδὲν λέγειν.

ΘΕΑΙ. Ἀναγκαιότατον μὲν οὖν.

ΞΕ. Ἆρ' οὖν οὐδὲ τοῦτο συγχωρητέον, τὸ τὸν τοιοῦτον λέγειν μέν [τι], λέγειν μέντοι μηδέν, ἀλλ' οὐδὲ λέγειν φατέον, ὅς γ' ἂν ἐπιχειρῇ μὴ ὂν φθέγγεσθαι;

ΘΕΑΙ. Τέλος γοῦν ἂν ἀπορίας ὁ λόγος ἔχοι.

Cap. XXVI. *ΞΕ. Μήπω μέγ' εἴπῃς· ἔτι γάρ,* 238
ὦ μακάριε, ἔστι, καὶ ταῦτά γε τῶν ἀποριῶν ἡ μεγίστη καὶ πρώτη. περὶ γὰρ αὐτὴν αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν οὖσα τυγχάνει.

ΘΕΑΙ. Πῶς φῄς; λέγε καὶ μηδὲν ἀποκνήσῃς.

ΞΕ. Τῷ μὲν ὄντι που προσγένοιτ' ἄν τι τῶν ὄντων ἕτερον.

ἐπὶ ὄν τι, quod ex bonis codd. correctum.

E. *λέγειν μέν [τι], λέγειν μ.*] *μὲν* om. Bodl. Imo *τι* omittendum fuit. Etiam in Ven. *Π.* Bastio teste *μὲν* omissum est, et in Flor. i.

ὅς γ' ἂν ἐπιχειρῇ] *γ'* additum ex Bodl. Vat. Ven. *Π.*

ὁ λόγος ἔχοι] Sic optimi pro vulg. *ἔχοι ὁ λόγος.*

P. 238. *Ἔτι γάρ, ὦ μακάριε,*] V. *ἔστι.* Recte *ἔτι* Bodl. Vat. Ven. *Π.* Par. BEF. Flor. i.

γειν μέν [τι], λέγειν μέντοι μηδέν] Illud *τι* cum Heindorfio et Schleiermachero censemus expungi oportere. Nam *ὁ τοιοῦτος* intelligitur *ὁ μὴ τί λέγων.* Is igitur quum nihil possit dicere, tum quia dicat, nihil dicere arguitur.

P. 238. *Μήπω μέγ' εἴπῃς*] Ne iam magna loquere, ne gloriare tanquam re feliciter peracta. Phaedon. p. 95. B. *μὴ μέγα λέγε, μή τις ἡμῶν βασκανία περιτρέψῃ τὸν λόγον.* ubi v. Wyttenbach. Deinde vulgo scribebatur *ἔστι γάρ, ὦ μακάριε, ἔστι καὶ ταῦτά γε,* quod vitiosum esse vel coeco patere debet. Recte pro priore *ἔστι* codd. aliquot *ἔτι*, quo revocato omnia recte se habent. Nam ad *ἔτι γὰρ ἔστι* ex antecedentibus repetendum *ἀπορία*, superest enim adhuc difficultas, quibus verbis dein cum vi subiunguntur haec: *καὶ ταῦτά γε τῶν ἀποριῶν ἡ μεγίστη καὶ πρώτη.* Quanquam istud *γε* habet offensionem non exiguam. Nam *καὶ ταῦτα*, et quidem, quum maxime frequentetur, tamen *καὶ ταῦτά γε* ab usu loquendi utique abhorret. Quamobrem vide an corrigendum sit *κατὰ ταῦτά γε*, quod Heindorfio quoque in mentem venit.

Τῷ μὲν ὄντι που — ἕτερον] Ei quod est adiungi potest aliud quid eorum, quae sunt, h. e. cum eo,

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Μὴ ὄντι δέ τι τῶν ὄντων ἆρά ποτε προσγίγνεσθαι φήσομεν δυνατὸν εἶναι;

ΘΕΑΙ. Καὶ πῶς;

ΞΕ. Ἀριθμὸν δὴ τὸν ξύμπαντα τῶν ὄντων τίθεμεν.

B ΘΕΑΙ. Εἴπερ γε καὶ ἄλλο τι θετέον ὡς ὄν.

ΞΕ. Μὴ τοίνυν μηδ' ἐπιχειρῶμεν ἀριθμοῦ μήτε πλῆθος μήτε τὸ ἓν πρὸς τὸ μὴ ὂν προσφέρειν.

ΘΕΑΙ. Οὔκουν ἂν ὀρθῶς γε, ὡς ἔοικεν, ἐπιχειροῖμεν, ὥς φησιν ὁ λόγος.

ΞΕ. Πῶς οὖν ἂν ἢ διὰ τοῦ στόματος φθέγξαιτ' ἄν τις ἢ καὶ τῇ διανοίᾳ τὸ παράπαν λάβοι τὰ μὴ ὄντα ἢ τὸ μὴ ὂν χωρὶς ἀριθμοῦ;

ΘΕΑΙ. Λέγ' ὅπῃ.

ΞΕ. Μὴ ὄντα μὲν ἐπειδὰν λέγωμεν, ἆρ' οὐ πλῆ-

C θος ἐπιχειροῦμεν ἀριθμοῦ προστιθέναι;

ΘΕΑΙ. Τί μήν;

ΞΕ. Μὴ ὂν δέ, ἆρ' οὐ τὸ ἓν αὖ;

ΘΕΑΙ. Σαφέστατά γε.

ΞΕ. Καὶ μὴν οὔτε δίκαιόν γε οὔτ' ὀρθόν φαμεν ὂν ἐπιχειρεῖν μὴ ὄντι προσαρμόττειν.

Μὴ ὄντι δέ τι τῶν ὄντων] Vett. editt. *μὴ ὄντι δὲ τῶν ὄντων*. Bodl. Vat. Ven. *Π. μὴ ὂν δέ τι τῶν ὄντων*. Recte Coisl. rec. *μὴ ὄντι δέ τι τῶν ὄντων*. Dein *ποτε* om. Bodl. Vat. Ven. *Π.* Alii voc. post *τι*, alii post *προσγίγνεσθαι* inferciunt.

B. *μήτε τὸ ἓν*] *μήτε ἓν* Bodl. Vat. Ven. *Π.*

Λέγ' ὅπῃ] V. *λέγε ὅπῃ*, quod ex codd. mutavi. Bodl. Vat. Ven. *Π. λέγε πῇ*, quod eodem perducit.

C. *ἐπιχειροῦμεν ἀριθμοῦ*] Sic optimi. Vett. editt. *ἀριθμοῦ ἐπιχειροῦμεν.*

quod est, plura ac diversa attributa coniungi possunt. Quod ipsum negat in *τὸ μὴ ὄν* convenire. Ex quo apparet vulgo male in proximis *τι* ante *τῶν ὄντων* deesse, quod ex codd. restitutum.

Ἀριθμὸν δή τινα — τίθεμεν] Nam ex eo, quod sunt varia atque multa rerum praedicata, numerus exoritur, qui deo et ipse est inter *τὰ ὄντα*.

C. *Μὴ ὂν δέ, ἆρ' οὐ —*] H. e. *μὴ ὂν δὲ ὅταν λέγωμεν*, numero unitatis utentes.

D. *Ἆρ' οὖν ἐψευσάμην — αὐτοῦ πέρι;*] Haec dicit suam retractans sententiam: significat enim videri sibi maiorem etiam rei difficultatem adhuc restare. Itaque *ἆρα οὖν* nunc est dubitantis. Quod miratur adolescentulus, ideoque addit: *Τί δέ; ἔτι μείζω — ἴχομεν;* In qui-

ΘΕΑΙ. Λέγεις ἀληθέστατα.

ΞΕ. Συννοεῖς οὖν, ὡς οὔτε φθέγξασθαι δυνατὸν ὀρθῶς οὔτ' εἰπεῖν οὔτε διανοηθῆναι τὸ μὴ ὂν αὐτὸ καθ' αὑτό, ἀλλ' ἔστιν ἀδιανόητόν τε καὶ ἄῤῥητον καὶ ἄφθεγκτον καὶ ἄλογον;

ΘΕΑΙ. Παντάπασι μὲν οὖν.

ΞΕ. Ἆρ' οὖν ἐψευσάμην ἄρτι λέγων τὴν μεγί- D
στην ἀπορίαν ἐρεῖν αὐτοῦ πέρι;

ΘΕΑΙ. Τί δέ; ἔτι μείζω τινὰ λέγειν ἄλλην ἔχομεν;

ΞΕ. Τί δέ, ὦ θαυμάσιε; οὐκ ἐννοεῖς αὐτοῖς τοῖς λεχθεῖσιν, ὅτι καὶ τὸν ἐλέγχοντα εἰς ἀπορίαν καθίστησι τὸ μὴ ὂν οὕτως, ὥστε, ὁπόταν αὐτὸ ἐπιχειρῇ τις ἐλέγχειν, ἐναντία αὐτὸν αὑτῷ περὶ ἐκεῖνο ἀναγκάζεσθαι λέγειν;

ΘΕΑΙ. Πῶς φῄς; εἰπὲ ἔτι σαφέστερον.

ΞΕ. Οὐδὲν δεῖ τὸ σαφέστερον ἐν ἐμοὶ σκοπεῖν. ἐγὼ μὲν γὰρ ὑποθέμενος οὔτε ἑνὸς οὔτε τῶν πολλῶν E
τὸ μὴ ὂν δεῖν μετέχειν, ἄρτι τε καὶ νῦν οὕτως ἓν αὐτὸ εἴρηκα· τὸ μὴ ὂν γὰρ φημί. ξυνίης τι;

ΘΕΑΙ. Ναί.

οὔτ' ὀρθόν φαμεν ὂν] ὂν om. Bodl. Vat. Ven. *Π.* male.

E. ξυνίης τις] V. ξυνίης τί; Ven. *Σ.* Vind. Par. BEF. Flor. a. c. i. ξυνίεις Bodl. Vat. Ven. *Π.* Par. E. ξυνιεῖς, de qua forma v. Brunck. ad Sophocl. Oed. Tyr. v. 628. Porson. ad Eurip. Orest. v. 141. Hermann. ad Soph. Philoct. v. 980. et Matthiae Gr. §. 210. ann. unde ξυνίης servandum esse disces. conf. infra ann. crit. ad p. 243. B. Pro τί Bodl. Vat. Ven. *ΠΑ.* Coisl. Par. BCFH. Flor. a. c. i. τοι. Nos τι encliticum dedimus ex Zittav. et rec. Par. E.

bus si quid mutandum est, pro δέ velim δαί reponatur.

οὐκ ἐννοεῖς αὐτοῖς τοῖς λεχθεῖσιν] nonne ex his ipsis, quae disputata sunt, intelligis etiam ei qui refutare velit τὸ μὴ ὂν creare negotium, ita ut, si quis illud refutare aggrediatur, secum ipse pugnare cogatur? Euthydem. p. 289. B. εἴ τι δεῖ τοῖς πρόσθεν ὡμολογημένοις τεκμαίρεσθαι, h. e. ἐκ τῶν πρόσθεν ὡμ. Comparat praeterea Heindorf. Xenoph. Cyrop. VIII. 1, 37. τοῖς προειρημένοις — δῆλον. Isocr. Paneg. §. 39. εἰ δὲ δεῖ τὰ μέλλοντα τοῖς γιγνημένοις τεκμαίρεσθαι. Mox de verbis ἐν ἐμοὶ σκοπεῖν v. ad Menon. p. 82. B. Remp. III. p. 392. D.

E. ξυνίης τι;] Quod codd. multi habent τοι, id me non me-

ΞΕ. Καὶ μὴν αὖ καὶ σμικρὸν ἔμπροσθεν ἄφθεγκτόν τε αὐτὸ καὶ ἄῤῥητον καὶ ἄλογον ἔφην εἶναι. ξυνέπει;

ΘΕΑΙ. Ξυνέπομαί πως.

ΞΕ. Οὐκοῦν τό γε εἶναι προσάπτειν πειρώμενος ἐναντία τοῖς πρόσθεν ἔλεγον;

239 ΘΕΑΙ. Φαίνει.

ΞΕ. Τί δέ; τοῦτο προσάπτων οὐχ ὡς ἑνὶ διελεγόμην;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Καὶ μὴν ἄλογόν τε λέγων καὶ ἄῤῥητον καὶ ἄφθεγκτον ὥς γε πρὸς ἓν τὸν λόγον ἐποιούμην.

ΘΕΑΙ. Πῶς δ' οὔ;

ΞΕ. Φαμὲν δέ γε δεῖν, εἴπερ ὀρθῶς τις λέξει, μήτε ὡς ἓν μήτε ὡς πολλὰ διορίζειν αὐτό, μηδὲ τὸ παράπαν αὐτὸ καλεῖν· ἔν τι γὰρ ἤδη καὶ κατὰ ταύτην ἂν τὴν πρόῤῥησιν προσαγορεύοιτο.

ΘΕΑΙ. Παντάπασί γε.

B Cap. XXVII. ΞΕ. Τὸν μὲν τοίνυν ἐμέ γε ἔτι

Ξυνέπομαί πως.] Sic Bodl. Vat. Ven. *Π.* Editt. omnes ξυνέπομαι· πῶς γὰρ οὔ; Mox pro *ἔλεγον* iidem libri vitiose *λόγον*.

P. 239. *τοῦτο προσάπτων*] Sic Bodl. Vat. Ven. *Π.* Coisl. Par. BCH, Flor. a. b. c. i. Vett. editt. *προσάγων*. Iidem ferme libri deinceps recte *ὡς ἑνὶ* pro vulg. *ὡς ἕν*. Heindorf. ex coniectura dedit *ὡς ἓν ὄν διελ.*

ἄλογόν τε λέγων] Sic optimi quique pro vulg. *γε*.

ἕν τι γὰρ ἤδη] Sic Heindorf. de coniectura. Vett. editt. *ἓν*

mini sic in interrogationibus positum legere. Itaque aut *μέντοι* corrigendum, aut scribendum *τι*. Posterius magis placet, modo verba interpreteris sic: num qua rem sentis? Vitiose vett. editt. *ξυνίης τί;* Nam *τι* encliticum esse debet. Sic infra p. 243. B. *οὐ τι πρὸς θεῶν συνίης ὅ τι λέγουσιν;*

Οὐκοῦν τό γε εἶναι προσάπτειν] Scilicet *τῷ μὴ ὄντι*. Adiunxerat enim ei praedicata, de quibus statim ipse monebit.

P. 239. *τοῦτο προσάπτων οὐχ ὡς ἑνὶ διελεγόμην;*] Vett. editt. *ὡς ἕν*, unde Heindorfius fecit *ὡς ἓν ὄν*. Sed codd. *ὡς ἑνί*, idque verum putamus. Repetendum enim ad *οὐχ ὡς ἑνί* participium *προσάπτων*, hoc sensu: nonne *τῷ μὴ ὄντι τὸ εἶναι* adiungens veluti id adiungerem unitati disputabam?

καὶ κατὰ ταύτην ἂν τὴν πρόῤῥησιν] vel secundum hanc appellationem, si modo nomine aliquo designetur. Nam ita id, quod omnino ne simpliciter esse negatur, tamen

τί τις ἂν λέγοι; καὶ γὰρ πάλαι καὶ τὰ νῦν ἠττημένον ἂν εὕροι περὶ τὸν τοῦ μὴ ὄντος ἔλεγχον. ὥστε ἐν ἔμοιγε λέγοντι, καθάπερ εἶπον, μὴ σκοπῶμεν τὴν ὀρθολογίαν περὶ τὸ μὴ ὄν, ἀλλ' ἃ δὴ νῦν ἐν σοὶ σκεψώμεθα.

ΘΕΑΙ. Πῶς φῄς;

ΞΕ. Ἴθι ἡμῖν εὖ καὶ γενναίως, ἅτε νέος ὤν, ὅ τι μάλιστα δύνασαι συντείνας πειράθητι, μήτε οὐσίαν μήτε τὸ ἓν μήτε πλῆθος ἀριθμοῦ προστιθεὶς τῷ μὴ ὄντι, κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον φθέγξασθαί τι περὶ αὐτοῦ.

ΘΕΑΙ. Πολλὴ μέντ' ἄν με καὶ ἄτοπος ἔχοι προθυμία τῆς ἐπιχειρήσεως, εἰ σὲ τοιαῦθ' ὁρῶν πάσχοντα αὐτὸς ἐπιχειροίην. C

ΞΕ. Ἀλλ' εἰ δοκεῖ, σὲ μὲν καὶ ἐμὲ χαίρειν ἐῶμεν· ἕως δ' ἄν τινι δυναμένῳ δρᾶν τοῦτ' ἐντυγχάνωμεν, μέχρι τούτου λέγωμεν ὡς παντὸς μᾶλλον πανούργως εἰς ἄπορον ὁ σοφιστὴς τόπον καταδέδυκε.

τε γὰρ ἤδη. Bodl. Vat. ἑνὸς γὰρ εἴδει. Ven. ΞΣ. Flor. a. b. c. Zitt. Vind. Par. C. ἓν τε γὰρ εἴδει, quod etiam Bas. 2. habet.

B. ἔτι τί τις ἂν λέγοι] ἔτι om. Bodl. Vat. Ven. *II.* In Zitt. τί abest. Flor. i. γε. om.

ἀλλ' ἃ δὴ νῦν] V. εἶα δή, quod solus Ven. Ξ. et Flor. i. tenet.

κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον] κατὰ τὸ ὀρθ. tres optimi omisso λόγον. Praeter Platonis consuetudinem.

ut certa aliqua res nominatur, ideoque ἓν τι esse ponitur. Hac sententia non perspecta genuina lectio variis modis est depravata.

B. Τὸν μὲν τοίνυν ἐμέ γε] V. ad Theaet. p. 166. A. ubi hunc articuli usum illustravimus. De reliqua constructione, Criton. p. 48. A. φροντιστέον, τί ἐροῦσιν οἱ πολλοὶ ἡμᾶς. Men. p. 77. A. ὅπερ φασὶ τοὺς σπερμολογοῦντας τι. Soph. Electr. v. 984. τοιαῦτά τοι νὼ πᾶς τις ἐξερεῖ βροτῶν. Aristoph. Acharn. v. 593. ταυτὶ λέγεις σὺ τὸν στρατηγόν; Haec et alia similia iam ad firmandam scripturam Apolog. Socr. p. 23. A. adhibuimus.

ἀλλ' ἃ δὴ νῦν —] Vulgo erat ἀλλ' εἶα δή. Sed istud Eia vero age fortius est quam ut huic loco conveniat. Recte igitur codd. mss. fere omnes ἃ, h. e. sine in te rei periculum faciamus. Iubetur enim ipse Theaetetus de τῷ μὴ ὄντι disputare sic, ut neque οὐσίας neque numeri rationes ad illud adhibeat. Quod proteruus appareret fieri nullo modo posse.

ΘΕΑΙ. Καὶ μάλα δὴ φαίνεται.

ΞΕ. Τοιγαροῦν εἴ τινα φήσομεν αὐτὸν ἔχειν
D *φανταστικὴν τέχνην, ῥᾳδίως ἐκ ταύτης τῆς χρείας τῶν λόγων ἀντιλαμβανόμενος ἡμῶν εἰς τοὐναντίον ἀποστρέψει τοὺς λόγους, ὅταν εἰδωλοποιὸν αὐτὸν καλῶμεν, ἀνερωτῶν τί ποτε τὸ παράπαν εἴδωλον λέγομεν. σκοπεῖν οὖν χρή, ὦ Θεαίτητε, τί τις τῷ νεανίᾳ πρὸς τὸ ἐρωτώμενον ἀποκρινεῖται.*

ΘΕΑΙ. Δῆλον, ὅτι φήσομεν τά τε ἐν τοῖς ὕδασι καὶ κατόπτροις εἴδωλα, ἔτι καὶ τὰ γεγραμμένα καὶ τὰ τετυπωμένα καὶ τἆλλα, ὅσα που τοιαῦτ' ἔστ', ἕτερα.

C. *Καὶ μάλα δὴ φαίνεται*] V. *καὶ μάλα γε*, adversantibus libris mss. fere omnibus.

D. *τῆς χρείας τῶν λόγων*] Bodl. Vat. Ven. *Π. τὸν λόγον.* pessime. Iidem deinde *ἀποτρέψει.*

τί ποτε τὸ παράπαν] *ποτε* e Bodl. Vat. Ven. *Π.* additum vett. editt. ignorant. Mox *χρὴ* vulgo post *Θεαίτητε* interponitur, quod e Flor. i. mutavi.

C. *Τοιγαροῦν εἴ τινα φήσομεν* —] Aliam viam ingreditur ad indagandam Sophistae naturam. Sophistam enim supra dixerant esse fictorem inanium simulacrorum, qui philosophi speciem mentiretur. Quaeritur igitur, quidnam sit species et imago rerum. Ea vero iudicatur esse, quae ad veritatis imitationem comparata sit. Ex quo colligitur proprie quidem tantummodo id, quod extet, vere esse; illud autem, quod ad eius similitudinem factum sit, tanquam veritatis imaginem essentiam habere, ut et esse et non esse iudicari debeat. Nam quatenus non est illud ipsum, cuius refert similitudinem ac speciem, non esse dicendum est; quatenus autem est illius species et imago, revera est; est enim imago vel simulacrum. Hinc vero concluditur, ei non proprium esse absolutum illud Non-ens, sed essentiam pariter atque essentiae absentiam tribui oportere. Iam quum Sophista tanquam simulacrorum fictor eo fallat, quod efficit ut ficta pro veris habeamus, aut quae vere sunt ea non esse existimemus; quaeritur, id num fieri sic possit? Et ex superioribus quidem colligitur, fieri illud non posse. Nam si concedatur, *τὸ μὴ ὄν* nec nominari, nec mente concipi aut intelligi posse, nec illud quidem concedendum esse, ut *τὸ μὴ ὂν* cum *τῷ μὴ ὄντι* tanquam communi aliquo vinculo connectatur. His igitur difficultatibus impeditus Eleates tandem faciendum putat, ut Parmenidis de Ente sententiam sub examen vocet, si forte ita doceri queat, non tantum *τὸ ὄν* esse, sed etiam *τῷ μὴ ὄντι* essentiam tribui opor-

Cap. XXVIII. *ΞΕ. Φανερός, ὦ Θεαίτητε, εἶ* E
σοφιστὴν οὐχ ἑώρακώς.

ΘΕΑΙ. Τί δή;

ΞΕ. Δόξει σοι μύειν ἢ παντάπασιν οὐκ ἔχειν ὄμματα.

ΘΕΑΙ. Πῶς;

ΞΕ. Τὴν ἀπόκρισιν ὅταν οὕτως αὐτῷ διδῷς, [ἐὰν] ἐν κατόπτροις ἢ πλάσμασι λέγῃς τι, καταγελάσεταί σου τῶν λόγων, ὅταν ὡς βλέποντι λέγῃς αὐτῷ, προσποιούμενος οὔτε κάτοπτρα οὔτε ὕδατα γιγνώσκειν 240
οὔτε τὸ παράπαν ὄψιν, τὸ δ' ἐκ τῶν λόγων ἐρωτήσει σε μόνον.

τοιαῦτ' ἔσθ' ἕτερα] Sic Bodl. Vat. Ven. *Π.* Editt. omnes τοιαῦτα ἐστὶν ἕτερα.

E. ὅταν ὡς βλέποντι λέγῃς] V. ὡς βλέπων τι, quod e Bodl. Vat. Ven. *Π. Ξ.* Par. B E F. Flor. b. i. emendatum. Heusdius coni. ὡς βλέπων βλέποντι.

P. 240. οὔτε τὸ παράπαν ὄψιν] τὸ, quod Heindorf. addendum coniecit, exhibuerunt Bodl. Vat. Ven. *Π.* Coisl. Par. H. Flor. b. i.

tere (usque ad p. 241. D.).

D. ἐκ ταύτης τῆς χρείας τῶν λόγων —] ex hac usurpatione τῶν λόγων (quod eum videlicet dicimus tenere φανταστικὴν τέχνην) nos aggredi-ens disputationes vertet in contrarium, itaut, quando eum vocamus simulacrorum fictorem, ex nobis sciscitetur: quid omnino simulacrum dicamus? Declaravimus loci sententiam, quo facilius appareat, quanti nestimandi sit scripturae diversitas supra ex optimis quibusdam libris enotata.

τί τις τῷ νεανίᾳ — ἀποκρινεῖται] H. e. homini petulanti, de quo usu vocabuli praeter Heindorfium ad h. l. v. Markland. ad Eur. Suppl. v. 580.

E. Τὴν ἀπόκρισιν ὅταν οὕτως αὐτῷ διδῷς —] Facete et urbane admonet adolescentem, non singularum rerum exemplis simulacri notionem declarandam esse, sed universi generis definitionem requiri. Quamobrem sophistam ait, utpote callidum veteratorem, hac usurum esse excusatione, ut sese oculorum aciem obtusam habere simulet, ideoque τὸ διὰ πάντων τούτων, h. e. universum genus, quo singula omnia comprehendantur, afferendum esse arbitretur. Illud ἐάν, uncis inclusum, merito in vitii suspicionem vocavit Heindorfius. Neque enim ἐάν, sed ὅταν dicendum fuit, quod tamen iterari in hac epexegesi non opus fuit. Eurip. Heraclid. v. 179. μὴ πάθῃς σὺ τοῦτο, τοὺς ἀμείνονας παρὸν φίλους ἐλέσθαι, τοὺς κακίονας λάβῃς. conf. Gorg. p. 450. A. B. 465. D. 479. C. et quae attuli ad Apol. Socr. c. 7. Sed no-

ΘΕΑΙ. Ποῖον;

ΞΕ. Τὸ διὰ πάντων τούτων, ἃ πολλὰ εἰπὼν ἠξίωσας ἑνὶ προσειπεῖν ὀνόματι, φθεγξάμενος εἴδωλον ἐπὶ πᾶσιν ὡς ἓν ὄν. λέγε οὖν καὶ ἀμύνου μηδὲν ὑποχωρῶν τὸν ἄνδρα.

ΘΕΑΙ. Τί δῆτα, ὦ ξένε, εἴδωλον ἂν φαῖμεν εἶναι πλήν γε τὸ πρὸς ταληθινὸν ἀφωμοιωμένον ἕτερον τοιοῦτον;

B ΞΕ. Ἕτερον δὲ λέγεις τοιοῦτον ἀληθινόν, ἢ ἐπὶ τίνι τὸ τοιοῦτον εἶπες;

ΘΕΑΙ. Οὐδαμῶς ἀληθινόν γε, ἀλλ' ἐοικὸς μέν.

ΞΕ. Ἆρα τὸ ἀληθινὸν ὄντως ὂν λέγων;

ΘΕΑΙ. Οὕτως.

Β. ἀλλ' ἐοικὸς μέν.] V. μήν, ut est in Vat. Ceteri libri μέν. v. ad Criton. p. 43. D. Euthydem. p. 297. E. ubi de μέν post ἀλλά praecedente in altero membro negatione explicavimus.

Οὐκ ὂν ἄρα λέγεις —] οὐκ ὄντων οὐκ ὂν ἄρα Bodl. Ven. Π. Vat., quod ortum ex διττογραφίᾳ.

Οὐκοῦν ἀληθῶς γε φῄς] Sic Coisl. Ven. ΑΞ. Par. BC.

---

tissima haec est Platonis lectoribus universi enuntiati appositio, quam nos quidem appellare solemus. Deinde τὸ ἐκ τῶν λόγων est notio rei abstracta et generalis, quae eadem in proximis vocatur τὸ διὰ πάντων τούτων, ut Men. p. 74. A. Lachet. p. 192. B. quos locos comparavit Heindorf.

P. 240. μηδὲν ὑποχωρῶν τὸν ἄνδρα] defende te nihil ei concedens. Μηδέν, non οὐδέν dixit, quia participium sic cum imperativo iunctum est, ut et ipsi vetandi vis et potestas impertiatur. Nam pergi poterat, μηδὲ ὑποχώρει τὸν ἄνδρα. Constructionem verbi ὑποχωρεῖν cum accusativo tetigit Winckelmann. ad Euthydem. p. 133. Lobeck. ad Aiac. v. 82. Sic Phileb. p. 43. A. ὑπεκστῆναι τὸν λόγον ἐπιφερόμενον βούλομαι.

εἴδωλον ἂν φαῖμεν — τοιοῦτον;] Quid tandem simulacrum esse dicemus, nisi id, quod ad verum similitudine sit expressum, ita ut itidem tale sit? De ἕτερον τοιοῦτον v. ad Remp. X. p. 601. A. et Symp. p. 201. E. Hinc vero argumentatio sic procedit: Istud, quod ἕτερον τοιοῦτον appellas, non est illud ipsum ἀληθινόν, sed ἐοικός τι. Ergo illud ab hoc diversum est ideoque ἐναντίον ἀληθοῦς. Itaque τὸ ἐοικὸς est οὐκ ὄν, siquidem non est τὸ ἀληθινόν. Nihilominus τὸ ἐοικὸς revera est: nam est certe εἰκὼν ὄντως. Ex quo consequitur, ut licet non sit vere, tamen vere esse existimandum sit. Enimvero significat Eleates, negationem non tantum absolutam sed etiam relativam esse posse, qualem negationem Aristoteles appellavit nomine στερήσεως. Cernitur autem re-

ΞΕ. Τί δέ; τὸ μὴ ἀληθινὸν ἆρ' ἐναντίον ἀληθοῦς;

ΘΕΑΙ. Τί μήν;

ΞΕ. Οὐκ ὂν ἄρα λέγεις τὸ ἐοικός, εἴπερ αὐτό γε μὴ ἀληθινὸν ἐρεῖς. ἀλλ' ἔστι γε μήν.

ΘΕΑΙ. Πῶς;

ΞΕ. Οὐκοῦν ἀληθῶς γε φῄς;

ΘΕΑΙ. Οὐ γὰρ οὖν· πλήν γ' εἰκὼν ὄντως.

ΞΕ. Οὐκ ὂν ἄρα οὐκ ὄντως ἐστὶν ὄντως ἦν λέγομεν εἰκόνα;

ΘΕΑΙ. Κινδυνεύει τοιαύτην τινὰ πεπλέχθαι συμπλοκὴν τὸ μὴ ὂν τῷ ὄντι καὶ μάλα ἄτοπον. C

ΞΕ. Πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον; ὁρᾷς γοῦν, ὅτι καὶ νῦν διὰ τῆς ἐπαλλάξεως ταύτης ὁ πολυκέφαλος σο-

EFH. Flor. a. b. c. Zitt. Editt. vulgo *Οὐκ ὂν ἀληθῶς γε φῄς*; Bodl. *οὐκὸν ἀληθῶς γ' ἔφην*. Etiam Vat. Ven. *Π. γ' ἔφην*. Ald. Bas. 1. 2. Flor. *οὔκουν ἀληθῶς γε, φῄς*.

Οὐκ ὂν ἄρα οὐκ ὄντως] Coisl. Vind. Ven. *A*. Parisini, pro *οὐκ ὂν* hab. *οὐκοῦν*. Dein pro vulg. *ἐστὶν ὄντος ἦν λέγομεν* recte plurimi optimique libri *ἐστὶν ὄντως ἦν λ*.

lativa negatio in eo, ut quid dicamus non esse tale, quale aliud quid sit. Quod sicubi facimus, privamus sane aliquam rem hoc vel illo attributo, sed ita tamen, ut eidem tribuamus essentiam. Itaque inest negatio in attributorum quorundam privatione; manet tamen essentia. Nam ex eo, quod quid ab alio quodam diversum est, neutiquam consequitur, ut illud omnino non esse iudicandum sit. Hinc satis apparebit, quaenam sit totius loci sententia. Sed res ipsa infra etiam dilucidius explicabitur.

B. *Οὐκοῦν ἀληθῶς γε φῄς*;] Sic rescribendum fuit ex codd. pro vulg. *Οὐκ ὂν ἀληθῶς γε φῄς*. Hoc enim dicit Eleates: Nonne igitur illud revera esse dicis? Ad quae Theaetetus: Neutiquam; veruntamen simulacrum revera est. Ad *Οὐκοῦν ἀληθῶς γε φῄς*; int. *τὸ ἐοικὸς εἶναι*; Ad *πλὴν γ' εἰκὼν ὄντως* autem suppl. *ἔστιν*. Locus multum vexatus nunc demum sanitati suae redditus. Varietatem scripturae consignavimus supra.

Οὐκ ὂν ἆρ' οὐκ ὄντως ἐστὶν ὄντως] Quum igitur revera non sit (h. e. non sit *τὸ ἀληθινόν*), tamen revera est illud quod dicimus, simulacrum. Nam tanquam *εἰκὼν* vere est. Sed diversum est a *τῷ ἀληθινῷ*.

C. *διὰ τῆς ἐπαλλάξεως*] „Hac alternatione et vicissitudine, dum, quod alio sensu tanquam *ἐναντίον ἀληθοῦς οὐκ ὄντως ὄν* dicebatur, idem vicissim, quoniam est *εἰκὼν ὄντως, ὄντως ὄν* dicitur." *Heindorf*. Mox *δόξα* et *δοξάζειν* latiore sensu dicitur, quam ubi opponitur *τῇ ἐπιστήμῃ*.

φιστὴς ἠνάγκακεν ἡμᾶς τὸ μὴ ὂν οὐχ ἑκόντας ὁμολογεῖν εἶναί πως.

ΘΕΑΙ. Ὁρῶ καὶ μάλα.

ΞΕ. Τί δὲ δή; τὴν τέχνην αὐτοῦ τίνα ἀφορίσαντες ἡμῖν αὐτοῖς συμφωνεῖν οἷοί τε ἐσόμεθα;

ΘΕΑΙ. Πῇ καὶ τὸ ποιόν τι φοβούμενος οὕτω λέγεις;

D ΞΕ. Ὅταν περὶ τὸ φάνταομα αὐτὸν ἀπατᾶν φῶμεν καὶ τὴν τέχνην εἶναί τινα ἀπατητικὴν αὐτοῦ, τότε πότερον ψευδῆ δοξάζειν τὴν ψυχὴν ἡμῶν φήσομεν ὑπὸ τῆς ἐκείνου τέχνης, ἢ τί ποτ' ἐροῦμεν;

ΘΕΑΙ. Τοῦτο· τί γὰρ ἂν ἄλλο εἴπαιμεν;

ΞΕ. Ψευδὴς δ' αὖ δόξα ἔσται τἀναντία τοῖς οὖσι δοξάζουσα, ἢ πῶς;

ΘΕΑΙ. Τἀναντία.

ΞΕ. Λέγεις ἄρα τὰ μὴ ὄντα δοξάζειν τὴν ψευδῆ δόξαν;

ΘΕΑΙ. Ἀνάγκη.

E ΞΕ. Πότερον μὴ εἶναι τὰ μὴ ὄντα δοξάζουσαν, ἢ πως εἶναι τὰ μηδαμῶς ὄντα;

ΘΕΑΙ. Εἶναί πως τὰ μὴ ὄντα δεῖ γε, εἴπερ ψεύσεταί ποτέ τίς τι καὶ κατὰ βραχύ.

ΞΕ. Τί δ'; οὐ καὶ μηδαμῶς εἶναι τὰ πάντως ὄντα δοξάζεται;

ΘΕΑΙ. Ναί.

C. ἠνάγκακεν ἡμᾶς] Sic Vat. Ven. ΑΠ. Vind. Par. BCEH. Flor. a. b. c. i. Zitt. Vett. editt. ἠνάγκασεν.

D. τί γὰρ ἂν ἄλλο εἴπαιμεν] Sic Bodl. Vat. Ven. ΑΣ. Vind. Par. B. Flor. b. i. Zittav. Vett. editt. εἴποιμεν.

E. ψευδὴς οὕτω κατὰ ταὐτὰ ν.] V. κατὰ ταὐτὰ ταῦτα. Pronomen ταῦτα om. Coisl. Ven. ΑΣ. Vind. Par. BCEFH. Zitt. Flor. a. b. c. recte. Tenuit tamen Bekkerus.

P. 241. Πῶς γὰρ ἂν ἄλλως τ. γ.] Libri plurimi cum Bodl. Vat. Π. ἄλλος male.

P. 241. ἢ τίς μηχανὴ συγχωρεῖν] Sic τίς μηχανή dicitur Parmen. p. 138. Phaed. p. 72. D. al. — τὰ πρὸ τούτων ὁμολογηθέντα, i. e. τὰ μὴ ὄντα. Reposuimus autem προσδιωμολογημένα, quo restituto omnis sublata est verborum difficultas.

μανθάνομεν — ἃ λέγει;]

ΞΕ. Καὶ τοῦτο δὴ ψεῦδος;

ΘΕΑΙ. Καὶ τοῦτο.

ΞΕ. Καὶ λόγος, οἶμαι, ψευδὴς οὕτω κατὰ ταὐτὰ νομισθήσεται τά τε ὄντα λέγων μὴ εἶναι καὶ τὰ 241
μὴ ὄντα εἶναι.

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ ἂν ἄλλως τοιοῦτος γένοιτο;

ΞΕ. Σχεδὸν οὐδαμῶς· ἀλλὰ ταῦτα ὁ σοφιστὴς οὐ φήσει. ἢ τίς μηχανὴ συγχωρεῖν τινὰ τῶν εὖ φρονούντων, ὅταν ἄφθεγκτα καὶ ἄῤῥητα καὶ ἄλογα καὶ ἀδιανόητα προσδιωμολογημένα ᾖ τὰ πρὸ τούτων ὁμολογηθέντα; μανθάνομεν, ὦ Θεαίτητε, ἃ λέγει;

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὐ μανθάνομεν, ὅτι τἀναντία φήσει λέγειν ἡμᾶς τοῖς νῦν δή, ψευδῆ τολμήσαντας εἰπεῖν ὡς ἔστιν ἐν δόξαις τε καὶ κατὰ λόγους; τῷ γὰρ μὴ ὄντι τὸ ὂν προσάπτειν ἡμᾶς πολλάκις ἀναγ- Β
κάζεσθαι, διομολογησαμένους νῦν δή που τοῦτο εἶναι πάντων ἀδυνατώτατον.

Cap. XXIX. ΞΕ. Ὀρθῶς ἀπεμνημόνευσας. ἀλλ' ὥρα δὴ βουλεύεσθαι, τί χρὴ δρᾶν τοῦ σοφιστοῦ πέρι· τὰς γὰρ ἀντιλήψεις καὶ ἀπορίας, ἐὰν αὐτὸν διερευνῶμεν ἐν τῇ τῶν ψευδουργῶν καὶ γοήτων τέχνῃ τιθέντες, ὁρᾷς ὡς εὔποροι καὶ πολλαί.

ΘΕΑΙ. Καὶ μάλα.

ΞΕ. Μικρὸν μέρος τοίνυν αὐτῶν διειλήλυθαμεν, οὐσῶν ὡς ἔπος εἰπεῖν ἀπεράντων. C

προσδιωμολογημένα ᾖ] Sic Bodl. Vat. Ven. ΠΞΣ. Editt. omnes προδιωμολογημένα ᾖ.

ἃ λέγει] V. editt. omnes ὃ λέγεις. Recte Bodl. Vat. Ven. Π. Coisl. Flor. i. ἃ. Praeterea λέγει Bodl. Par. F.

Β. τοῦτο εἶναι πάντων] Sic optimi. Vulgo εἶναι τοῦτο.

ὥρα δὴ βουλεύεσθαι] Plurimi cum Bodl. Vat. Ven. Π. Flor. i. pro vulg. βουλεύσασθαι.

Editt. λέγεις Heindorf. coni. λέγομεν. Bodl. λέγει. Id unice verum. Quaeritur enim de Sophistae sententia. Unde deinceps Theaetetus ὅτι φήσει.

Β. ὁρᾷς — ὡς εὔποροι] H. e. faciles ad inveniendum. Quam elegantiam in ἀπορίαι εὔποροι non sentiens Heusdius ἄποροι corrigebat.

ΘΕΑΙ. Ἀδύνατον γὰρ ἄν, ὡς ἔοικεν, εἴη τὸν σοφιστὴν ἑλεῖν, εἰ ταῦτα οὕτως ἔχει.

ΞΕ. Τί οὖν; ἀποστησόμεθα νῦν μαλθακισθέντες;

ΘΕΑΙ. Οὔκουν ἔγωγέ φημι δεῖν, εἰ καὶ κατὰ σμικρὸν οἷοί τ' ἐπιλαβέσθαι πῃ τἀνδρὸς ἐσμεν.

ΞΕ. Ἔξεις οὖν συγγνώμην καί, καθάπερ νῦν εἶπες, ἀγαπήσεις, ἐάν πῃ καὶ κατὰ βραχὺ παρασπασώμεθα οὕτως ἰσχυροῦ λόγου;

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὐχ ἕξω;

D ΞΕ. Τόδε τοίνυν ἔτι μᾶλλον παραιτοῦμαί σε.

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Μή με οἷον πατραλοίαν ὑπολάβῃς γίγνεσθαί τινα.

ΘΕΑΙ. Τί δή;

ΞΕ. Τὸν τοῦ πατρὸς Παρμενίδου λόγον ἀναγκαῖον ἡμῖν ἀμυνομένοις ἔσται βασανίζειν, καὶ βιάζεσθαι τό τε μὴ ὂν ὡς ἔστι κατά τι καὶ τὸ ὂν αὖ πάλιν ὡς οὐκ ἔστι πῃ.

ΘΕΑΙ. Φαίνεται τὸ τοιοῦτον διαμαχητέον ἐν τοῖς λόγοις.

C. *Ἀδύνατον γὰρ ἄν, ὡς ἔοικεν*] *ἄν* vulgo omissum suppeditarunt Par. B C. Flor. a. c. In Coisl. Ven. *Δ.* est *ἂν οὖν*. Flor. b. Par. H. *οὖν ἄν*. In Ven. *Ξ.* om. *εἴη*.

ἀποστησόμεθα νῦν μαλθακισθέντες] Sic codd. omnes praeter Ven. *Ξ.* et Flor. i. qui cum vett. editt. habent *ἀποστησόμεθα οὖν οὕτως μαλακισθέντες*.

C. *εἰ καὶ κατὰ σμικρὸν οἷοί τ' —*] si vel tantillum possimus virum apprehendere. Sic statim rursus *καὶ κατὰ βραχύ*, si vel paullulum de oratione adeo valida ad nos trahamus, ubi *παρασπάσασθαι* cum genitivo eodem modo iunctum, de quo v. ad p. 232. B. De *μαλθακίζεσθαι* v. Timaei Gloss. in voc. *ἐμαλακίσθαι*, et ibi Ruhnken.

D. *Μή με οἷον πατραλοίαν —*] Nam quum sit Eleates, tamen Parmenidis de eo quod est sententiam censet accurate examinandam videndumque, qua ratione *τὸ ὂν* et *τὸ μὴ ὄν* possint inter ipsa conciliari. Verbum *βιάζεσθαι* sicuti alibi *ἀναγκάζειν* est evincere, vi argumentorum docere ac demonstrare; v. ad Symp. p. 223. D. Positum autem hic est per elegantissimam dilogiam.

φαίνεται — καὶ τῷ τυφλῷ] Utitur hoc proverbio Plato etiam De Rep. V. p. 465. D. VIII. p. 550. D. v. intpp. ad

ΞΕ. Πῶς γὰρ οὐ φαίνεται καί, τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο, τυφλῷ; τούτων γὰρ μήτε ἐλεγχθέντων μήτε ὁμολογηθέντων σχολῇ ποτέ τις οἷός τε ἔσται περὶ λόγων ψευδῶν λέγων ἢ δόξης, εἴτε εἰδώλων εἴτε εἰκόνων εἴτε μιμημάτων εἴτε φαντασμάτων αὐτῶν, ἢ καὶ περὶ τεχνῶν τῶν ὅσαι περὶ ταῦτά εἰσι, μὴ καταγέλαστος εἶναι τὰ ἐναντία ἀναγκαζόμενος αὐτῷ λέγειν. E

ΘΕΑΙ. Ἀληθέστατα.

ΞΕ. Διὰ ταῦτα μέντοι τολμητέον ἐπιτίθεσθαι τῷ πατρικῷ λόγῳ νῦν, ἢ τὸ παράπαν ἐατέον, εἰ τοῦτό τις εἴργει δρᾶν ὄκνος. 242

ΘΕΑΙ. Ἀλλ' ἡμᾶς τοῦτό γε μηδὲν μηδαμῇ εἴρξῃ.

ΞΕ. Τρίτον τοίνυν ἔτι σε σμικρόν τι παραιτήσομαι.

ΘΕΑΙ. Λέγε μόνον.

ΞΕ. Εἶπον νῦν δήπου λέγων, ὡς πρὸς τὸν περὶ ταῦτ' ἔλεγχον ἀεί τε ἀπειρηκὼς ἐγὼ τυγχάνω καὶ δὴ καὶ τὰ νῦν.

ΘΕΑΙ. Εἶπες.

D. τὸ τοιοῦτον διαμαχητέον] διαμαχητέον om. Bodl. Vat. et pr. Ven. Π. Mox pro ἐλεγχθέντων Bodl. Vat. Ven. Π. Par. B. Flor. i. λεχθέντων. vitiose. Zitt. ἐλεγχέντων.

P. 242. τῷ πατρικῷ λόγῳ νῦν] νῦν, vulgo neglectum, tuentur Bodl. Vat. Ven. Π. Flor. i.

Εἶπον νῦν δήπου λέγων] Sic Bodl. Vat. Ven. Π. Editt. omnes Εἶπόν που νῦν δὴ λ.

Aristoph. Plut. v. 48. Notum illud vel Latinorum usu est.

E. εἴτε φαντασμάτων αὐτῶν] Hoc αὐτῶν aut ideo additur, quia Sophistae ars supra dicta est φανταστικὴ εἶναι, aut propterea quod opponuntur statim artes, quae in iis versantur. Articulum τῶν ante ὅσαι abunde illustrabunt quae exposuit Matthiae Gr. §. 287. 1. conf. ad Phaedon. p. 75. B.

P. 242. Ἀλλ' ἡμᾶς — εἴρξῃ] De duplici accusativo v. Matthiae Gr. §. 421. 1. et Heindorf. ad h. l.

Εἶπον νῦν δήπου λέγων—] Sic verba dicendi diversae originis saepenumero iunguntur. Notissimum est Homericum illud φωνήσας προσηύδα; notum item Herodoteum ἔλεγε φάς, et ἔφη λέγων. Neque apud alios infrequens est λέγων verbis dicendi sic additum. Sophocl. Aiac. v. 756. ἐλᾶ γὰρ αὐτὸν δίας Ἀθάνας μῆνις, ὡς ἔφη λέγων. ad quem locum v. intpp. Exempla collegerunt Heindorf. ad h. l. Fischer. ad Weller. IV. 46. Wesseling.

ΞΕ. Φροβοῦμαι δὴ τὰ εἰρημένα, μή ποτε διὰ ταῦτά σοι μανικὸς εἶναι δόξω παρὰ πόδα μεταβαλὼν ἐμαυτὸν ἄνω καὶ κάτω. σὴν γὰρ δὴ χάριν ἐλέγχειν τὸν λόγον ἐπιθησόμεθα, ἐάν περ ἐλέγχωμεν.

ΘΕΑΙ. Ὡς τοίνυν ἔμοιγε μηδαμῇ δόξων μηδὲν πλημμελεῖν, ἂν ἐπὶ τὸν ἔλεγχον τοῦτον καὶ τὴν ἀπόδειξιν ἴῃς, θαῤῥῶν ἴθι τούτου γε ἕνεκα.

Cap. XXX. ΞΕ. Φέρε δή, τίνα ἀρχὴν τις ἂν ἄρξαιτο παρακινδυνευτικοῦ λόγου; δοκῶ μὲν γὰρ τήνδ', ὦ παῖ, τὴν ὁδὸν ἀναγκαιοτάτην ἡμῖν εἶναι τρέπεσθαι.

ΘΕΑΙ. Ποίαν δή;

ΞΕ. Τὰ δοκοῦντα νῦν ἐναργῶς ἔχειν ἐπισκέψα-

C. τεταραγμένοι μὲν ὦμεν] Sic Ven. Ξ. et corr. Coisl. cum edit. Bas. 2. Vulgo erat μένωμεν.

ὅστις πώποτε ἐπὶ κρίσιν] Pro ἐπί, quod codd. omnes uno Coisl. excepto tuentur, vett. editt. habent περί. Etiam Euseb. Praep. Evang. XIV. 4. p. 724 sqq. scribit ἐπί, ita ut post ὅστις

ad Herodot. I. 122. Abresch. ad Aeschyl. I. 168. Bornemann. ad Symp. p. 150. Respicitur ad verba p. 239. B.

μανικὸς εἶναι δόξω παρὰ πόδα μ.] Politic. p. 302. B. ὄξύτερα μὲν αὐτὰ γιγνόμενα τοῦ καιροῦ καὶ θάττω καὶ σκληρότερα φαινόμενα ὑβριστικὰ καὶ μανικὰ λέγοντες, τὰ δὲ βραδύτερα καὶ μαλακώτερα δειλὰ καὶ βλακικά. Dicit igitur sese μανικόν habitum iri, quippe quum sibi parum constet. Nam μεταβάλλειν ἑαυτὸν ἄνω καὶ κάτω dicitur etiam qui sibi non constat et prae dubitatione vel consilii inopia se huc et illuc versat; v. ad Gorg. p. 481. E. Phaedon. p. 96. A. — παρὰ πόδα Hesychio interprete est εὐθέως.

B. σὴν γὰρ δὴ χάριν ἐλέγχειν] Suidas: Ἐμὴν χάριν· δυνατόσεται ἀντὶ τοῦ ἐμοῦ ἕνεκεν παρὰ Πλάτωνι. Sed σὴν χάριν et ἐμὴν χάριν non uni Platoni proprium esse, verum ab omnibus scriptoribus frequentari, abunde docebunt quae collegit Koenius ad Gregor. Corinth. p. 32. ed. Schaefer.

ἀναγκαιοτάτην ἡμῖν εἶναι —] H. e. ἀναγκαιότατον ἡμᾶς τρέπεσθαι τήνδε τὴν ὁδόν. Nimirum multo latius patet huius attractionis usus, quam vulgo arbitrantur. v. Matthiae Gr. §. 297.

C. Εὐκόλως μοι δοκεῖ Παρμενίδης —] Hoc εὐκόλως, gutmüthig, behaglich, nunc leniter negligentiae crimen significat, quod Parmenides aliique in definiendis iis, quae esse iudicaverint, in se admiserint. Nempe τῶν ὄντων natura propterea ab iis multipliciter definita est, quod alius alias huic vocabulo subiecit significationes. Nam τὰ ὄντα vel rerum principia intellexerunt adspectabilia, vel voluerunt esse id, quod sensibus ereptum sola mente et animo cerneretur. Sed utroque in genere rursus multum inter sese

σθαι πρῶτον, μή πῃ τεταραγμένοι μὲν ὦμεν περὶ C
ταῦτα, ῥᾳδίως δ' ἀλλήλοις ὁμολογῶμεν ὡς εὐκρινῶς
ἔχοντες.

ΘΕΑΙ. Λέγε σαφέστερον ὅ λέγεις.

ΞΕ. Εὐκόλως μοι δοκεῖ Παρμενίδης ἡμῖν διειλέχθαι καὶ πᾶς ὅστις πώποτε ἐπὶ κρίσιν ὥρμησε τοῦ τὰ ὄντα διορίσασθαι πόσα τε καὶ ποιά ἐστι.

ΘΕΑΙ. Πῇ;

ΞΕ. Μῦθόν τινα ἕκαστος φαίνεταί μοι διηγεῖσθαι παισὶν ὡς οὖσιν ἡμῖν, ὁ μὲν ὡς τρία τὰ ὄντα, πολεμεῖ δὲ ἀλλήλοις ἐνίοτε αὐτῶν ἄττα πῃ, τοτὲ δὲ καὶ φίλα γιγνόμενα γάμους τε καὶ τόκους καὶ D

interponat ἡμῖν. Sed pronomine codices Platonis carent.

τοτὲ δὲ καὶ φίλα] V. ποτέ, invitis codd., qui maximam partem τοτὲ scriptum exhibent. καὶ additum nuper e Bodl. Vat. Ven. II. Flor. i. Euseb. l. c. et Theodoret. Gr. Affect. Cur. II. p. 731. ed. Schulz.

dissenserunt, quippe eius, quod vere esset, vi et natura non satis diligenter explorata.

παισὶν ὡς οὖσιν ἡμῖν] H. e. ὡς παοὶν οὖσιν ἡμῖν. Usus hic paene legitimus. Homer. Iliad. VI. v. 295. ἀστὴρ δ' ὡς ἀπέλαμπε. Aeschyl. Theb. v. 53. λεόντων ὡς Ἄρην δεδορκότων. h. e. ὡς λεόντων Ἄρην δεδορκότων. Ibid. v. 388. μάχης δ' ἐρῶν, ἵππος χιλιῶν ὡς κατασθμαίνων, μένει, ὅστις βοὴν σάλπιγγος ὁρμαίνει κλύων. Ibid. v. 494. βακχᾷ πρὸς ἀλκήν, Θυιὰς ὡς φόβον βλέπων, ubi φόβον βλέπων ad Hippomedontem referas. Ib. v. 130. πᾶς γὰρ ἱππηλάτας καὶ πεδοστιβὴς λεὼς σμήνος ὡς ἐκλέλοιπεν μελισσῶν. Sophocl. Philoct. v. 703. παῖς ἄτερ ὡς φίλας τιθήνας, h. e. ὡς παῖς ἄτερ φίλας τιθήνας. Eurip. Bacch. v. 167. πῶλος ὅπως ἅμα ματέρι φορβάδι. Aristoph. Nubb. v. 258. οἶμοι Σωκράτην ὥςπερ με τὸν Ἀθάμανθ' ὅπως μὴ θύσετε, h. e. με ὥςπερ τὸν Ἀθ. Pindar. Olym. I. 2. ὁ δὲ χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ ἄτε διαπρέπει νυκτὶ μεγάνορος ἐξοχα πλούτου. Sed addamus Platonica. Legg. IX. p. 878. A. τοῖς ἄνω τοῦ γένους νεὸν ὡς ἐκείνων, εἰςποιοῦντας. praeter quem locum Heindorfius apte comparavit haec: Legg. I. p. 645. B. περὶ θαυμάτων ὡς ὄντων ἡμῶν, h. e. περὶ ἡμῶν ὡς ὄντων θαυμάτων. Politic. p. 260. C. ἢ μᾶλλον τῆς ἐπιτακτικῆς ὡς ὄντα αὐτὸν τέχνης θήσομεν. Phileb. p. 18. D. μίαν ἐπ' αὐτοῖς ὡς οὖσαν γραμματικὴν τέχνην ἐπεφθέγξατο προσειπών. Et sic etiam infra p. 254. E. οὐ περὶ τριῶν ὡς ὄντων αὐτῶν σκεπτέον.

ὡς τρία τὰ ὄντα] Intelliguntur Ionicorum quorundam placita, qui unam materiae vim statuebant, cui adiungebant duas vires oppositas, quae iungendi ac discernendi potentiam haberent. v. Tennemanni Histor. Philos. p. 69 sq. ed. 1. Unde dicitur ἄττα πῃ αὐτῶν ἐνίοτε

τροφὰς τῶν ἐκγόνων παρέχεται· δύο δὲ ἕτερος εἰπών, ὑγρὸν καὶ ξηρὸν ἢ θερμὸν καὶ ψυχρόν, συνοικίζει τε αὐτὰ καὶ ἐκδίδωσι. τὸ δὲ παρ' ἡμῖν Ἐλεατικὸν ἔθνος, ἀπὸ Ξενοφάνους τε καὶ ἔτι πρόσθεν ἀρξάμενον, ὡς ἑνὸς ὄντος τῶν πάντων καλουμένων,

D. τὸ δὲ παρ' ἡμῖν] Hoc recepi ex Par. CH. Ven. Σ. Flor. a. b. c. Eusebio et Theodoreto. Editt. omnes ἡμῶν. Post ἔθνος Euseb. addit ἅπαν. Pro πάντων Theodoret. ἁπάντων. Idem dein om. οὕτως et pro τοῖς μύθοις habet τοὺς μύθους, quod pro-

ἀλλήλοις πολεμεῖν, τοτὲ δὲ καὶ φίλα γιγνόμενα παρέχεσθαι γάμους τε καὶ τόκους καὶ τροφὰς τῶν ἐκγόνων, *aliqua* nunc inter se *quodammodo* pugnare, nunc amicitia iuncta nuptias et partus et prolis educationes ostendere. Ipsa verba satis indicant certam aliquam scholam significari, cuius placita admodum celebrata essent.

D. δύο δὲ ἕτερος εἰπών —] Veluti Archelaus, Anaxagorae discipulus, qui teste Laërtio II. 16. ἔλεγε δύο εἶναι αἰτίας γενέσεως, θερμὸν καὶ ψυχρόν. Fuit haec sententia plurimorum, qui de rerum natura adspectabili philosophati sunt. v. Isocrates De Antidos. p. 118. ed. Orell. — συνοικίζει τε αὐτὰ καὶ ἐκδίδωσι, iungit matrimonio et nuptui dat.

ἀπὸ Ξενοφάνους — ἀρξάμενον] H. e. inde ab Xenophane; initio a Xenophane facto; de quo loquendi genere v. ad Symp. p. 173. D. Remp. VI. p. 498. C. Alcib. I. p. 104. A. Fuit enim Xenophanes auctor ac princeps scholae Eleaticorum, qui omnia unum esse docuerunt. v. Davis. ad Cicer. Academ. II. 37. et Karsten De Xenophane p. 92 sqq. Quo magis mirum accidit, quod haec eadem sententia etiam antiquioribus attribuitur, verbis his, καὶ ἔτι πρόσθεν. At enim vero solet Plato praestantissimas quasque philosophorum sententias ad venerandae antiquitatis origines referre, quod idem facit Aristoteles Metaphys. XII. 8. Quo ipso significat, eiusmodi opiniones non derepente ortas esse, sed radices quasi suas defixas habere in aevo occulto: simul vero etiam innuit eas vel ab originis antiquitate habere commendationem gravissimam, quandoquidem antiquissima quaeque proxima ad divinitatem accedant. Phileb. p. 16. D. Θεῶν μὲν εἷς ἀνθρώπων δόσις, ὥς γε καταφαίνεται ἐμοί, ποθεν ἐκ Θεῶν ἐρρίφη διά τινος Προμηθέως ἅμα φανοτάτῳ τινὶ πυρί, καὶ οἱ μὲν παλαιοί, κρείττονες ἡμῶν καὶ ἐγγυτέρω Θεῶν οἰκοῦντες, ταύτην φήμην παρέδοσαν, ὡς ἐξ ἑνὸς μὲν καὶ πολλῶν ὄντων τῶν ἀεὶ λεγομένων εἶναι. Similiter Theaet. p. 152. C. τῶν Ἡρακλειτείων, ἢ ὥσπερ σὺ λέγεις, Ὁμηρείων καὶ ἔτι παλαιοτέρων κ. τ. λ. Pertinent huc illa Tim. p. 32. A. πειστέον τοῖς ἔμπροσθεν εἰρηκόσιν, ἐκγόνοις δὲ θεῶν οὖσιν. et Legg. XII. p. 615. B. πολλὰ καὶ τοῖς ἔμπροσθεν καλῶς εἴρηται.

ὡς ἑνὸς ὄντος — καλουμένων] Participium ὄντος praedicato accommodatum; nam proprie scribi debuerat: ὡς (τῶν) πάντων καλουμένων ὄντων ἑνός, v. Krüger. De Attractione

ουτω διεξέρχεται τοῖς μύθοις. Ἰάδες δὲ καὶ Σικελαί τινες ὕστερον Μοῦσαι ξυννενοήκασιν, ὅτι συμπλέκειν ἀσφαλέστατον ἀμφότερα καὶ λέγειν, ὡς τὸ ὂν πολλά E *τε καὶ ἕν ἐστιν, ἔχθρᾳ δὲ καὶ φιλίᾳ συνέχεται. διαφερόμενον γὰρ ἀεὶ ξυμφέρεται, φασὶν αἱ συντονώτε-*

babat Heindorfius.

καὶ Σικελαί τινες] Sic Simplic. in Arist. Phys. I. p. 11. Bodl. Vat. Ven. *Π.* pro vulg. *Σικελικαί*. Inidem dedi *ξυννενοήκασιν* pro vulg. *ξυνενόησαν*.

p. 67 sqq. et quae scripsimus ad Menon. p. 79. E.

Ἰάδες δὲ καὶ Σικελαί τινες M.] Significantur Heraclitus Ephesius et Empedocles Agrigentinus. Nam Heraclitus statuebat *παλίντονον ἁρμονίαν*, ita ut omnia existimanda essent *διαφερόμενα ἀεὶ ξυμφέρεσθαι ὥςπερ ἁρμονίαν τόξου τε καὶ λύρας*. v. Plat. Sympos. p. 187. A. Aristot. Eth. 8, 2. p. 1155, 6. ed. B. Stob. Phys. I. p. 58. Diog. Laërt. IX. 7. unde eius *Μοῦσαι* vocantur *συντονώτεραι*, sive intentiores, eleganti verborum lusu: omnia enim ille volebat oriri perpetua elementorum tanquam fidium quadam intentione. Quippe in arte musica *τὰ σύντονα* colorum, qui vocantur, genera opponuntur *τοῖς μαλακοῖς*. Unum et multa vero Heraclitus eatenus dicitur statuisse, quatenus universum quidem per se unum et consentiens esse iudicavit; sed ita tamen, ut ex eius, quod esset, et illius, quod non esset, discordia ac certamine oriretur. Paullo alia fuit sententia Empedoclis. Qui quanquam et ipse catenus statuit unum et multa esse, quia quatuor naturae elementa censuit universum principio unum effecisse, sed postea haec esse dictracta rursusque conciliata, siquidem naturae vires iis respondentes, Amicitia diversa in unum coniunxerit, Discordia unum in diversa rapuerit: tamen in eo ab Heraclito multum discessit, quod eam contentionem atque pugnam iudicavit non esse perpetuam. Censuit enim modo multa in unum coalescere, modo unum in multa discedere; verss. 89 sqq. ed. Karsten. eamque vicissitudinem nunquam cessare, mutatis perpetuo Amicitiae ac Discordiae vicibus, ita ut utriusque quasi regni vices certo temporis orbe essent circumscriptae; ibid. vv. 67 sqq. et 93 sqq. Enimvero si rem ad vivum resecuerimus, sic ille sibi persuaserat: principio unum fuisse omnia harmonia iunctum, tum intrasse Discordiam et unum in diversa distraxisse, postea rursus suo tempore venisse Amicitiam distractaque elementa in mundi formam composuisse; sic ambas illas vires quasi luctari inter se perpetuo eamque luctationem pro lege naturae haberi oportere, v. Karsten. in Opere praestantissimo De Empedocle p. 363. Quum igitur Empedocles alternis modo unum esse universum et amore iunctum, modo multa et Discordia dissociatum statuerit; facile iam intelligetur, cur *Μοῦσαι Σικελικαί* dicantur *μαλακώτεραι*, quippe quae illud *ἀεὶ τὸ πᾶν οὕτως ἔχειν* quasi relaxarunt nonnihil, hoc est mitigarunt et emolliverunt. Illustrat hunc locum Simplicius ad Phys. Aristot. I.

ραι τῶν Μουσῶν· αἱ δὲ μαλακώτεραι τὸ μὲν ἀεὶ ταὐτὸ οὕτως ἔχειν ἐχάλασαν, ἐν μέρει δὲ τοτὲ μὲν ἓν εἶναί φασι τὸ πᾶν καὶ φίλον ὑπ' Ἀφροδίτης, τοτὲ δὲ πολλὰ καὶ πολέμιον αὐτὸ αὑτῷ διὰ νεῖκός τι. ταῦτα δὲ πάντα εἰ μὲν ἀληθῶς τις ἢ μὴ τούτων εἴρηκε, χαλεπόν, καὶ πλημμελὲς οὕτω μεγάλα κλεινοῖς καὶ παλαιοῖς ἀνδράσιν ἐπιτιμᾶν· ἐκεῖνο δὲ ἀνεπίφθονον ἀποφήνασθαι.

243

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Ὅτι λίαν τῶν πολλῶν ἡμῶν ὑπεριδόντες ὠλιγώρησαν· οὐδὲν γὰρ φροντίσαντες εἴτ' ἐπακολουθοῦμεν αὐτοῖς λέγουσιν εἴτε ἀπολειπόμεθα, περαίνουσι τὸ σφέτερον αὐτῶν ἕκαστοι.

B

ΘΕΑΙ. Πῶς λέγεις;

ΞΕ. Ὅταν τις αὐτῶν φθέγξηται λέγων, ὡς ἔστιν ἢ γέγονεν ἢ γίγνεται πολλὰ ἢ ἓν ἢ δύο, καὶ θερμὸν

E. τοτὲ μὲν ἓν εἶναί φασι] Bodl. Vat. Ven. Π. ὅ εἶναι. pessime.

P. 243. τὸ σφέτερον αὐτῶν ἕκαστοι] V. αὐτοὶ ἕκαστοι, invitis codicibus.

B. ἢ ἓν ἢ δύο] Sic Bodl. Vat. Ven. ΠΣ. Coisl. Par. BC. Flor. i. cum edit. Bas. 2. Vulgo ἢ δύο ἢ ἕν.

ξυνίης ὅ τι λέγουσιν] ζυνιεῖς Bodl. Vat. Ven. ΠΑΣ. Vind. Par. BC. Zitt. cum Ald. Bas. 1. 2. Alii libri ξυνίεις habent,

fol. 6. et sqq. Petr. Petitus Misc. Obss. II. 10. Praeterea lectu digna sunt quae Sturzius in Empedocle quum alibi passim, tum maxime p. 515 sqq. exposuit.

P. 243. ταῦτα δὲ πάντα — ἐπιτιμᾶν] haec omnia autem num quis illorum recte dixerit an secus, difficile est diiudicare (χαλεπόν i. e. quod χαλεπὸν διιδεῖν); atque absonum etiam viris celebribus et prisca antiquitate venerandis in tantis rebus (οὕτω μεγάλα) opprobria obiicere velle. Dissentimus enim cum Heindorfio οὕτω μεγάλα κλεινοῖς iungendum arbitrato, quod esset ex poeta aliquo lyrico depromtum. Idem fallitur etiam in eo, quod verbum κλεινός putat ab orationis pedestris scriptoribus non usurpari: usus enim eo ipse Plato est saepius, ut Legg. IV. p. 721. C. Reip. II. p. 368. A. Eandem sententiam habes Legg. X. p. 886. C. ἃ τοῖς ἀκούουσιν εἰ μὲν εἰς ἄλλο τι καλῶς ἢ μὴ καλῶς ἔχει, οὐ ῥᾴδιον ἐπιτιμᾶν παλαιοῖς οὖσιν, quem locum Heindorfius comparavit.

B. ἄλλοθί πη διαιρέσεις — ὑποτιθείς] quum alibi secretiones ponat et con-

αὖ ψυχρῷ συγκεραννύμενον, ἄλλοθί πῃ διακρίσεις καὶ συγκρίσεις ὑποτιθεὶς, τούτων, ὦ Θεαίτητε, ἑκάστοτε σύ τι πρὸς θεῶν ξυνίης ὅ τι λέγουσιν; ἐγὼ μὲν γὰρ ὅτε μὲν ἦν νεώτερος, τοῦτό τε τὸ νῦν ἀπορούμενον ὁπότε τις εἴποι, τὸ μὴ ὄν, ἀκριβῶς ᾤμην ξυνιέναι. νῦν δὲ ὁρᾷς ἵν' ἐσμὲν αὐτοῦ πέρι τῆς ἀπορίας.

ΘΕΑΙ. *Ὁρῶ.*

ΞΕ. *Τάχα τοίνυν ἴσως οὐχ ἧττον κατὰ τὸ ὂν ταὐτὸν τοῦτο πάθος εἰληφότες ἐν τῇ ψυχῇ περὶ μὲν τοῦτο εὐπορεῖν φαμὲν καὶ μανθάνειν ὁπόταν τις αὐτὸ φθέγξηται, περὶ δὲ θάτερον οὔ, πρὸς ἀμφότερα ὁμοίως ἔχοντες.*

ΘΕΑΙ. *Ἴσως.*

ΞΕ. *Καὶ περὶ τῶν ἄλλων δὴ τῶν προειρημένων ἡμῖν ταὐτὸν τοῦτο εἰρήσθω.*

ΘΕΑΙ. *Πάνυ γε.*

pauci ξυνίης, ut Par. E. a. sec. m. et Zitt. conf. ad p. 238. E.

τὸ νῦν ἀπορούμενον] τὸ om. Bodl.

C. *οὐχ ἧττον κατὰ τὸ ὄν*] V. *οὐχ ἧττον καὶ κατὰ τὸ ὄν.* Omittunt *καὶ* codd. omnes, uno Ven. Ξ. excepto. Pro *ταὐτὸν*, quod debetur Coisl. Flor. a. b. c., vett. editt. *ταὐτό.*

ταὐτὸν τοῦτο εἰρήσθω] Sic Bodl. Vat. Ven. *ΠΑΞΣ.* Coisl. Vind. Par. BCH. Flor. a. b. c. i. Zitt. Nam hic quoque vett. editt. *ταὐτὸ τοῦτο.*

cretiones. Frustra est coniectura Heindorfii, ante *ἄλλοθι* voculam *ἤ* excidisse putantis.

τοῦτό τε τὸ νῦν ἀπ.] Habes hic rursus τε istud *ἀνανταπόδοτον*; cui respondent inferius paullo verba haec: *οὐχ ἧττον κατὰ τὸ ὂν κ. τ. λ.* v. ad Phaedon. p. 63. C. Sententia haec est: Sicuti olim adolescens mihi videbar intelligere, quid esset *τὸ μὴ ὄν*, quum tamen revera non intelligerem; ita fortasse etiam in eo, quod est, nobis accidet, quod licet videamur plane perspectum habere, tamen fortasse item penitus ignoremus.

C. *Καὶ περὶ τῶν ἄλλων δὴ τῶν πρ.*] H. e. *ὡς ἔστιν ἢ γέγονεν ἢ γίγνεται πολλὰ ἢ δύο ἢ ἕν, καὶ θερμὸν αὖ ψυχρῷ ξυγκεραννύμενον.* Haec eadem igitur significat tantam habere obscuritatem ac difficultatem, ut clare perspicueque intelligi non possint. Verum de his rebus, multis illis atque variis (*πολλῶν*), alio loco disputatum iri significat: nunc ante omnia de eo exponere instituit, quod esse dicatur.

Cap. XXXI. *ΞΕ. Τῶν μὲν τοίνυν πολλῶν πέρι*
D *καὶ μετὰ τοῦτο σκεψόμεθ', ἂν δόξῃ· περὶ δὲ τοῦ μεγίστου τε καὶ ἀρχηγοῦ πρώτου δὴ σκεπτέον.*

ΘΕΑΙ. Τίνος δὴ λέγεις; ἢ δῆλον, ὅτι τὸ ὂν φῂς πρῶτον δεῖν διερευνήσασθαι, τί πόθ' οἱ λέγοντες αὐτὸ δηλοῦν ἡγοῦνται;

ΞΕ. Κατὰ πόδα γε, ὦ Θεαίτητε, ὑπέλαβες. λέγω γὰρ δὴ ταύτῃ δεῖν ποιεῖσθαι τὴν μέθοδον ἡμᾶς, οἷον αὐτῶν παρόντων ἀναπυνθανομένους ὧδε· Φέρε, ὁπόσοι θερμὸν καὶ ψυχρὸν ἤ τινε δύο τοιούτω τὰ πάντ' εἶναι φατε, τί ποτε ἄρα τοῦτ' ἐπ' ἀμφοῖν

D. *ἀρχηγοῦ πρώτου δὴ σκεπτέον*] V. *πρῶτον*, adversantibus Bodl. Vat. Ven. *ΑΞ*. Vind. Coisl. Zitt. et editt. Ald. Bas. 2. Pro *δή*, quod suppeditarunt Bodl. Vat. Ven. *Π*., editt. omnes cum ceteris codd. mss. *νῦν*.

Κατὰ πόδα γε] Male Bodl. Vat. et pr. Ven. *Π. κατὰ πολλά γε.*

ταύτῃ δεῖν ποιεῖσθαι] V. *ταύτην*, praeter auctoritatem librorum meliorum omnium.

ἐπ' ἀμφοῖν φθέγγεσθε] V. *ἐπ'* om. praeter auctoritatem codicum omnium.

D. *Τίνος δὴ λέγεις;*] Repetendum *περί*, cuius usus exempla bene multa ad Menon. p. 80. C. Cratyl. p. 408. D. Symp. p. 202. B. collegimus. Unus Politicus haec habet p. 268. D. 283. C. 295. B. 297. E. 304. D. E. Etiam poetae scenici hunc usum loquendi admodum frequentarunt.

κατὰ πόδα γε — ὑπέλαβες] E vestigio cepisti.

οἷον — ἀναπυνθανομένους] Est haec epexegesis praecedentis *ταύτῃ*, pro quo vulgo legebatur *ταύτην*. Constructionem abunde illustravimus ad Phaedon. p. 59. A.

Φέρε, ὁπόσοι θερμ.] Reprehendit primum eos, qui quum plura statuant rerum naturae elementa vel principia, tamen his ipsis rursus *τὸ εἶναι* attribuant. Quamobrem argumentatur in hunc fere modum. Quod esse dicimus, sive *τὸ ὄν*, aut diversum quiddam est ab illis rerum principiis inter se pugnantibus, aut idem prorsus, quod illa, aut denique idem, quod unum aliquod illorum. Iam si diversum est ab ambobus, siquidem duo statuantur, tria sane exoriuntur rerum principia: velut*i* calidum et frigidum si sumuntur, tertium ad ea ens accedit; sin unum de pluribus esse indicatur, unum tantum revera est, alterum non est, quod absurde ita statui facile apparet; si denique id quod est idem est atque omnia, consequitur, ut unum tantummodo sit rerum omnium principium, quandoquidem ita calidum pariter atque frigidum idem est quod *τὸ ὄν*.

φθέγγεσθε, λέγοντες ἄμφω καὶ ἑκάτερον εἶναι; τί E
τὸ εἶναι τοῦτο ὑπολάβωμεν ὑμῶν; πότερον τρίτον
παρὰ τὰ δύο ἐκεῖνα, καὶ τρία τὸ πᾶν, ἀλλὰ μὴ δύο
ἔτι καθ' ὑμᾶς τιθῶμεν; οὐ γάρ που τοῖν γε δυοῖν
καλοῦντες θάτερον ὂν ἀμφότερα ὁμοίως εἶναι λέγετε·
σχεδὸν γὰρ ἂν ἀμφοτέρως ἔν, ἀλλ' οὐ δύο εἴτην.

ΘΕΑΙ. Ἀληθῆ λέγεις.

ΞΕ. Ἀλλ' ἆρα τὰ ἄμφω βούλεσθε καλεῖν ὄν;

ΘΕΑΙ. Ἴσως.

ΞΕ. Ἀλλ', ὦ φίλοι, φήσομεν, κἂν οὕτω τὰ δύο 244
λέγοιτ' ἂν σαφέστατα ἕν.

οὐ γάρ που τοῖν γε] Sic Bodl. Vat. Ven. *Π.* Coisl. Flor. i. Vett. editt. πω. v. infra.

E. ἀλλ' οὐ δύο εἴτην] V. ἦτην, quod ex Bodl. Vat. Ven. *ΠΑ.* Coisl. Vind. Par. BCE. Flor. a. b. c. i. Zitt. mutatum. v. Buttmann. Gr. Ampl. T. I. p. 528. ed. 2.

Ἀλλ' ἆρα τὰ ἄμφω] V. ἆρά γε τὰ ἀμφ. Sed γε om. codd. praeter Ven. *Ξ.* omnes. Pro ἆρα Ald. Bas. 1. 2. Flor. a. c. Zitt. et teste Bastio Vat. ἄρα. Id unice placet.

P. 244. κἂν οὕτω τὰ δύο] κἂν Bodl. Vat. Ven. *Π.* Flor. i. Vett. editt. καί. Tum pro vulg. λέγοιτε Bodl. Vat. Ven. *Π.* λέγοιτο. Coisl. λέγοιτ', unde natus error.

E. οὐ γάρ που τοῖν γε δυοῖν] De particulis οὐ γάρ που — γε v. ad Euthyphron. p. 2. A. Perperam olim πω scribebatur, quod nunc ex codd. praestantissimis correctum nemo rursus depravare audebit.

Ἀλλ' ἆρα τὰ ἄμφω —] ambo *illa*, frigidum pariter atque calidum. Pro ἀλλ' ἆρά γε, quod dedit Stephanus, Ald. Bass. et codd. mss. non pauci scriptum exhibent ἀλλ' ἄρα γε. Quae scriptura ob additum γε displicet. Itaque γε retento scribendum ἆρά γε. Verum ignorant istud γε codd. omnes uno Par. *Ξ.* excepto. Itaque dubium est, utrum ἄρα servandum an ἆρα scribendum sit. Et hoc quidem placuit I. Bekkero; placuit item Schneidero ad Remp. T. I. p. 171. qui tamen quod Bekkerum censet ex codd. mss. ita dedisse ἆρα, magnopere fallitur. Nam codd. nostri quidem cum Bekkerianis iis, quos Bastius quoque inspexit, iuxta atque antiquissimae editiones ἄρα perscriptum habent. Nobis, fatemur enim, ἄρα unice verum videtur, quippe quod multo sit fortius et elegantius languido isto ἆρα. Nam urgetur ea vocula ultima pars argumentationis, quam Eleaticus significat quasi necessitate quadam iam concedendam esse, ita tamen, ut simul significet, id quod commemoretur, non esse eiusmodi, ut recte probari non possit. Sic ἀλλ' ἆρα intelligendum est etiam De Rep. II. p. 374. B. ubi vim eius non assecutus Schneiderus est.

ΘΕΑΙ. Ὀρθότατα εἴρηκας.

ΞΕ. Ἐπειδὴ τοίνυν ἡμεῖς ἠπορήκαμεν, ὑμεῖς αὐτὰ ἡμῖν ἐμφανίζετε ἱκανῶς, τί ποτε βούλεσθε σημαίνειν, ὁπόταν ὂν φθέγγησθε. δῆλον γάρ, ὡς ὑμεῖς μὲν ταῦτα πάλαι γιγνώσκετε, ἡμεῖς δὲ πρὸ τοῦ μὲν ᾠόμεθα, νῦν δ' ἠπορήκαμεν. διδάσκετε οὖν πρῶτον τοῦτ' αὐτὸ ἡμᾶς, ἵνα μὴ δοξάζωμεν μανθάνειν μὲν τὰ λεγόμενα παρ' ὑμῶν, τὸ δὲ τούτου γίγνηται πᾶν
B τοὐναντίον. Ταῦτα δὴ λέγοντές τε καὶ ἀξιοῦντες παρά τε τούτων καὶ παρὰ τῶν ἄλλων, ὅσοι πλεῖον ἑνὸς λέγουσι τὸ πᾶν εἶναι, μῶν, ὦ παῖ, τι πλημμελήσομεν;

ΘΕΑΙ. Ἥκιστά γε.

Cap. XXXII. *ΞΕ.* Τί δέ; παρὰ τῶν ἓν τὸ πᾶν λεγόντων ἆρ' οὐ πευστέον εἰς δύναμιν τί ποτε λέγουσι τὸ ὄν;

πάλαι γιγνώσκετε] V. πάλιν, quod emendatum e Bodl. Vat. Coisl. Par. B C H. et rec. Ven. Ξ. Flor. a. b. c. i. et editt. Bas. 1. 2.

B. ἆρ' οὐ πευστέον] πιστευτέον Vat. Ven. ΠΣ.

C. Τίς οὖν αὐτοῖς ἡ μ. τ.] Sic Bodl. Vat. Ven. ΑΠ. Vind.

P. 244. ὁπόταν ὂν φθέγγησθε] H. e. vocabulum ὂν φθ. Noli τὸ ὂν legendum suspicari. conf. ad Theaet. p. 183. A.

τὰ λεγόμενα παρ' ὑμῶν.] H. e. τὰ παρ' ὑμῶν λεγόμενα. Quod monemus, ne quis verba παρ' ὑμῶν cum μανθάνειν coniungat. De collocatione verborum v. ad Phaedon. p. 88. A. — τὸ δὲ τούτου, quum tamen prorsus contrarium fiat. De τὸ δέ sic usurpato v. ad Apolog. Socr. p. 23. A.

B. μῶν, ὦ παῖ, τι πλημμελήσομεν;] Enclificum τι sic collocatum tetigimus ad Phaedr. p. 258. A. Parmenid. p. 137. B.

Τί δέ; παρὰ τῶν ἓν —] Hunc totum qui sequitur locum usque ad p. 245. E. περὶ τῶν ἔμπροσθεν ἀεὶ ῥηθέντων πλάνην exscripsit Simplicius ad Aristot. Phys. I. f. 19. b.

Τόδε τοίνυν ἀποκρινέσθωσαν] *Ad hoc* igitur respondeant. Nam τόδε idem est quod πρὸς sive εἰς τόδε: quem tamen loquendi usum diligenter tenendum est tantummodo in neutris pronominum locum habere. Nam nemo quisquam Graecorum dixerit τὴν ἐρώτησιν ἀποκρίνεσθαι pro πρὸς τὴν ἐρώτησιν ἀποκρίνεσθαι. Sed de his iam alibi explicatum est.

C. δυοῖν ὀνόμαιν] V. Matthiae Gr. §. 436. 3.

Τό τε δύο ὀνόματα —] Argumentatur adversus Eleaticos, unum esse ens statuentes,

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Τόδε τοίνυν ἀποκρινέσθωσαν. Ἓν πού φατε μόνον εἶναι; Φαμὲν γάρ, φήσουσιν. ἦ γάρ;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Τί δέ; ὂν καλεῖτέ τι;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Πότερον ὅπερ ἕν, ἐπὶ τῷ αὐτῷ προσχρώμενοι δυοῖν ὀνόμασιν, ἢ πῶς; C

ΘΕΑΙ. Τίς οὖν αὐτοῖς ἡ μετὰ τοῦτ', ὦ ξένε, ἀπόκρισις;

ΞΕ. Δῆλον, ὦ Θεαίτητε, ὅτι τῷ ταύτην τὴν ὑπόθεσιν ὑποθεμένῳ πρὸς τὸ νῦν ἐρωτηθὲν καὶ πρὸς ἄλλο δὲ ὁτιοῦν οὐ πάντων ῥᾷστον ἀποκρίνασθαι.

ΘΕΑΙ. Πῶς;

ΞΕ. Τό τε δύο ὀνόματα ὁμολογεῖν εἶναι μηδὲν θέμενον πλὴν ἓν καταγέλαστόν που.

Coisl. Par. BCEH. Flor. b. i. Zitt. et Simplicius in Phys. Arist. I. fol. 19. b. Vitiose vett. editt. *τοῖς οὖν*. Indidem *ὦ* ante *ξένε* insertum et mox *πάντων* pro *πάντως* repositum.

Τό τε δύο ὀνόματα] V. *δέ*, quod mutatum e Bodl. Vat. Ven. *II*. Flor. i. et sec. m. Ven. *A*. Par. EF. itemque Simplicio.

hunc fere in modum. Si unum, inquit, ab ente non est diversum, primum quidem perquam erit ridiculum confiteri, duo esse nomina, quum tamen nihil nisi unum statuatur; deinde illud quoque mirum accidet, quod dicendum erit esse nomen aliquod, cuius nulla sit ratio. Nam sive ponitur nomen esse a re diversum, certe duo quaedam ponuntur: sive illud idem quod res sit existimatur, aut nullius rei nomen afferetur, aut si cuius rei nomen allatum fuerit, certe efficietur, ut nomen nominis tantummodo nomen sit, nullius alius rei, et ut unum quidem unius sit unum tantum, non nominis hoc unum sit, h. e. unum ad se ipsum quidem referatur, nec vero cum nomine ulla contineatur ratione ac necessitudine. In his pro *Τὸ δὲ δύο ὀνόματα* rectissime nuper ex codd. et Simplicio repositum *Τό τε δύο ὀν.*, ita ut *τε* respondeat verbis sequentibus *Καὶ τὸ παράπαν γε ἀποδ.*, in quibus *ἀποδέχεσθαί τινος λέγοντος* est dicentem aliquem probare, ut Phaed. p. 92. A. Euthyphr. p. 9. D. al. Iam vero posterioris huius enuntiati partis rationes rursus sic examinantur, ut duae afferantur argumentationis partes. Quamobrem *τε* post *Τιθείς* interpositum item referendum est ad sequentia: *καὶ μὴν ἂν ταὐτόν γε αὐτῷ τ.* quod qui non perspectum habebant, ii *τε* mutaverunt in *γε*, quod etiam a Stephano ita factum videmus.

ΘΕΑΙ. Πῶς δ' οὔ;

ΞΕ. Καὶ τὸ παράπαν γε ἀποδέχεσθαι τοῦ λέ-
D γοντος, ὡς ἔστιν ὄνομά τι λόγον οὐκ ἂν ἔχον.

ΘΕΑΙ. Πῇ;

ΞΕ. Τιθείς τε τοὔνομα τοῦ πράγματος ἕτερον δύο λέγει πού τινε.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Καὶ μὴν ἂν ταὐτόν γε αὐτῷ τιθῇ τοὔνομα, ἢ μηδενὸς ὄνομα ἀναγκασθήσεταί λέγειν, εἰ δέ τινος αὐτὸ φήσει, συμβήσεται τὸ ὄνομα ὀνόματος ὄνομα μόνον, ἄλλου δὲ οὐδενὸς ὄν.

ΘΕΑΙ. Οὕτως.

ΞΕ. Καὶ τὸ ἕν γε, ἑνὸς ἓν ὂν μόνον, καὶ * οὐ * τοῦ ὀνόματος αὐτὸ ἓν ὄν.

ΘΕΑΙ. Ἀνάγκη.

D. λόγον οὐκ ἂν ἔχον] Sic codd. praestantissimi atque plurimi unanimi consensione. Vett. editt. ἔχοι.

Τιθείς τε τοὔνομα] V. γε, invitis codd. plerisque omnibus.

D. καὶ * οὐ * τοῦ ὀνόματος αὐτὸ ἓν ὄν.] Editt. καὶ τοῦτο ὀνόματος αὐτὸ ἓν ὄν. Pro καὶ τοῦ ὀνόματος Bodl. Flor. i. et teste Bastio Vat. καὶ τοῦ ὀνόματος. Ex utraque scriptura extudimus καὶ οὐ τοῦ ὀνόματος. Bekker. de coniectura Schleierm. dedit αὖ τὸ.

ἢ ταὐτὸν φήσουσι τούτῳ] Θήσουσι τοῦτο Bodl. Vat. Ven. *II.*

D. ἢ μηδενὸς — εἰ δέ τινος] Post ἤ per quandam constructionis enallagen εἰ δέ τινος κ. τ. λ. infertur, quod genus constructionis in anacoluthis numerare debebant, qui nuper de his peculiari opera exposuerunt. Verum hi sua fere aliis sublegerunt, nihil proprii in medium afferentes.

καὶ τὸ ἕν γε, ἑνὸς ἓν ὂν μόνον — αὖ τὸ ἓν ὄν.] Vett. editt. καὶ τοῦτο ὀνόματος αὐτὸ τὸ ἓν ὄν. Quam lectionem Schleiermacherus probante Heindorfio et Bekkero ita mutavit, ut αὖ τὸ ἓν ὄν corrigeret, hoc sensu: Und auch das Eins, welches dann nur des Einen Eins ist, auch dieses sei wiederum nur eines Namens Eins; Atque unum, quatenus est unius tantum unum, hoc quoque nominis rursus unum esse efficietur. At enim vero ita sententiam scriptoris perverti manifestum est. Nam hic certe voluit significare, isto modo mutuam nominis atque unius rationem sublatum iri. Quamobrem pro καὶ τοῦτο ὀνόματος aliud quid requiritur, quod quale sit, docent librorum veterum testimonia. Etenim Bastio

ΞΕ. Τί δέ; τὸ ὅλον ἕτερον τοῦ ὄντος ἑνὸς ἢ ταὐτὸν φήσουσι τούτῳ;

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὐ φήσουσί τε καὶ φασίν; E

ΞΕ. Εἰ τοίνυν ὅλον ἐστίν, ὥςπερ καὶ Παρμενίδης λέγει,

πάντοθεν εὐκύκλου σφαίρης ἐναλίγκιον ὄγκῳ,

μεσσόθεν ἰσοπαλὲς πάντῃ· τὸ γὰρ οὔτε τι μεῖζον

οὔτε τι βαιότερον πελέναι χρεών ἐστι τῇ ἢ τῇ,

τοιοῦτόν γε ὂν τὸ ὂν μέσον τε καὶ ἔσχατα ἔχει, ταῦτα δὲ ἔχον πᾶσα ἀνάγκη μέρη ἔχειν. ἦ πῶς;

ΘΕΑΙ. Οὕτως.

ΞΕ. Ἀλλὰ μὴν τό γε μεμερισμένον πάθος μὲν 245
τοῦ ἑνὸς ἔχειν ἐπὶ τοῖς μέρεσι πᾶσιν οὐδὲν ἀποκωλύει, καὶ ταύτῃ δὴ πᾶν τε ὂν καὶ ὅλον ἓν εἶναι.

ΘΕΑΙ. Τί δ' οὔ;

E. *οὔτε τι βαιότερον*] *τι* vulgo aberat invitis codd. plerisque omnibus. Pro *βαιότερον*, quod habent Bodl. Coisl. Vind., vulgo *βεβαιότερον*. Inidem sumtum *πελέναι*, pro quo vulgo erat *πέλει*. Bodl. *χρέον*.

ἔσχατα ἔχει] V. *ἔσχατον*, quod solus Par. E. cum Flor. a. c. habet. Pro *ἔχει* Stephanus de coniectura Cornarii *ἔχειν* scripsit: quod etsi libri mss. nonnulli habent, tamen Bodl. Vat. Coisl. Ven. Ξ. Vind. Flor. b. i. Zitt. *ἔχει* tuentur.

et Gaisfordio testibus Vat. 225. et Bodl. s. Clarck. scriptum habent *καὶ τοῦ ὀνόματος*. Eandem lectionem ex Flor. i. enotatam habemus. Quod verissimum esse putamus, modo post *καὶ* inseratur *οὐ*. Enimvero *τοῦτο* ex *οὐ τοῦ* depravatum. Veram rationem his dudum in chartas coniectis vidimus etiam ab Astio esse perspectam.

Τί δέ; τὸ ὅλον ἕτερον —] Aliam nunc affert rationem, cur Eleaticorum placitum improbandum videatur. Unum illud suum, quod ens appellant, inquit, etiam totum aliquod esse volunt; unde Parmenides ei sphaericam figuram attribuit. Ex quo sequitur habere illud etiam divisionem atque constare partibus. Quod si ita est, ipsum unum quidem esse non potest, quamquam *πάθος ἔχειν τοῦ ἑνός* potest eatenus, quatenus partes omnes in unum collectae pro uno habentur.

E. *ὥςπερ καὶ Παρμενίδης λέγει*] De his Parmenidis versibus dixit Karsten Parmen. Reliqq. p. 182 sqq.

P. 245. *ἐπὶ τοῖς μέρεσι πᾶσιν*] H. e. partibus omnibus in unum iunctis. Mox *τὸ ἓν αὐτό* est unum absolutum.

ΞΕ. Τὸ δὲ πεπονθὸς ταῦτα ἆρ' οὐκ ἀδύνατον αὐτό γε τὸ ἓν αὐτὸ εἶναι;

ΘΕΑΙ. Πῶς;

ΞΕ. Ἀμερὲς δήπου δεῖ παντελῶς τό γε ἀληθῶς ἓν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον εἰρῆσθαι.

ΘΕΑΙ. Δεῖ γὰρ οὖν.

B ΞΕ. Τὸ δέ γε τοιοῦτον, ἐκ πολλῶν μερῶν ὄν, οὐ συμφωνήσει τῷ λόγῳ.

ΘΕΑΙ. Μανθάνω.

ΞΕ. Πότερον δὴ πάθος ἔχον τὸ ὂν τοῦ ἑνὸς οὕτως ἕν τε ἔσται καὶ ὅλον, ἢ παντάπασι μὴ λέγωμεν ὅλον εἶναι τὸ ὄν;

ΘΕΑΙ. Χαλεπὴν προβέβληκας αἵρεσιν.

ΞΕ. Ἀληθέστατα μέντοι λέγεις. πεπονθός τε γὰρ τὸ ὂν ἓν εἶναί πως οὐ ταὐτὸν ὂν τῷ ἑνὶ φαίνεται, καὶ πλέονα δὴ τὰ πάντα ἑνὸς ἔσται.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Καὶ μὴν ἐάν γε τὸ ὂν ᾖ μὴ ὅλον διὰ τὸ πε-

C πονθέναι τὸ ὑπ' ἐκείνου πάθος, ᾖ δὲ αὐτὸ τὸ ὅλον, ἐνδεὲς τὸ ὂν ἑαυτοῦ ξυμβαίνει.

ΘΕΑΙ. Πάνυ γε.

P. 245. B. *συμφωνήσει τῷ λόγῳ*] V. *τῷ ὅλῳ*. Bodl. Vat. Ven. *II*. Flor. i. *τῷ ὅλῳ λόγῳ*: reliqui cum Simplicio *τῷ λόγῳ ὅλῳ*. Utrumque *διττογραφίᾳ* natum putamus.

πάθος ἔχον τὸ ὂν τοῦ ἑνὸς] Sic cum Bekkero scripsimus

B. *Πότερον δὴ πάθος ἔχον τὸ ὂν* —] Utrum igitur *τὸ ὄν* ita tantum unum erit atque totum, si *πάθος ἔχει τοῦ ἑνός* (neque absolute unum est), an omnino non dicamus *τὸ ὄν* esse totum? In his pro *πάθος ἔχον τὸ ὂν* vett. editt. et codd. mss. omnes scriptum exhibent *πάθος ἔχον τὸ ὅλον*, quod felicissime emendavit Schleiermacherus, probante etiam Heindorfio, Bekkero, Astio.

πεπονθός τε γὰρ τὸ ὂν —] Hic quoque *τε* referendum est ad proximam responsionem: *Καὶ μὴν ἐάν γε τὸ ὂν κ. τ. λ.* Quod monere placuit, ne quis hoc loco abutatur ad confirmandam opinionem eorum, qui *τε γάρ* putarunt esse etenim, quod Graece *καὶ γάρ*, non item *τε γάρ* dicitur. *πλέονα τὰ πάντα κ. τ. λ.* das Ganze würde mehr als Eins sein. Nam ita *τῷ ὄντι* ipsum unum tanquam attribueretur, quo unitatis tollitur ratio.

τὸ ὑπ' ἐκείνου πάθος] Sc. *ὑπ' αὐτοῦ τοῦ ἑνός*. — *ᾖ δὲ αὐτὸ τὸ ὅλον*, ac si ipsum per se *τὸ ὅλον* extat.

C. *Καὶ κατὰ τοῦτον τὸν*

ΞΕ. Καὶ κατὰ τοῦτον δὴ τὸν λόγον ἑαυτοῦ στερόμενον οὐκ ὂν ἔσται τὸ ὄν.

ΘΕΑΙ. Οὕτως.

ΞΕ. Καὶ ἑνός γε αὖ πλείω τὰ πάντα γίγνεται, τοῦ τε ὄντος καὶ τοῦ ὅλου χωρὶς ἰδίαν ἑκατέρου φύσιν εἰληφότος.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Μὴ ὄντος δέ γε τὸ παράπαν τοῦ ὅλου, ταὐτά τε ταῦτα ὑπάρχει τῷ ὄντι, καὶ πρὸς τῷ μὴ εἶναι μηδ' ἂν γενέσθαι ποτὲ ὄν. D

ΘΕΑΙ. Τί δή;

ΞΕ. Τὸ γενόμενον ἀεὶ γέγονεν ὅλον, ὥστε οὔτε οὐσίαν οὔτε γένεσιν ὡς οὖσαν δεῖ προσαγορεύειν [τὸ ἓν ἢ] τὸ ὅλον ἐν τοῖς οὖσι μὴ τιθέντα.

ΘΕΑΙ. Παντάπασιν ἔοικε ταῦθ' οὕτως ἔχειν.

ΞΕ. Καὶ μὴν οὐδ' ὁποσονοῦν τι δεῖ τὸ μὴ ὅλον εἶναι· ποσόν τι γὰρ ὄν, ὁπόσον ἂν ᾖ, τοσοῦτον ὅλον ἀναγκαῖον αὐτὸ εἶναι.

ΘΕΑΙ. Κομιδῇ γε.

ΞΕ. Καὶ τοίνυν ἄλλα μυρία ἀπεράντους ἀπο-

de coniectura Schleiermacheri. Libri omnes τὸ ὅλον τοῦ ἑνὸς.

C. ταὐτά τε ταῦτα] V. ταῦτά τε ταὐτά, invitis codd.

D. Καὶ τοίνυν ἄλλα μυρία] ἄλλας μυρίας Heindorf. ex cod. Reg.

λόγον —] Concludit rationem sic: τὸ ὂν non est ὅλον per accidens, ita ut ad unum absolutum referatur; τὸ ὅλον autem per se solum extat; id, quod est, semet ipso privatur. Quum enim τὸ ὅλον αὐτὸ extra illud positum sit, τὸ ὂν non potest esse ὅλον, et id, quod est, erit id, quod non est.

D. τὸ ἓν ἢ τὸ ὅλον ἐν τοῖς οὖσι μὴ τ.] Verba τὸ ἓν ἢ videntur ex glossemate nata esse, id quod Schleiermacherus rectissime iudicavit. Nam per totam hanc argumentationem de iis quidem sermo est, qui τὸ ὅλον τοῖς οὖσιν eximant; de iis, qui τὸ ἓν tollant, non disseritur. Heindorfius scribendum putabat τὸν τὸ ὅλον ἐν τοῖς οὖσι μὴ τ.

Καὶ τοίνυν ἄλλα μυρία ἀπεράντους ἀπ.] Heindorfius ex uno Paris. ἄλλας μυρίας dedit, Astio aliisque suffragantibus. Sed nullus praeterea codex eam lectionem tuetur, ut propemodum de illius codicis fide dubitem. Nec vero mutatione opus videtur, quandoquidem ἄλλα μυρία neutro genere dicitur sicuti πλείω, ἐλάττω, et similia. Menexen. p. 235. B.

E ρίας ἕκαστον εἰληφὸς φανεῖται τῷ τὸ ὂν εἴτε δύο τινὲ εἴτε ἓν μόνον εἶναι λέγοντι.

ΘΕΑΙ. Δηλοῖ σχεδὸν καὶ τὰ νῦν ὑποφαίνοντα· συνάπτεται γὰρ ἕτερον ἐξ ἄλλου, μείζω καὶ χαλεπωτέραν φέρον περὶ τῶν ἔμπροσθεν ἀεὶ ῥηθέντων πλάνην.

Cap. XXXIII. *ΞΕ.* Τοὺς μὲν τοίνυν διακριβολογουμένους ὄντος τε πέρι καὶ μὴ πάντας μὲν οὐ διεληλύθαμεν, ὅμως δὲ ἱκανῶς ἐχέτω· τοὺς δὲ ἄλλως λέγοντας αὖ θεατέον, ἵν' ἐκ πάντων εἰδῶμεν, ὅτι τὸ
246 ὂν τοῦ μὴ ὄντος οὐδὲν εὐπορώτερον εἰπεῖν ὅ τί ποτ' ἔστιν.

ΘΕΑΙ. Οὐκοῦν πορεύεσθαι χρὴ καὶ ἐπὶ τούτους.

ΞΕ. Καὶ μὴν ἔοικέ γε ἐν αὐτοῖς οἷον γιγαντομαχία τις εἶναι διὰ τὴν ἀμφισβήτησιν περὶ τῆς οὐσίας πρὸς ἀλλήλους.

E. *πάντας μὲν οὐ διελ.*] Sic Euseb. Praep. Ev. XIV. p. 725. C. Libri Platonis *πάνυ μὲν οὐ διελ.*

P. 246. B. *εἴ τίς τί φησι*] *τι* additum ex Par. BCH. Flor. a. b. c. ante Bekker. editiones ignorabant.

ἡμέρας πλείω ἢ τρεῖς. ubi plura rei exempla posuimus. Neque male Bernhard. Syntax. p. 335. cum hoc loco contendit illa Aristoph. Ranæ. v. 90. *τραγῳδίας ποιοῦντα πλεῖν ἢ μύρια.*

E. *ἕτερον ἐξ ἄλλου*] De hac utriusque vocabuli coniunctione v. supra ad p. 224. C.

Τοὺς μὲν τοίνυν διακρ.] Intelliguntur ii philosophi, qui *τὸ ὄν* sive *τὰ ὄντα* investigare, et quaenam essent rerum principia, definire studuissent. In quorum numerum retulit Ionicos, Eleatas, Heraclitum, Empedoclem. Qui autem de *τῷ μὴ ὄντι* subtiliter quaesivisse dicuntur, nulli certe alii sunt quam omnes ii, qui, quaenam ratio inter *τὸ ὄν* et *τὸ μὴ ὄν* intercederet, indagare conati sunt: quorsum pertinent ipsi Eleatici et Megarici, et qui *τὸ μὴ ὄν* ne cogitari quidem posse censuerunt, Gorgias, Protagoras, Antisthenes, alii. Hos igitur fatetur sese *οὐ πάντας διεληλυθέναι*, idque rectissime. Certe quidem eos, qui de non-ente disputavissent, haudquaquam omnes recensuit. Sed pro *πάντας*, quod cum Heindorfio ex Euseb. Praep. Evang. XIV. p. 725. C. restituimus, vett. editt. et codd. mss. omnes habent *πάνυ*. Nec tamen id verum rectumque est. Nam hoc posito Eleaticus diceret hoc: Eos igitur, qui de ente et non-ente subtiliter disputarunt, utique non percensuimus. v. Protag. p. 338. E. Quod absonum est; recensuit enim nonnullos, quanquam non omnes tetigit.

τοὺς δὲ ἄλλως λέγοντας] H. e. eos, qui minus subtiliter de ente et non-ente philosophantur. De *ἄλλως* v. Ruhnken. ad Tim. p. 199. Intelligit primum eos, qui *οὐσίαν* rerum omnem in corporibus quaerebant, sicuti faciebant Atomi-

ΘΕΑΙ. Πῶς;

ΞΕ. Οἱ μὲν εἰς γῆν ἐξ οὐρανοῦ καὶ τοῦ ἀοράτου πάντα ἕλκουσι, ταῖς χερσὶν ἀτεχνῶς πέτρας καὶ δρῦς περιλαμβάνοντες. τῶν γὰρ τοιούτων ἐφαπτόμενοι πάντων διισχυρίζονται τοῦτο εἶναι μόνον, ὃ παρέχει προσβολὴν καὶ ἐπαφήν τινα, ταὐτὸν σῶμα καὶ οὐσίαν ὁριζόμενοι, τῶν δὲ ἄλλων εἴ τίς τί φησι μὴ B *σῶμα ἔχον εἶναι, καταφρονοῦντες τὸ παράπαν καὶ οὐδὲν ἐθέλοντες ἄλλο ἀκούειν.*

ΘΕΑΙ. Ἦ δεινοὺς εἰρηκας ἄνδρας· ἤδη γὰρ καὶ ἐγὼ τούτων συχνοῖς περιέτυχον.

ΞΕ. Τοιγαροῦν οἱ πρὸς αὐτοὺς ἀμφισβητοῦντες μάλα εὐλαβῶς ἄνωθεν ἐξ ἀοράτου ποθὲν ἀμύνονται, νοητὰ ἄττα καὶ ἀσώματα εἴδη βιαζόμενοι τὴν ἀληθινὴν οὐσίαν εἶναι· τὰ δὲ ἐκείνων σώματα καὶ τὴν

συχνοῖς περιέτυχον] Bodl. Vat. Ven. *Π.* Euseb. *προσέτυχον.* Verum id redolet interpretamentum. Hesych. *περιέτυχον· συνέτυχον.* conf. Heindorf. p. 381.

stici; deinde illos, qui in unis ideis statuebant rerum veritatem contineri. De utrisque enim deinceps exponitur. Hos igitur leniter carpit tanquam pinguius rem tractantes.

P. 246. *Οἱ μὲν εἰς γῆν ἐξ οὐρανοῦ* —] Eosdem homines facete descripsit philosophus etiam Theaet. p. 155. E sqq. ubi item acerrimo sale perfricantur. Praeter Atomisticos maxime etiam de Aristippo cogitandum esse facile assentimur Schleiermachero Prooem. ad Sophist. p. 135. et Theaet. p. 183. de hac re disputanti. — De *ἀτεχνῶς πέτρας καὶ δρῦς περιλ.* tenendum, vocabulum *ἀτεχνῶς* in dictis communibus, proverbiis, et comparationibus frequentari; de quo usu v. ad Euthyphron. p. 2. A. 5. C. et Euthydem. p. 292. E. 303. D. Ion. p. 534. E. Remp. VIII. p. 548. A. Lachet. p. 187. B. Charmid. p. 154. B.

B. *Τοιγαροῦν οἱ πρὸς αὐτοὺς ἀμφ.*] Acutissime pervidit Schleiermacherus pertinere haec ad primos scholae Megaricae doctores. v. Prooem. ad Sophist. p. 134 sq. Quam quidem coniecturam ipse duplici firmavit argumento. Primum quidem urget hoc, quod quum haec de discrimine *οὐσίας* et *γενέσεως* doctrina Parmenidea sit, tamen aliis quibusdam philosophis tribuatur, quibus iam Plato, posteaquam Parmenidem antea taxavit, tanquam aequalibus et familiaribus lenius adversetur. Deinde verissime admonet, Megaricos praeter dialecticam etiam haud pauca alia ab Eleaticis mutua sumsisse, idque etiam in doctrina de ente ita ab iis factum videri. His addit denique, quod etiam bellum istud immane adversus Democriti assectatores atque Aristippum cum

C λεγομένην ὑπ' αὐτῶν ἀλήθειαν κατὰ σμικρὰ διαθραύοντες ἐν τοῖς λόγοις γένεσιν ἀντ' οὐσίας φερομένην τινὰ προσαγορεύουσιν. ἐν μέσῳ δὲ περὶ ταῦτα ἄπλετος ἀμφοτέρων μάχη τις, ὦ Θεαίτητε, ἀεὶ ξυνέστηκεν.

ΘΕΑΙ. Ἀληθῆ.

ΞΕ. Παρ' ἀμφοῖν τοίνυν τοῖν γενοῖν κατὰ μέρος λάβωμεν λόγον ὑπὲρ ἧς τίθενται τῆς οὐσίας.

ΘΕΑΙ. Πῶς οὖν δὴ ληψόμεθα;

ΞΕ. Παρὰ μὲν τῶν ἐν εἴδεσιν αὐτὴν τιθεμένων ῥᾷον· ἡμερώτεροι γάρ· παρὰ δὲ τῶν εἰς σῶμα πάντα
D ἑλκόντων βίᾳ χαλεπώτερον, ἴσως δὲ καὶ σχεδὸν ἀδύνατον. ἀλλ' ὧδέ μοι δεῖν δοκεῖ περὶ αὐτῶν δρᾶν.

ΘΕΑΙ. Πῶς;

ΞΕ. Μάλιστα μέν, εἴ πῃ δυνατὸν ἦν, ἔργῳ βελτίους αὐτοὺς ποιεῖν· εἰ δὲ τοῦτο μὴ ἐγχωρεῖ, λόγῳ ποιῶμεν, ὑποτιθέμενοι νομιμώτερον αὐτοὺς ἢ νῦν

C. ἄπλετος ἀμφοτέρων] Enseb. ἄπλητος, quod est proprium poetarum. v. intpp. ad Moer. p. 24. et Ruhnken. ad Hymn. in Cerer. v. 83.

D. εἰ δὲ τοῦτο μὴ ἐγχωρεῖ] Bodl. ἐγχωρῇ. Quod si verum est, ἂν δὲ τοῦτο scribendum. Solere enim ἂν post εἰ ita usur-

hac ratione planissime conveniat. Quod autem gravissimum est, quae infra p. 248. C — E. et 249. C. exponuntur, ea nos quidem Megaricorum fuisse placita certo exploratum habemus. Etenim profecti illi a Parmenidis de Ente sententia statuebant ideas tanquam singulas quasdam illius formas ac species, quas tamen volebant esse rigidas, immotas, nulliusque communitatis et variationis capaces, ne scilicet οὐσίας constantia ac sempiternitas in iis desideraretur. Aristot. Metaphys. XIV. 4. τῶν δὲ τὰς ἀκινήτους οὐσίας εἶναι λεγόντων οἱ μέν φασιν αὐτὸ τὸ ἓν τὸ ἀγαθὸν αὐτὸ εἶναι· οὐσίαν μέντοι τὸ ἓν αὐτοῦ ᾠοντο εἶναι μάλιστα. Quae ubi contenderis cum loco Diog. Laërt. II. 106. ubi agitur de Euclide Megarico: οὗτος καὶ τὰ Παρμενίδεια μετεχειρίζετο· οὗτος ἓν τὸ ἀγαθὸν ἀπεφαίνετο πολλοῖς ὀνόμασιν καλούμενον, κ. τ. λ. hic omnino de Megaricis cogitari oportere haudquaquam dubitabis. Sed fusius nuper de his rebus exposuimus in libro primo Prolegg. ad Parmenidem p. 55 sqq. et 60 sqq. — βιαζόμενοι, h. e. contendentes et pugnantes, ut p. 241. D. v. ad Theaet. p. 162. E.

C. γένεσιν ἀντ' οὐσίας—] H. e. non οὐσίαν esse, quam illi statuant, sed generationem perpetuo agitatam censent. — ἐν μέσῳ, quasi in τῷ μεταιχμίῳ, s. spatio inter duas acies

ἐθέλοντας ἂν ἀποκρίνασθαι. τὸ γὰρ ὁμολογηθὲν παρὰ βελτιόνων που κυριώτερον ἢ τὸ παρὰ χειρόνων· ἡμεῖς δὲ οὐ τούτων φροντίζομεν, ἀλλὰ τἀληθὲς ζητοῦμεν.

ΘΕΑΙ. Ὀρθότατα. E

Cap. XXXIV. ΞΕ. Κέλευε δὴ τοὺς βελτίους γεγονότας ἀποκρίνασθαί σοι, καὶ τὸ λεχθὲν παρ' αὐτῶν ἀφερμήνευε.

ΘΕΑΙ. Ταῦτ' ἔσται.

ΞΕ. Λεγόντων δὴ θνητὸν ζῶον εἶναί τι.

ΘΕΑΙ. Πῶς δ' οὔ;

ΞΕ. Τοῦτο δὲ οὐ σῶμα ἔμψυχον ὁμολογοῦσι;

ΘΕΑΙ. Πάνυ γε.

ΞΕ. Τιθέντες τι τῶν ὄντων ψυχήν;

ΘΕΑΙ. Ναί. 247

ΞΕ. Τί δέ; ψυχὴν οὐ τὴν μὲν δικαίαν, τὴν δὲ ἄδικόν φασιν εἶναι, καὶ τὴν μὲν φρόνιμον, τὴν δὲ ἄφρονα;

pari, alibi docuimus.

ὁμολογηθὲν παρὰ βελτιόνων] Bas. 2. et Steph. errore *περὶ β*.

E. *παρ' αὐτῶν ἀφερμήνευε*] V. *ἐφερμήνευε*. Receptam lectionem tuentur Bodl. Vat. Ven. *Π Α*. Coisl. Par. B E. Flor. b.

medio. — De voc. *ἅπλετος* v. Pierson. ad Moer. p. 24.

D. *Μάλιστα μέν — εἰ δὲ τοῦτο μὴ ἔγχ.*] Genus loquendi affatim illustrarunt Boeckh. in Plat. Min. p. 87. Krüger. ad Dionys. p. 27. Herrmann. ad Lucian. De conscrib. hist. p. 284. Addimus Plat. Theag. p. 125. B. *τύραννος γενέσθαι μάλιστα μὲν πάντων ἀνθρώπων, εἰ δὲ μή, ὅ τι πλείστων*. Demosthen. de Coron. p. 260. ed. Reisk. *ὥστε μάλιστα μὲν μὴ θεῖναι τὸν νόμον τοῦτον, εἰ δὲ μή, καταβαλόντα ἐᾶν ἐν ὑπωμοσίᾳ*. Ibid. p. 282. *μάλιστα μὲν τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμόνοιαν διατηρεῖν καὶ τὰς συνθήκας, εἰ δὲ μή, πρὸς τὸ βουλεύσασθαι δοῦναι χρόνον τῇ πόλει.*

E. *τὸ λεχθὲν παρ' αὐτῶν, ἀφερμήνευε*] Quod de coniectura reposuit Heindorfius *ἀφερμήνευε* pro vulgato *ἐφερμήνευε*, id nunc optimorum codicum auctoritate ita firmatum est, ut de eius veritate nulla esse possit controversia. Enimvero *ἐφερμηνεύειν* est ad aliquid exponere sive insuper explicare; quod hic quidem, ubi res non praeter aliam quampiam explicanda significatur, omnino absurdum est. Quanquam immerito dubitavit Heindorfius, num *ἐφερμηνεύειν* usquam apud scriptores Graecos reperiatur. Nam frequentissimum esse verbi usum docuerunt Boissonad. ad Philostrati Heroic.

ΘΕΑΙ. Τί μήν;

ΞΕ. Ἀλλ' οὐ δικαιοσύνης ἕξει καὶ παρουσίᾳ τοιαύτην αὐτῶν ἑκάστην γίγνεσθαι, καὶ τῶν ἐναντίων τὴν ἐναντίαν;

ΘΕΑΙ. Ναί, καὶ ταῦτα ξύμφασιν.

ΞΕ. Ἀλλὰ μὴν τό γε δυνατὸν τῷ παραγίγνεσθαι καὶ ἀπογίγνεσθαι πάντως εἶναί τι φήσουσιν.

ΘΕΑΙ. Φασὶ μὲν οὖν.

B *ΞΕ. Οὔσης οὖν δικαιοσύνης καὶ φρονήσεως καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς καὶ τῶν ἐναντίων, καὶ δὴ καὶ ψυχῆς, ἐν ᾗ ταῦτα ἐγγίγνεται, πότερον ὁρατὸν καὶ ἁπτὸν εἶναί φασί τι αὐτῶν ἢ πάντα ἀόρατα;*

ΘΕΑΙ. Σχεδὸν οὐδὲν τούτων γε ὁρατόν.

ΞΕ. Τί δέ; τῶν τοιούτων μῶν σῶμά τι λέγουσιν ἴσχειν;

ΘΕΑΙ. Τοῦτο οὐκέτι κατὰ ταὐτὰ ἀποκρίνονται πᾶν, ἀλλὰ τὴν μὲν ψυχὴν αὐτὴν δοκεῖν σφίσι σῶμά τι κεκτῆσθαι, φρόνησιν δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον

P. 247. *καὶ τῶν ἐναντίων τὴν ἐναντίαν*] Editt. *τὴν* omittunt. Bodl. Vat. Ven. *ΠΑ.* Coisl. Par. BD[CFH. Flor. a. b. c. i. *τὴν ἐναντίαν*, Recte. Nam plena oratio ferit haec: *καὶ τὴν ἐναντίαν ἕξει καὶ παρουσίᾳ τῶν ἐναντίων γίγνεσθαι τοιαύτην* sc. *ἐναντίαν.*

B. *οὐκέτι κατὰ ταὐτὰ*] V. *ταῦτα.* Correctum ex Ven.

p. 302 sq. et Iacobsius ad Imagg. p. 635. et 656.

P. 247. B. *Τί δέ; τῶν τοιούτων μῶν σῶμά τι λ.*] Heindorfius, quoniam *τι* pertineret ad *σῶμα*, refingendum putabat: *Τί δὲ τῶν τοιούτων; μῶν σῶμά τι λέγουσιν ἴσχειν;* sc. *αὐτά.* Qua mutatione certe non opus est. Nam genitivus *τῶν τοιούτων* est horum talium aliquid. Solet enim genitivus partitivus verbis omnis generis ita sine *τι* adiungi. v. ad Tim. p. 33. D. et 65. D. coll. Matthiae Gr. §. 323. Sic in hoc ipso libro p. 232. B. *ἀλλὰ ἀναλάβωμεν πρῶτον τῶν περὶ τὸν ἀοφιστὴν εἰρημένων*, ubi Heindorfium item errasse demonstravimus.

C. *αἰσχύνονται τὸ τολμᾶν*] Constructionem abunde illustrabunt quae exposuit Aug. Matthiae Gr. Gr. §. 543.

οἵ γε αὐτῶν σπαρτοί τε καὶ αὐτόχθονες] „Sparti et ex ipsa terra nati; terrestres animae, quibus nihil commune cum *τοῖς ἄνωθεν* et *ἀοράτοις. Σπαρτούς* dictos constat Cadmi socios, a Cadmo satos ac terra procreatos. Pausan. IX. 5. Schol. ad Apollon. Rhod. III. v. 1178. et 1185. Apollod. III. 4, Iidem mox dicuntur *οἱ*

ὧν ἠρώτηκας, αἰσχύνονται τὸ τολμᾶν ἢ μηδὲν τῶν C
ὄντων αὐτὰ ὁμολογεῖν ἢ πάντ' εἶναι σώματα διισχυ-
ρίζεσθαι.

ΞΕ. Σαφῶς γὰρ ἡμῖν, ὦ Θεαίτητε, βελτίους γε-
γόνασιν ἄνδρες· ἐπεὶ τούτων οὐδ' ἂν ἓν ἐπαισχυν-
θεῖεν οἵ γε αὐτῶν σπαρτοί τε καὶ αὐτόχθονες, ἀλλὰ
διατείνοιντ' ἂν πᾶν ὃ μὴ δυνατοὶ ταῖς χερσὶ ξυμ-
πιέζειν εἰσίν, ὡς ἄρα τοῦτο οὐδὲν τὸ παράπαν ἐστί.

ΘΕΑΙ. Σχεδὸν οἷα διανοοῦνται λέγεις.

ΞΕ. Πάλιν τοίνυν ἀνερωτῶμεν αὐτούς· εἰ γάρ
τι καὶ σμικρὸν ἐθέλουσι τῶν ὄντων συγχωρεῖν ἀσώ-
ματον, ἐξαρκεῖ. τὸ γὰρ ἐπί τε τούτοις ἅμα καὶ ἐπ' D
ἐκείνοις ὅσα ἔχει σῶμα ξυμφυὲς γεγονός, εἰς ὃ βλέ-
ποντες ἀμφότερα εἶναι λέγουσι, τοῦτο αὐτοῖς ῥητέον.
Τάχ' οὖν ἴσως ἂν ἀποροῖεν· εἰ δέ τι τοιοῦτον πε-
πόνθασι, σκόπει, προτεινομένων ἡμῶν, ἆρ' ἐθέλοιεν
ἂν δέχεσθαι καὶ ὁμολογεῖν τοιόνδ' εἶναι τὸ ὄν.

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον δή; λέγε, καὶ τάχα εἰσόμεθα.

Ξ. et Par. F. In Flor. i. est *κατα τὰ αὐτά*. Verum vidit Heindorf.

C. *γεγόνασιν ἄνδρες*] Vett. editt. *οἱ ἄνδρες*. Libri *ἄνδρες*. Hinc cum Bekkero scripsimus *ἄνδρες*.

D. *εἰ δέ τι τοιοῦτον π.*] *δὲ* Heindorf. pro *δή*, quod libri mordicus tenent. Sed vide infra in commentariis.

γηγενεῖς. v. Valckenar. ad Eurip. Phoen. v. 670. p. 256." Heindorf.

D. *τὸ γὰρ ἐπί τε τούτοις ἅμα — ῥητέον*] Nam quod his pariter atque illis, quae sunt corporea, natura proprium est, ad quod respicientes utraque esse censent (i. e. in quo essentiam eorum positam arbitrantur) hoc iis dicendum est. Dein vulgo scribebatur: *τάχ' οὖν ἴσως ἂν ἀποροῖεν, εἰ δή τι τοιοῦτον πεπόνθασι. σκόπει, προτ.* quam scripturam tenuit etiam Bekkerus. Verum nihil profecto molestius est hoc asyndeto in *σκόπει, προτειν. κ. τ. λ.* quod vel unum sufficit ad excitandam in legentium animis malam suspicionem. Tolerabilior redditur oratio, ubi cum Bas. 1. et 2. verba haec: „*Τάχ' οὖν ἴσως ἂν ἀποροῖεν, εἰ δή τι τοιοῦτον πεπόνθασι,*" Theaeteto tribuerimus, quae ratio Cornario et Fischero placuit. Quanquam nec sic omnis eximitur scrupulus, quandoquidem ista, *εἰ δή τι τοιοῦτον πεπόνθασι*, difficultate non exigua premuntur. Itaque haud aegre obsecuti sumus Heindorfio, qui *δή* in *δέ* mutato locum integritati suae restituit.

ΞΕ. Λέγω δὴ τὸ καὶ ὁποιανοῦν κεκτημένον δύναμιν εἴτ' εἰς τὸ ποιεῖν ἕτερον ὁτιοῦν πεφυκὸς εἴτ'
E εἰς τὸ παθεῖν καὶ σμικρότατον ὑπὸ τοῦ φαυλοτάτου, κἂν εἰ μόνον εἰσάπαξ, πᾶν τοῦτο ὄντως εἶναι· τίθεμαι γὰρ ὅρον ὁρίζειν τὰ ὄντα, ὡς ἔστιν οὐκ ἄλλο τι πλὴν δύναμις.

ΘΕΑΙ. Ἀλλ' ἐπείπερ αὐτοί γε οὐκ ἔχουσιν ἐν τῷ παρόντι τούτου βέλτιον λέγειν, δέχονται τοῦτο.

ΞΕ. Καλῶς· ἴσως γὰρ ἂν εἰσύστερον ἡμῖν τε καὶ τούτοις ἕτερον ἂν φανείη. πρὸς μὲν οὖν τούτους τοῦτο
248 ἡμῖν ἐνταῦθα μενέτω ξυνομολογηθέν.

ΘΕΑΙ. Μένει.

Cap. XXXV. ΞΕ. Πρὸς δὴ τοὺς ἑτέρους ἴωμεν, τοὺς τῶν εἰδῶν φίλους· σὺ δ' ἡμῖν καὶ τὰ παρὰ τούτων ἀφερμήνευε.

ΘΕΑΙ. Ταῦτ' ἔσται.

ΞΕ. Γένεσιν, τὴν δὲ οὐσίαν χωρίς που διελόμενοι λέγετε; ἢ γάρ;

τὸ καὶ ὁποιανοῦν κεκτημένον] Post ὁποιανοῦν vett. editt. cum plerisque codd. inserunt τινά. Sed omittunt pronomen Bodl. Vat. Ven. *II*. Neque eo opus est: et videtur ex glossemate fluxisse. Dein Bodl. Vat. Ven. *II*. corrupte δύναμιν εἴ τις ποιεῖν ἕτερον, qualia interdum certe commemorasse iuvat, ne his codicibus ἀναμαρτησία tribuatur. Vitium extat etiam in Aldin.

E. ἴσως γὰρ ἄν εἰς ὕστερον] ἄν vulgo omissum, servarunt Vat. Ven. *ΠΑ*. Coisl. Par. BCEFH. Flor. a. b. c. i.

P. 248. Πρὸς δὴ τοὺς ἑτέρους ἴωμεν] δὴ Bodl. Vat.

εἴτ' εἰς τὸ ποιεῖν ἕτερον ὁτιοῦν πεφυκὸς] quod natura sua sive in aliud quidvis efficax est, sive vel tantillum per levissimum quid afficitur. Male haec verba exposuerunt interpretes, non perspicientes illi, ποιεῖν τι interdum Platoni esse: auf etwas einwirken, sich thätig zu etwas verhalten; quem loquendi usum tetigimus ad Theaetet. p. 159. E. Neque Schleiermacherus verum est assecutus, qui vertit: es sei nun ein Anderes zu irgend etwas zu machen. De κἂν εἰ v. ad Phaedon. p. 71. B.

E. τίθεμαι γὰρ ὅρον ὁρίζειν —] Nihil profeceris locum sic cum Heindorfio exponens: Pono enim, definitionem continere ea quae sunt, ut sint nihil aliud quam vis. Nam ita nos quidem τὸν articulum ante ὅρον desideramus. Accedit quod Plato scripsisset potius τὸν λόγον ὁρίζειν. Quocirca prorsus assentior Boeck-

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Καὶ σώματι μὲν ἡμᾶς γενέσει δι' αἰσθήσεως κοινωνεῖν, διὰ λογισμοῦ δὲ ψυχῇ πρὸς τὴν ὄντως οὐσίαν, ἣν ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ὡσαύτως ἔχειν φατέ, γένεσιν δὲ ἄλλοτε ἄλλως. B

ΘΕΑΙ. Φαμὲν γὰρ οὖν.

ΞΕ. Τὸ δὲ δὴ κοινωνεῖν, ὦ πάντων ἄριστοι, τί τοῦθ' ὑμᾶς ἐπ' ἀμφοῖν λέγειν φῶμεν; ἆρ' οὐ τὸ νῦν δὴ παρ' ἡμῶν ῥηθέν;

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Πάθημα ἢ ποίημα ἐκ δυνάμεώς τινος ἀπὸ τῶν πρὸς ἄλληλα ξυνιόντων γιγνόμενον. Τάχ' οὖν, ὦ Θεαίτητε, αὐτῶν τὴν πρὸς ταῦτα ἀπόκρισιν σὺ μὲν οὐ κατακούεις, ἐγὼ δὲ ἴσως διὰ συνήθειαν.

ΘΕΑΙ. Τίν' οὖν δὴ λέγουσι λόγον;

ΞΕ. Οὐ συγχωροῦσιν ἡμῖν τὸ νῦν δὴ ῥηθὲν πρὸς C *τοὺς γηγενεῖς οὐσίας πέρι.*

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον;

Ven. *ΠΑΣ.* Vind. Par. BCFH. Flor. a. b. c. i. Zitt. Editt. omnes *δέ*. Hoc dicit: *Igitur iam* ad alteros transeamus, posteaquam cum his nobis convenit.

παρὰ τούτων ἀφερμήνευε] Stephanus *ἐφερμήνευε* de suo dedit. Libri omnes recte *ἀφερμήνευε*.

Γένεσιν, τὴν δὲ οὐσίαν] Stephanus de coniectura Cornarii dedit: *Τὴν μὲν οὖν γένεσιν*. Temere.

B. *λέγειν φῶμεν*] Sic Bodl. Vat. Ven. *Π*. Flor. i. Vett. editt. ordine inverso *φῶμεν λέγειν*. De Ven. *Π*. tacet tamen Bastius.

hio *ὁρίζων* corrigenti, quo restituto omnia integritatem suam recuperabunt.

τούτου βέλτιον λέγειν] Ne malis *βέλτιόν τι λέγειν*, vide ann. ad Symp. 175. B. ubi plurima alia id genus exempla dedimus.

P. 248. *Γένεσιν, τὴν δὲ οὐσίαν* —] H. e. *τὴν μὲν γένεσιν, τὴν δὲ οὐσίαν*. v. ad Protagor. p. 330. A. et Remp. V. p. 451. E. Male Stephanus auctoritate Cornarii scripsit *τὴν μὲν οὖν γένεσιν*, quod mirum quantum recedit a fide librorum manu scriptorum.

πρὸς τὴν ὄντως οὐσίαν] H. e. *τῇ ὄντως οὐσίᾳ*. Structura verborum variata est perspicuitatis gratia et ut dativorum concursus evitaretur. Nam illud quidem non veremur, ne quis post *οὐσίαν* infinitivum *λέναι* excidisse suspicetur.

ΞΕ. Ἱκανὸν ἔθεμεν ὅρον που τῶν ὄντων, ὅταν τῳ παρῇ ἡ τοῦ πάσχειν ἢ δρᾶν καὶ πρὸς τὸ σμικρότατον δύναμις;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Πρὸς δὴ ταῦτα τόδε λέγουσιν, ὅτι γενέσει μὲν μέτεστι τοῦ πάσχειν καὶ ποιεῖν δυνάμεως, πρὸς δὲ οὐσίαν τούτων οὐδετέρου τὴν δύναμιν ἁρμόττειν φασίν.

ΘΕΑΙ. Οὐκοῦν λέγουσί τι;

ΞΕ. Πρὸς ὅ γε λεκτέον ἡμῖν, ὅτι δεόμεθα παρ' D αὐτῶν ἔτι πυθέσθαι σαφέστερον, εἰ προσομολογοῦσι τὴν μὲν ψυχὴν γιγνώσκειν, τὴν δ' οὐσίαν γιγνώσκεσθαι.

ΘΕΑΙ. Φασὶ μὴν τοῦτό γε.

ΞΕ. Τί δέ; τὸ γιγνώσκειν ἢ τὸ γιγνώσκεσθαι φατὲ ποίημα ἢ πάθος ἢ ἀμφότερον; ἢ τὸ μὲν πάθημα, τὸ δὲ θάτερον; ἢ παντάπασιν οὐδέτερον οὐδετέρου τούτων μεταλαμβάνειν;

ΘΕΑΙ. Δῆλον, ὡς οὐδέτερον οὐδετέρου· τἀναντία γὰρ ἂν τοῖς ἔμπροσθεν λέγοιεν.

D. *ἢ τὸ μὲν πάθημα, τὸ δὲ θάτερον*] Desunt haec in Bas. 2. Coisl. Ven *A*. Par. BCEFH. Flor. a. b. c. Nec expressa sunt a Ficino. Heindorfius pro *πάθημα* coni. *ποίημα*: quo non opus.

Μανθάνω, τόδε γε] Bodl. Vat. Ven. *Π. μανθάνω*: *τὸ δὲ ὡς*. Ven. *ΑΣ*. Vind. Par. BCEFH. Flor. a. c. Zitt. *μανθάνω*:

C. *Ἱκανὸν ἔθεμεν ὅρον που τῶν ὄντων, ὅταν*] De hac orationis forma ac specie contulisse invabit quae ad Phaedon. p. 68. B. adscripsimus. conf. Schaefer. ad Demosth. p. 506. 10. et 877. ed. Reisk. ad Poet. Gnom. p. 186. Matthiae Gr. §. 481. 2.

D. *Μανθάνω, τόδε γε*] Sc. *ἐναντίον τοῖς ἔμπροσθεν λέγοιεν ἄν*. In vett. editt. ista: *δῆλον ὡς οὐδέτερον οὐδετέρου— λέγοιεν* ad hospitis orationem referuntur, ac Theaeteto tribuuntur haec: *Μανθάνω τόδε γε*: quo facto hospes pergit inde ab verbis his: *ὡς τὸ γιγνώσκειν εἴπερ ἔστιι κ. τ. λ.* Quae ratio quot quantisque incommodis premiatur, exponere non attinet. Vitium primus sustulit Heusdius, quem sequuti sunt Heindorfius, Bekkerus, Astius.

E. *ὡς ἀληθῶς κίνησιν καὶ ζωὴν — ἑστὸς εἶναι*] Negat verisimile esse, ideas esse rigidas, immutatas, immobiles, quales volebant esse qui *οὐσίας* istas *ἀκινήτους* statuebant. Nam si

ΞΕ. Μανθάνω, τόδε γε, ὡς τὸ γιγνώσκειν εἴπερ ἔσται ποιεῖν τι, τὸ γιγνωσκόμενον ἀναγκαῖον **E**
αὖ ξυμβαίνει πάσχειν. τὴν οὐσίαν δὴ κατὰ τὸν λόγον τοῦτον γιγνωσκομένην ὑπὸ τῆς γνώσεως, καθ' ὅσον γιγνώσκεται, κατὰ τοσοῦτον κινεῖσθαι διὰ τὸ πάσχειν, ὃ δή φαμεν οὐκ ἂν γενέσθαι περὶ τὸ ἠρεμοῦν.

ΘΕΑΙ. Ὀρθῶς.

ΞΕ. Τί δαὶ πρὸς Διός; ὡς ἀληθῶς κίνησιν καὶ ζωὴν καὶ ψυχὴν καὶ φρόνησιν ἢ ῥᾳδίως πεισθησόμεθα τῷ παντελῶς ὄντι μὴ παρεῖναι, μηδὲ ζῆν αὐτὸ μηδὲ φρονεῖν, ἀλλὰ σεμνὸν καὶ ἅγιον νοῦν οὐκ ἔχον **249**
ἀκίνητον ἑστὸς εἶναι;

ΘΕΑΙ. Δεινόν μέντ' ἄν, ὦ ξένε, λόγον συγχωροῖμεν.

ΞΕ. Ἀλλὰ νοῦν μὲν ἔχειν, ζωὴν δὲ μὴ φῶμεν;

ΘΕΑΙ. Καὶ πῶς;

ΞΕ. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀμφότερα ἐνόντ' αὐτῷ λέγομεν, οὐ μὴν ἐν ψυχῇ γε φήσομεν αὐτὸ ἔχειν αὐτά;

ΘΕΑΙ. Καὶ τίν' ἂν ἕτερον ἔχοι τρόπον;

τὸ δέ γε ὡς κ. τ. λ. In Bass. et Steph. loquendi partes sic distributae sunt: *μεταλαμβάνειν; δῆλον ὡς — — λέγουσιν. Θ. μανθάνω τόδε γε. Ξ. ὡς τὸ γιγνώσκειν κ. τ. λ.* Sic etiam Ficinus. Sed v. infra. Continuant inde ab *ὡς τὸ γιγνώσκειν* orationem priori interlocutori Coisl. Ven. Ξ. Par. E.

P. 249. *ἑστὸς εἶναι*] Sic Bodl. Vat. Ven. *Π.* V. *ἑστώς.*

cognoscuntur, inquit, certe aliquo modo afficiuntur, quoniam quidquid cognoscitur, id cognoscendo moveatur et afficiatur necesse est. Neque probabile est ei, quod perfecte est, prorsus deesse motum, vitam, mentem, intelligentiam. Manifestum putamus haec ita disputari, ut ipsius Platonis rationem aperiant. Plato enim, quum ideas censeret esse sempiternas numinis divini cogitationes sive notiones ipsa rerum veritate expressas, profecto ideis etiam vim vigoremque quendam assignavit; quod qua ratione fecerit, nuper in Prolegomenis ad Parmenidem disputavimus. Quanquam cavendum est, ne eum existimemus ideas suas in ipsam mentem rationemque divinam commutavisse. In quem gravissimum errorem iuxta cum aliis nuper incidit H. Bonitzius Disputatt. Platonic. p. 41 sq. qui ex hoc ipso loco efficere conatus est, ipsam mentem divinam in ideis numerari. Verum hic locus quomodo intelligendus sit, in Prolegomenis exposuimus.

ΞΕ. Ἀλλὰ δῆτα νοῦν μὲν καὶ ζωὴν καὶ ψυχήν, ἀκίνητον μέντοι τὸ παράπαν ἔμψυχον ὂν ἑστάναι;

B ΘΕΑΙ. Πάντα ἔμοιγε ἄλογα ταῦτ' εἶναι φαίνεται.

ΞΕ. Καὶ τὸ κινούμενον δὴ καὶ κίνησιν συγχωρητέον ὡς ὄντα.

ΘΕΑΙ. Πῶς δ' οὔ;

ΞΕ. Ξυμβαίνει δ' οὖν, ὦ Θεαίτητε, ἀκινήτων τε ὄντων νοῦν μηδενὶ περὶ μηδενὸς εἶναι μηδαμοῦ.

ΘΕΑΙ. Κομιδῇ μὲν οὖν.

ΞΕ. Καὶ μὴν ἐὰν αὖ φερόμενα καὶ κινούμενα πάντ' εἶναι συγχωρῶμεν, καὶ τούτῳ τῷ λόγῳ ταὐτὸν τοῦτο ἐκ τῶν ὄντων ἐξαιρήσομεν.

ΘΕΑΙ. Πῶς;

ΞΕ. Τὸ κατὰ ταὐτὰ καὶ ὡσαύτως καὶ περὶ τὸ C αὐτὸ δοκεῖ σοι χωρὶς στάσεως γενέσθαι ποτ' ἄν;

Ξυμβαίνει δ' οὖν] *γοῦν* Flor. i. et Simplicius.

C. *ἢ γενόμενον ἂν καὶ ὁπουοῦν*] Pro *ἄν* Bodl. Vat. Ven. *Π.* habent *αὖ*. pessime. v. ad Tim. p. 21. D. Remp. V. p. 478. E. VIII. p. 562. A. Offenderunt igitur boni critici in hoc usu particulae *ἄν* cum participio consociatae. Par. F. *ὁπηοῦν*.

παντὶ λόγῳ μαχετέον] V. *μαχητέον*. Sed *μαχετέον* Bodl. Vat. Ven. *ΠΑΣ*. Coisl. Vind. Par. BFEH. Zitt. Utrumque usitatum: unde singulis locis quid codd. suadeant diligenter observan-

P. 249. B. *Ξυμβαίνει δ' οὖν—μηδαμοῦ*] Certe consequitur, si immota sint, nemini usquam de ulla parte rationem et intelligentiam posse contingere. Pro *δ' οὖν* corrigendum videtur *γοῦν*, in quam coniecturam etiam Astium incidisse videmus; idque habet Flor. i. et Simplicius. Pro *ἀκινήτων τε ὄντων*, quod Heindorfius reponi iussit *ἀκινήτων τε ὄντων τῶν ὄντων*; non vidit ille, genitivum ex *νοῦν* pendere et *μηδενί* masculino genere esse accipiendum. Vocula *τε*, quam omisit Simplicius, hic quoque referenda est ad proximam hospitis Eleatici orationem: conf. p. 245. B. Respondent enim in sequentibus *καὶ μὴν αὖ*.

ταὐτὸν τοῦτο ἐκ τῶν ὄντων ἐξ.] In his *ταὐτὸν τοῦτο* est pariter, item. Nam ad *ἐξαιρήσομεν* intelligitur *αὐτά*. Usum hunc vocularum, qui hic quoque interpretes latuit, exemplis demonstravimus ad Remp. VII. p. 535. D. et Sympos. p. 169. E. Mox *ἢ γενόμενον ἄν* idem est quod *ἢ ὅτι γένοιτο ἄν*; h. e. existere posse. v. annot. critic.

C. *μήτε τῶν ἓν ἢ καὶ τὰ πολλὰ*—] *Τὸ ἕν* immotum volebant esse Parmenides eiusque assectatores; sed *τὰ πολλὰ εἴδη* immobilia statuerunt Megarici. Utrosque igitur non audiendos esse censet ob eas caussas, quas in superioribus exposuit. Nec

ΘΕΑΙ. Οὐδαμῶς.

ΞΕ. Τί δ'; ἄνευ τούτων νοῦν καθορᾷς ὄντα ἢ γενόμενον ἂν καὶ ὁπουοῦν;

ΘΕΑΙ. Ἥκιστα.

ΞΕ. Καὶ μὴν πρός γε τοῦτον παντὶ λόγῳ μαχετέον, ὃς ἂν ἐπιστήμην ἢ φρόνησιν ἢ νοῦν ἀφανίζων ἰσχυρίζηται περί τινος ὁπηοῦν.

ΘΕΑΙ. Σφόδρα γε.

ΞΕ. Τῷ δὴ φιλοσόφῳ καὶ ταῦτα μάλιστα τιμῶντι πᾶσα, ὡς ἔοικεν, ἀνάγκη διὰ ταῦτα μήτε τῶν ἓν ἢ καὶ τὰ πολλὰ εἴδη λεγόντων τὸ πᾶν ἑστηκὸς ἀποδέχεσθαι, τῶν τε αὖ πανταχῇ τὸ ὂν κινούντων D *μηδὲ τὸ παράπαν ἀκούειν, ἀλλὰ κατὰ τὴν τῶν παίδων εὐχήν, ὅσα ἀκίνητα καὶ κεκινημένα, τὸ ὂν τε καὶ τὸ πᾶν ξυναμφότερα λέγειν.*

dum est. Itaque supra p. 241. D. *διαμαχητέον* reliquimus auctoritate codicum: De Rep. II. p. 380. B. ambigunt codd. Sed Sophocl. Antig. v. 1106. *δυσμαχητέον* certam sedem habet. Damnat formam *μαχετέον* A. Matthiae Gr. T. I. p. 510. ed. 3. sed conf. Lobeck. ad Phryn. p. 446. et Schneider. ad Remp. T. I. p. 195.

D. *τῶν τε αὖ πανταχῇ*] Vett. editt. *δὲ αὖ*, quod tuentur teste Bastio Ven. *Σ*. Par. B. tuetur item Zittav.

vero eos probat, qui omnia perpetuo moveant, quod faciebant Heraclitei. Verum igitur in medio positum esse arbitratur, quum ei, quod est, et naturae suae constantia ac sempiternitas vindicanda sit et vero etiam attribuenda varietas atque motus. Post *μήτε* quod in altero membro infertur *τε αὖ* sequente *μηδέ*, alia id genus exempla ad Apol. Socr. p. 26. C. et Sympos. p. 223. C. adscripsimus. Dubitari tamen licebit, an servandum sit quod vett. editt. habent *δὲ αὖ*. Nam ita in altero membro cum maiore vi et gravitate negatur, audiendos esse qui omnia moveant. v. ad Remp. X. p. 608. B. Sed Codd. mss. si Bekkerum audimus, omnes *τε* firmant; sin Bastio fides est, de quattuor libris, quorum lectiones fidelissime ab eo excerptas nos possidemus, duo tantum *τε* scriptum habent, ceteri veterem scripturam tuentur. Videtur igitur Bekkerus *συνεκδοχικῶς* totum pro parte posuisse, quod saepius ita ab eo factum esse meminimus.

D. *κατὰ τὴν τῶν παίδων εὐχήν, ὅσα ἀκίνητα* —] Videtur respici ad lusum quendam puerorum, in quo ludentes dicebant, *ὅσα ἀκίνητα, καὶ κεκινημένα εἴη*! Quod si vere coniecimus, ne litterula quidem loco movenda videbitur, planeque supervacanea esse Schleiermacheri coniectura, legendum putantis: *ὡς ἀκίνητα καὶ κεκινη-*

ΘΕΑΙ. Ἀληθέστατα.

Cap. XXXVI. *ΞΕ. Τί οὖν; ἆρ' οὐκ ἐπιεικῶς ἤδη φαινόμεθα περιειληφέναι τῷ λόγῳ τὸ ὄν;*

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΞΕ. Βαβαὶ μέντ' ἂν ἄρα, ὦ Θεαίτητε, ὡς μοι δοκοῦμεν νῦν αὐτοῦ γνώσεσθαι πέρι τὴν ἀπορίαν
E *τῆς σκέψεως.*

ΘΕΑΙ. Πῶς αὖ καὶ τί τοῦτ' εἴρηκας;

ΞΕ. Ὦ μακάριε, οὐκ ἐννοεῖς, ὅτι νῦν ἐσμὲν ἐν ἀγνοίᾳ τῇ πλείστῃ περὶ αὐτοῦ, φαινόμεθα δέ τι λέγειν ἡμῖν αὐτοῖς;

ΘΕΑΙ. Ἐμοὶ γοῦν· ὅπῃ δ' αὖ λελήθαμεν οὕτως ἔχοντες, οὐ πάνυ ξυνίημι.

ΞΕ. Σκόπει δὴ σαφέστερον, εἰ ταῦτα νῦν ξυνο-
250 *μολογοῦντες δικαίως ἂν ἐπερωτηθεῖμεν, ἅπερ αὐτοὶ τότε ἠρωτῶμεν τοὺς λέγοντας εἶναι τὸ πᾶν θερμὸν καὶ ψυχρόν.*

ΘΕΑΙ. Ποῖα; ὑπόμνησόν με.

ΞΕ. Πάνυ μὲν οὖν· καὶ πειράσομαί γε δρᾶν

ξυναμφότερα λέγειν] *λέγει* Bodl. Vat. Ven. *Π.* Schleiermacherus et Heindorfius legendum censent: *ὡς ἀκίνητα καὶ κεκινημένα τὸ ὄν τε καὶ τὸ πᾶν ξυναμφότερα λέγειν.*

Βαβαὶ μέντ' ἂν ἄρα] Bodl. *βαβαῖ μεντἄνἄρα* (sic). Par. F. pro *μέντ' ἂν* in marg. *μηδέν.*

μένα τὸ ὄν τε καὶ τὸ πᾶν ξυναμφότερα λέγειν. Itaque nihil nisi comma post *πᾶν* sustulimus, ut cohaereant, *τὸ ὄν τε καὶ τὸ πᾶν ξυναμφότερα λέγειν*, sc. *τὸ ἀκίνητον καὶ τὸ κεκινημένον.* Quae Winckelmannus ad Euthydem. p. 123. de hoc loco exposuit, ea nobis quidem haudquaquam satisfaciunt, ut ea silentio praeterire satius ducamus.

Βαβαὶ μέντ' ἂν ἄρα —] Corrupta haec esse quis dubitet? Cod. Par. F. pro *μέντ' ἄν* habet *μηδέν* et pro *περὶ πλήν.* Quo usus Heindorfius hanc concinnavit loci scripturam: *Βαβαὶ ἄρα, ὦ Θεαίτητε, ὡς μοι δοκοῦμεν νῦν αὐτοῦ μηδὲν ἂν γνώσεσθαι πέρι πλὴν τὴν ἀπορίαν τῆς σκέψεως.* Id vero est hariolari. Rectius scripseris *μέντ' αὖ*, ut nihil nisi *ἄν* vitiatum putetur. Ita totius loci sententia haec erit: Papae, tamen vicissim, o Theaetete, quam mihi videmur nunc de eo cognituri esse quaestionis difficultatem! Frequens est *βαβαί* et *βαβαὶ ἄρα* sequentibus relativis, quibus exclamatio significatur. Phaedr. p. 236. E. *βαβαί, ὦ μιαρέ, ὡς εὖ ἀνεῦ-*

τοῦτο ἐρωτῶν σὲ καθάπερ ἐκείνους τότε, ἵνα ἅμα τι καὶ προΐωμεν.

ΘΕΑΙ. Ὀρθῶς.

ΞΕ. Εἶεν δή, κίνησιν καὶ στάσιν ἆρ' οὐκ ἐναντιώτατα λέγεις ἀλλήλοις;

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Καὶ μὴν εἶναί γε ὁμοίως φῂς ἀμφότερα αὐτὰ καὶ ἑκάτερον;

ΘΕΑΙ. Φημὶ γὰρ οὖν. B

ΞΕ. Ἆρα κινεῖσθαι λέγων ἀμφότερα καὶ ἑκάτερον, ὅταν εἶναι συγχωρῇς;

ΘΕΑΙ. Οὐδαμῶς.

ΞΕ. Ἀλλ' ἑστάναι σημαίνεις λέγων αὐτὰ ἀμφότερα εἶναι;

ΘΕΑΙ. Καὶ πῶς;

ΞΕ. Τρίτον ἄρα τι παρὰ ταῦτα τὸ ὂν ἐν τῇ ψυχῇ τιθείς, ὡς ὑπ' ἐκείνου τήν τε στάσιν καὶ τὴν κίνησιν περιεχομένην, συλλαβὼν καὶ ἀπιδὼν αὐτῶν

E. *εἰ ταῦτα νῦν ξυνομολογοῦντες*] *εἰ τὰ* Bodl. *εἴτα* Vat. Ven. *Π.*

P. 250. *δικαίως ἂν ἐπερωτηθεῖμεν*] Sic optimi pro vulg. *ἐπερωτηθείημεν.*

B. *Τρίτον ἄρα τι*] Sic plurimi optimique libri. Vett. editt. *τρίτον ἄρτι.*

ρεις. De Rep. II. p. 361. D. *βαβαί —, ὡς ἐῤῥωμένως ἑκάτερον ἐκκαθαίρεις τοῖν ἀνδροῖν.* Ibid. V. p. 459. B. Alcib. I. 118. B. *βαβαὶ ἄρα, ὦ Ἀλκιβιάδη, οἷον πάθος πέπονθας.* Ibid. 119. C. *βαβαί, οἷον, ὦ ἄριστε, τοῦτ' εἴρηκας.* Interponitur autem *μέντ' ἄν*, ut cum admiratione quadam significetur, contrarium paene eorum, quae Theaetetus putaverat, evenire videri, siquidem controversia non composita sed nova dubitatio excitata sit.

P. 250. B. *Τρίτον ἄρα τι παρὰ ταῦτα —*] Ergo tanquam tertium quiddam *τὸ ὄν* animo informans et quietem motionemque ab illo comprehendi existimans respiciensque illarum cum eo quod est (*τῇ οὐσίᾳ*) communitatem utrumque (et quietem et motum) esse dicis, h. e. et quietis et motus vim naturamque cum eo quod est copulari posse censes. Dein *ἀπομαντεύεσθαι* de eo, qui quid non tam exploratum habet quam fore suspicatur, usurpatur a Platone saepissime, cuius rei exempla consignavimus ad Remp. I. p. 349. A.

πρὸς τὴν τῆς οὐσίας κοινωνίαν, οὕτως εἶναι προσεῖπας ἀμφότερα;

C ΘΕΑΙ. Κινδυνεύομεν ὡς ἀληθῶς τρίτον ἀπομαντεύεσθαί τι τὸ ὄν, ὅταν κίνησιν καὶ στάσιν εἶναι λέγωμεν.

ΞΕ. Οὐκ ἄρα κίνησις καὶ στάσις ἐστὶ ξυναμφότερον τὸ ὄν, ἀλλ' ἕτερον δή τι τούτων.

ΘΕΑΙ. Ἔοικε.

ΞΕ. Κατὰ τὴν αὑτοῦ φύσιν ἄρα τὸ ὂν οὔτε ἕστηκεν οὔτε κινεῖται.

ΘΕΑΙ. Σχεδόν.

ΞΕ. Ποῖ δὴ χρὴ τὴν διάνοιαν ἔτι τρέπειν τὸν βουλόμενον ἐναργές τι περὶ αὐτοῦ παρ' ἑαυτῷ βεβαιώσασθαι;

ΘΕΑΙ. Ποῖ γάρ;

ΞΕ. Οἶμαι μὲν οὐδαμόσε ἔτι ῥᾴδιον. εἰ γάρ τι D μὴ κινεῖται, πῶς οὐχ ἕστηκεν; ἢ τὸ μηδαμῶς ἑστὸς πῶς οὐκ αὖ κινεῖται; τὸ δὲ ὂν ἡμῖν νῦν ἐκτὸς τούτων ἀμφοτέρων ἀναπέφανται. ἢ δυνατὸν οὖν τοῦτο;

ΘΕΑΙ. Πάντων μὲν οὖν ἀδυνατώτατον.

ΞΕ. Τόδε τοίνυν μνησθῆναι δίκαιον ἐπὶ τούτοις.

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον;

εἶναι προσεῖπας] προσεῖπες Bodl. Vat. Ven. *Π.* Par. BC. Flor. a. b. c. i. (sed i a m. sec.).

C. *Ποῖ δὴ χρὴ τὴν δ.*] *δὴ* addunt Bodl. Vat. Ven *ΠΞΣ.* Vind. Flor. i. Zitt. Vulgo aberat.

D. *μηδαμῶς ἑστὸς*] V. *ἑστὼς*, quod e Bodl. Vat. mutatum.

πάσῃ συνεσχόμεθα] Sic Vat. Ven. *Π.* Coisl. Par. BC. Flor. a. c. Vulgo *συνεχόμεθα.* Ven. *Ξ. συνειχόμεθα*, quod coniectabat Heindorf.

D. *πάσῃ συνεσχόμεθα ἀπορίᾳ*] Heindorfius *συνειχόμεθα* correxit. De aoristo medii passive posito conf. Phaedr. p. 244. E. *λύσιν τῷ ὀρθῶς μανέντι καὶ κατασχομένῳ.* Theaet. p. 165. B. *ἐν φρέατι συσχόμενος.* Eurip. Hippol. v. 27. *Φαίδρα καρδίαν κατέσχετο ἔρωτι δεινῷ.* ubi v. annot. Matthiae Gr. §. 496. 5.

E. *καὶ θάτερον οὕτως ἀναφαίνεσθαι*] Infinitivus hic temporis praesentis adeo offendit Heindorfium, ut sine librorum auctoritate scripserit *ἀναφανεῖσθαι.* Quod nos quidem factum nollemus. Nec quisquam consilium viri docti probabit, qui legerit nostra ad Phaedon. p. 67.

ΞΕ. Ὅτι τοῦ μὴ ὄντος ἐρωτηθέντες τοὔνομα ἐφ' ὅ τί ποτε δεῖ φέρειν, πάσῃ συνεσχόμεθα ἀπορίᾳ. μέμνησαι;

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Μῶν οὖν ἐν ἐλάττονί τινι νῦν ἐσμὲν ἀπορίᾳ περὶ τὸ ὄν; E

ΘΕΑΙ. Ἐμοὶ μέν, ὦ ξένε, εἰ δυνατὸν εἰπεῖν, ἐν πλείονι φαινόμεθα.

ΞΕ. Τοῦτο μὲν τοίνυν ἐνταῦθα κείσθω διηπορημένον· ἐπειδὴ δὲ ἐξ ἴσου τό τε ὂν καὶ τὸ μὴ ὂν ἀπορίας μετειλήφατον, νῦν ἐλπὶς ἤδη, καθάπερ ἂν αὐτῶν θάτερον εἴτε ἀμυδρότερον εἴτε σαφέστερον ἀναφαίνηται, καὶ θάτερον οὕτως ἀναφαίνεσθαι· καὶ ἐὰν αὖ μηδέτερον ἰδεῖν δυνώμεθα, τὸν γοῦν λόγον 251
ὅπηπερ ἂν οἷοί τε ὦμεν εὐπρεπέστατα διωσόμεθα οὕτως ἀμφοῖν ἅμα.

ΘΕΑΙ. Καλῶς.

ΞΕ. Λέγωμεν δὴ καθ' ὅντινα ποτὲ τρόπον πολλοῖς ὀνόμασι ταὐτὸν τοῦτο ἑκάστοτε προσαγορεύομεν.

ΘΕΑΙ. Οἷον δὴ τί; παράδειγμα εἰπέ.

Cap. XXXVII. ΞΕ. Λέγομεν ἄνθρωπον δήπου πόλλ' ἄττα ἐπονομάζοντες, τά τε χρώματα ἐπιφέροντες αὐτῷ καὶ τὰ σχήματα καὶ μεγέθη καὶ κακίας καὶ

P. 251. *διωσόμεθα οὕτως*] Sic libri omnes. Heindorf. coni. *διωξόμεθα*.

ταὐτὸν τοῦτο ἑκάστοτε] *ταὐτὸ* vulgo. Illud suppeditarunt Vat. Ven. *Π*.

καὶ μεγέθη καὶ κακίας] V. *καὶ τὰ μεγέθη*. Articulum om. Bodl. Vat. Ven. *Π*. et Simplicius in Phys. Arist. I. fol. 21. b. Recte. v. ann.

E. et Criton. p. 52. C. D.

P. 251. *εὐπρεπέστατα διωσόμεθα οὕτως ἀμφοῖν ἅμα*] certe quidem orationem, quam decentissime poterimus, de utroque simul profligabimus. Sed *διωθεῖσθαι* valde dubitamus num usquam hac aut simili significatione (velut i nostrum durchbringen) dicatur. Itaque Heindorfius *διωξόμεθα* scripsit de coniectura sua. Verum nec *διώκειν* hic apte positum est. Quamobrem aliud vitium hic latet. Vide an reponendum sit *διασωσόμεθα*. Nam medium quidem verbum in hac sententiae ratione nihil utique habet offensionis.

καὶ μεγέθη καὶ κακίας]

ἀρετάς, ἐν οἷς πᾶσι καὶ ἑτέροις μυρίοις οὐ μόνον
B ἄνθρωπον αὐτὸν εἶναι φαμέν, ἀλλὰ καὶ ἀγαθὸν καὶ
ἕτερα ἄπειρα, καὶ ταῦλα δὴ κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον
οὕτως ἓν ἕκαστον ὑποθέμενοι πάλιν αὐτὸ πολλὰ καὶ
πολλοῖς ὀνόμασι λέγομεν.

ΘΕΑΙ. Ἀληθῆ λέγεις.

ΞΕ. Ὅθεν γε, οἶμαι, τοῖς τε νέοις καὶ τῶν γε-
ρόντων τοῖς ὀψιμαθέσι θοίνην παρεσκευάκαμεν· εὐ-
θὺς γὰρ ἀντιλαβέσθαι παντὶ πρόχειρον ὡς ἀδύνα-
τον τά τε πολλὰ ἓν καὶ τὸ ἓν πολλὰ εἶναι, καὶ δή-
που χαίρουσιν οὐκ ἐῶντες ἀγαθὸν λέγειν ἄνθρωπον,
ἀλλὰ τὸ μὲν ἀγαθὸν ἀγαθόν, τὸν δὲ ἄνθρωπον ἄν-
C θρωπον. ἐντυγχάνεις γάρ, ὦ Θεαίτητε, ὡς ἐγῷμαι,
πολλάκις τὰ τοιαῦτα ἐσπουδακόσιν, ἐνίοτε πρεσβυ-
τέροις ἀνθρώποις, καὶ ὑπὸ πενίας τῆς περὶ φρόνη-

B. Ὅθεν γε, οἶμαι] τε Bodl. Vat. Ven. *II.*

C. καὶ πάσσοφον οἰομένοις] V. πάνσοφον. Illam scripturam habent Bodl. Vat. Ven. *II.*

De articulo primis nominibus praemisso, sed ante cetera nomina non repetito, v. ad Euthyphr. p. 7. C. Criton. p. 47. C.

B. Ὅθεν γε, οἶμαι, τοῖς τε νέοις—] Fuerunt igitur illa aetate, qui suam cuique rei censerent esse proprietatem, omnemque praedicati ac subiecti copulationem funditus tollerent. Itaque volebant quidem hominem appellari; sed hominem magnum vel parvum, bonum vel malum, vocari non volebant. Hi quinam fuerint, ad coniiciendum non est difficile. Nam primum quidem intelligendi sunt Sophistarum, Gorgiae et Protagorae maxime, filii, in quorum numero etiam habendus Antisthenes est, discipulus Gorgiae. Maxime vero tangi videntur Euthydemus et Dionysodorus, sicuti ex nomine ὀψιμαθεῖς colligimus. Nam hi quum ab ipso Platone in Euthydemo p. 272. B. seri studiorum fuisse perhibeantur; tum utuntur etiam argumentationibus iis, quae ex hoc placito deductae sint, sicuti in Prolegg. ad Euthydem. p. 37. monuimus. Praeterea tanguntur etiam Megarici, qui dudum scilicet hanc sapientiam fecissent suam. Certe quidem Plutarchus advers. Colot. p. 1119. c. s. 22. p. 573. Vol. V. I. ed. Wyttenb. auctor est, Stilponem in hoc decreto exornando multum fuisse. conf. Prolegg. nostra ad Parmenid. p. 63 sqq. et Deyksius De Megaricis p. 83 sq. Tangitur haec istorum hominum opinio etiam Phileb. p. 14. C. sqq. et Parmenid. p. 129. A. B. C. D. Ce-

σιν κτήσεως τὰ τοιαῦτα τεθαυμακόσι, καὶ δή τι καὶ πάσσοφον οἰομένοις τοῦτ' αὐτὸ ἀνευρηκέναι.

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΞΕ. Ἵνα τοίνυν πρὸς ἅπαντας ἡμῖν ὁ λόγος ᾖ τοὺς πώποτε περὶ οὐσίας καὶ ὁτιοῦν διαλεχθέντας, ἔστω καὶ πρὸς τούτους καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους, ὅσοις D ἔμπροσθεν διειλέγμεθα, τὰ νῦν ὡς ἐν ἐρωτήσει λεχθησόμενα.

ΘΕΑΙ. Τὰ ποῖα δή;

ΞΕ. Πότερον μήτε τὴν οὐσίαν κινήσει καὶ στάσει προσάπτωμεν μήτε ἄλλο ἄλλῳ μηδὲν μηδενί, ἀλλ' ὡς ἄμικτα ὄντα καὶ ἀδύνατα μεταλαμβάνειν ἀλλήλων οὕτως αὐτὰ ἐν τοῖς παρ' ἡμῖν λόγοις τιθῶμεν; ἢ πάντα εἰς ταὐτὸν ξυνάγωμεν ὡς δυνατὰ ἐπικοινωνεῖν ἀλλήλοις; ἢ τὰ μέν, τὰ δὲ μή; Τούτων, ὦ Θεαίτητε, τί ποτ' ἂν προαιρεῖσθαι τούτους φήσαιμεν; E

D. καὶ ἀδύνατα μεταλαμβάνειν] ἀδύνατον Bodl. Vat. Ven. *II.* quod defendit Bernhardy Syntax. p. 336.
προαιρεῖσθαι τούτους φήσαιμεν] αὐτοὺς προαιρεῖσθαι φήσαιμεν Bodl. Vat. Ven. *II.* v. ad Crit. 45. A. Symp. 181. E.

terum non caret acerbitate quadam, quod qui istis argutiis operam dabant, *νέοι* et *ὀψιμαθεῖς* appellantur. Nam *νέους* constat etiam petulantes ac protervos vocari; *ὀψιμαθεῖς* autem sunt rixosi et contentiosi, siquidem senes solent esse morosiores. Cicero ad Divers. IX. 20. *ὀψιμαθεῖς* autem homines scis quam insolentes sint. — *ἀντιλαβέσθαι* i. q. *ἀνθάπτεσθαι*, corripere et reprehendere.

C. *ὑπὸ πενίας τῆς περὶ φρ. κτ.*] Germanice dixeris: aus Armuth an geistigem Besitzthum. — *καὶ ὁτιοῦν διαλ.* vel tantillum. v. ad Apolog. Socrat. p. 35. B.

D. *Πότερον μήτε τὴν οὐσίαν* —] Triplicem cogitari posse ostendit rationem, qua res earumque attributa inter sese copulentur. Etenim aut fieri omnino non posse statuit, ut idem subiectum plura ac diversa attributa habeat, sive, ex Platonis ratione, ut res una eademque ad similitudinem plurium ac diversarum idearum comparata sit; aut fieri posse, ut omnia, quotquot sint, attributa eidem subiecto simul propria sint; aut denique, fieri posse, ut quaedam tantum eidem subiecto possint esse attributa, quaedam non possint. Duas priores rationes reiiciendas ultimamque tantum comprobandam esse philosophus deinceps subtili disputatione demonstrare instituit.

ΘΕΑΙ. Ἐγὼ μὲν ὑπὲρ αὐτῶν οὐδὲν ἔχω πρὸς ταῦτα ἀποκρίνασθαι. τί οὖν οὐ καθ' ἓν ἀποκρινόμενος ἑφ' ἑκάστου τὰ ξυμβαίνοντα ἐσκέψω;

ΞΕ. Καλῶς λέγεις, καὶ τιθῶμεν γε αὐτοὺς λέγειν, εἰ βούλει, πρῶτον μηδενὶ μηδὲν μηδεμίαν δύναμιν ἔχειν κοινωνίας εἰς μηδέν. οὐκοῦν κίνησίς τε καὶ στάσις οὐδαμῇ μεθέξετον οὐσίας;

252 *ΘΕΑΙ. Οὐ γὰρ οὖν.*

ΞΕ. Τί δέ; ἔσται πότερον αὐτῶν οὐσίας μὴ προσκοινωνοῦν;

ΘΕΑΙ. Οὐκ ἔσται.

ΞΕ. Ταχὺ δὴ ταύτῃ γε τῇ συνομολογίᾳ πάντα ἀνάστατα γέγονεν, ὡς ἔοικεν, ἅμα τε τῶν τὸ πᾶν κινούντων καὶ τῶν ὡς ἓν ἱστάντων καὶ ὅσοι κατ' εἴδη τὰ ὄντα κατὰ ταὐτά ὡσαύτως ἔχοντα εἶναί φασιν ἀεί. πάντες γὰρ οὗτοι τό γε εἶναι προσάπτουσιν, οἱ μὲν ὄντως κινεῖσθαι λέγοντες, οἱ δὲ ὄντως ἑστηκότ' εἶναι.

E. *οὐ καθ' ἓν ἀποκρινόμενος*] Sic libri omnes. Prave vulgo *ἀποκρινόμενον*, quod Heusdius in *ἀποκρινομένων* mutari iubebat.

P. 252. B. *μετίοιεν τὸν λόγον*] Sic Par. F. in marg. In

E. *τί οὖν οὐ καθ' ἓν ἀποκρ.*] Absonum est hoc *οὖν*. Negat Theaetetus sese nunc pro philosophis illis respondere posse, ideoque iubet Hospitem ipsum hoc suscipere negotii. Quamobrem equidem scripserim: *τί δ' οὐ σὺ καθ' ἓν ἀπ.* quidni vero tu protenus consideras, quid ex una quaque sumtione consequatur? Sic Menon. p. 92. D. *τί δὲ αὐτῷ οὐ σὺ ἔφρασας*; et alibi. conf. ad Sympos. p. 173. B. Praetera de *ἑφ' ἑκάστου* conferas Parmenid. p. 136. B. *τί ἑφ' ἑκατέρας ὑποθέσεως ξυμβήσεται.* Ibid. p. 160. C. *ἆρ' ἐφ' ἑκάστου ἂν δηλοῖ, ὅτι ἕτερόν τι λέγει τὸ μὴ ὄν;*

οὐκοῦν κίνησίς τε καὶ στάσις —] nonne igitur motus et status ita nullo modo essentiam participabunt?

P. 252. *ἔσται πότερον αὐτῶν* —] num igitur alterutrum eorum (*πότερον*) *erit*, quum *οὐσίας* non sit particeps? De hoc usu v. *πότερον* v. ad Charmid. p. 171. B. Theaet. p. 145. A.

καὶ ὅσοι κατ' εἴδη —] H. e. *καὶ τῶν ὅσοι κατ' εἴδη κ. τ. λ.* Intelligit eos, qui *οὐσίας ἀκινήτους* statuebant. Unde vis et pondus inesse liquet in voc. *ἀεί*, quod facit clausulam enuntiati. In praecedentibus Heracliteos et Eleaticos tangi vix eget admo-

ΘΕΑΙ. Κομιδῇ μὲν οὖν.

ΞΕ. Καὶ μὴν καὶ ὅσοι τοτὲ μὲν ξυντιθέασι τὰ πάντα, τοτὲ δὲ διαιροῦσιν, εἴτε εἰς ἓν καὶ ἐξ ἑνὸς ἄπειρα εἴτε εἰς πέρας ἔχοντα στοιχεῖα διαιρούμενοι καὶ ἐκ τούτων συντιθέντες, ὁμοίως μὲν ἂν ἐν μέρει τοῦτο τιθῶσι γιγνόμενον, ὁμοίως δὲ καὶ ἀεί, κατὰ πάντα ταῦτα λέγοιεν ἂν οὐδέν, εἴπερ μηδεμία ἔστι ξύμμιξις. B

ΘΕΑΙ. Ὀρθῶς.

ΞΕ. Ἔτι τοίνυν ἂν αὐτοὶ πάντων καταγελαστότατα μετίοιεν τὸν λόγον οἱ μηδὲν ἐῶντες κοινωνίᾳ παθήματος ἑτέρου θάτερον προσαγορεύειν.

ΘΕΑΙ. Πῶς; C

ΞΕ. Τῷ τε εἶναί που περὶ πάντα ἀναγκάζονται χρῆσθαι καὶ τῷ χωρὶς καὶ τῷ ἄλλων καὶ τῷ καθ' αὐτὸ καὶ μυρίοις ἑτέροις, ὧν ἀκρατεῖς ὄντες εἴργεσθαι καὶ μὴ συνάπτειν ἐν τοῖς λόγοις οὐκ ἄλλων

Ald. Bas. 1. est *μετοίημεν*. Codd. omnes praeter Par. F. cum ed. Bas. 2. habent *μετίοιμεν*. Stephanus scripsit *μετείημεν*.

C. *καὶ τῷ ἄλλων*] Errore Bodl. Vat. Ven. *Π.* alii, *τῶν*.

nitione. Qui quidem vocantur *οἱ κινοῦντες* et *οἱ ἱστάντες τὸ πᾶν* eodem loquendi usu, quo Heraclitei in Theaeteto p. 181. A. *οἱ ῥέοντες* audiunt, ubi v. ann. conf. etiam Theaet. p. 157. B.

B. *ὅσοι τοτὲ μὲν συντιθέασι*] Spectant haec ad Empedoclem et Heraclitum, de quorum sententia explicavimus ad p. 242. D. E. Ipsa verba sic videntur interpretanda: Quin etiam quicunque modo coniungunt omnia modo disiungunt, sive in unum et ex uno in infinita, sive in infinita elementa dividentes et ex his componentes, pariter si alternis hoc ita fieri ponunt ac si semper ita fieri statuunt, his omnibus nihil dicent, siquidem mixtio nulla *sit*, h. e. si mixtionem *esse* negetur. Enimvero *εἰς* ante *ἓν* illatum pertinet etiam ad *ἄπειρα*, ubi fuit qui illud praeter rectam rationem desideraret. — *οἱ μηδὲν ἐῶντες*, qui nihil volunt ab alterius, cuius particeps est, affectione alterum appellari.

C. *ὧν ἀκρατεῖς ὄντες εἴργεσθαι*] Pronomen *ὧν* per attractionem ad *ἀκρατεῖς* refertur, quum ad *εἴργεσθαι* pertineat; unde patet, quae genitivi huius ratio sit. De articulo *τῶν*, ante *ἐλεγξόντων* v. ad Menexen. p. 235. D.

δέονται τῶν ἐξελεγξόντων, ἀλλὰ τὸ λεγόμενον οἴκοθεν τὸν πολέμιον καὶ ἐναντιωσόμενον ἔχοντες ἐντὸς ὑποφθεγγόμενον ὥσπερ τὸν ἄτοπον Εὐρυκλέα περιφέροντες ἀεὶ πορεύονται.

D *ΘΕΑΙ. Κομιδῇ λέγεις ὅμοιόν τε καὶ ἀληθές.*

ΞΕ. Τί δ', ἂν πάντα ἀλλήλοις ἐῶμεν δύναμιν ἔχειν ἐπικοινωνίας;

ΘΕΑΙ. Τοῦτο μὲν οἷός τε κἀγὼ διαλύειν.

ΞΕ. Πῶς;

ΘΕΑΙ. Ὅτι κίνησίς τε αὐτὴ παντάπασιν ἵσταιτ' ἂν καὶ στάσις αὖ πάλιν αὐτὴ κινοῖτο, εἴπερ ἐπιγιγνοίσθην ἐπ' ἀλλήλοιν· ἀλλὰ μὴν τοῦτό γέ που ταῖς μεγίσταις ἀνάγκαις ἀδύνατον, κίνησίν τε ἵστασθαι καὶ στάσιν κινεῖσθαι.

δέονται τῶν ἐξελεγξόντων] Sic Bodl. Ven. *Π.* pro vulg. *τῶν ἐλεγχόντων*. Vat. *ἐλεγξάντων*. De participio futuri post *δεῖσθαι* ita usurpato v. ad Menexen. p. 235. D. Parmenid. p. 135. A. D. *δύναμιν ἔχειν ἐπικοινωνίας*] Sic Coisl. Vèn. *ΞΠ.* Par. BEH. ut coni. Schleiermacherus. Vulgo *ἐπὶ κοινωνίας*. Sequentia *Τοῦτο μὲν οἷός τε κ. διαλύειν.* in vett. editt. referuntur ad

οἴκοθεν τὸν πολέμιον—] Hostis domesticus igitur proverbio dici solitum, ubi malum non aliunde proficiscitur, sed nascitur ex nobismet ipsis. Quod facete nunc in eos transfertur, qui suis se ipsi capiunt laqueis in disserendo. De Eurycle Schol. ad h. l. *παροιμία ἐπὶ τῶν ἑαυτοῖς τινὰ κακὰ μαντευομένων, λεγομένη ἐξ Εὐρυκλέους ἐγγαστριμύθου μάντεως, ἀφ' οὗ καὶ γένος τι μαντέων Εὐρυκλεῖς ἔλεγον. ἐγγαστριμύθος δέ ἐστιν ὁ ἐν γαστρὶ μαντευόμενος, τοῦτον καὶ ἐγγαστρίμαντιν, νῦν τινὲς Πύθωνά φασι, Σοφοκλῆς δὲ στερνόμαντιν. καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Σφηξὶν* (vers. 1014.) *Μιμησάμενος τὴν Εὐρυκλέους μαντείαν καὶ διάνοιαν. Φιλόχορος δὲ ἐν τρίτῳ καὶ γυναῖκας ἐγγαστριμύθους φησίν. Ἄλλως. ἐπὶ τῶν ἑαυτοῖς κακὰ μαντευομένων. Εὐρυκλῆς γὰρ ἐδόκει δαίμονά τινα ἐν τῇ γαστρὶ ἔχειν, τὸν ἐγκελευόμενον αὐτῷ περὶ τῶν μελλόντων λέγειν· ὅθεν καὶ ἐγγαστρίμυθος ἐκαλεῖτο. οὗτος δὲ προειπών τινὰ ποτε τὰ μὴ καθ' ἡδονὴν πακῶς ἀπήλλαξεν. ἄτοπον δὲ τὸν μὴ ἔμπειρον ἀλλ' ἀεὶ ἐκπλήττοντα λέγει.* conf. etiam Suidas in v. *Ἐγγαστρίμυθος*. et in v. *Εὐρυκλῆς*. Apostol. Paroem. IX. 35. Pollux On. VII. 162. Schol. ad Aristoph. Vesp. v. 1014. Plutarch. De defect. orac. p. 313. ed. Hutten. Brodaeus Miscell. IX. 19. Van Dalen De oracul. p. 648. Schneider. Lexic. in v. *Εὐρυκλῆς*. et Lobeck. Aglaopham. I. p. 300.

D. *Κομιδῇ λέγεις ὅμοιόν τε καὶ ἀλ.*] Ne corrigas *ὅμοιόν τι*, conf. ad p. 247. E. Dein

Cap. XXXVIII. *ΞΕ. Πῶς γὰρ οὔ; τὸ τρίτον δὴ μόνον λοιπόν.*

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Καὶ μὴν ἔν γέ τι τούτων ἀναγκαῖον, ἢ πάντα E *ἢ μηδὲν ἢ τὰ μὲν ἐθέλειν, τὰ δὲ μὴ συμμίγνυσθαι.*

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Καὶ μὴν τά γε δύο ἀδύνατον εὑρέθη.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Πᾶς ἄρα ὁ βουλόμενος ὀρθῶς ἀποκρίνεσθαι τὸ λοιπὸν τῶν τριῶν θήσει.

ΘΕΑΙ. Κομιδῇ μὲν οὖν.

ΞΕ. Ὅτε δὴ τὰ μὲν ἐθέλει τοῦτο δρᾶν, τὰ δ' οὔ, σχεδὸν οἷον τὰ γράμματα πεπονθότ' ἂν εἴη. καὶ 253

orationem Eleatae, ut deinde ad Theaeteti interrogationem *Πῶς*; Eleates respondeat his verbis: *Ὅτι κίνησις — καὶ στάσιν κινεῖσθαι.* Correxit Heindorfius. Aliam rationem Bekkerus iniit.

Ὅτι κίνησίς τε αὐτὴ] V. *αὕτη*, quod correctum ex Coisl. Par. F. praeeunte Bekkero. Sic et statim post.

verba hunc in modum iungas: *τί δ', ἂν ἐῶμεν πάντα δύναμιν ἔχειν ἐπικοινωνίας ἀλλήλοις*; ut *ἐπικοινωνία* sicuti verbum *ἐπικοινωνεῖν* cum dativo iunctum existimetur, de quo usu loquendi v. ad Euthyphron. p. 13. D. et p. 15. A. Sic p. 257. A. *ἐπείπερ ἔχει κοινωνίαν ἀλλήλοις ἡ τῶν γενῶν φύσις.* et p. 260. E. *ἵνα τὴν κοινωνίαν αὐτῶν τῷ μὴ ὄντι κατίδωμεν.* Vett. editt. *ἐπὶ κοινωνίας*, quod vitiosum esse iam Schleiermacherus vidit. Correctum vitium ex bonis codd. Verbum *ἐπικοινωνεῖν* hac in re positum p. 251. D. *ὡς δυνατά ἐπικοινωνεῖν ἀλλήλοις.* Quae sequuntur, *Τοῦτο μὲν οἷός τε κἀγὼ διαλύειν*, ea ante Heindorfium referebantur ad Eleatae orationem, ut deinde Theaeteto quaerenti, *Πῶς*; Eleates responderet *Ὅτι κίνησις — καὶ στάσιν κινεῖσθαι.* Quod absurdum esse quis est quin primo statim adspectu videat? Praeterea pro vulg. *αὖτη* bis *αὐτὴ* cum Heindorfio dedimus, quod etiam codicum firmatum est auctoritate.

ἀλλὰ μὴν τοῦτό γε — κινεῖσθαι] Haec Bekkerus tribuit Hospiti, apposito post *κινεῖσθαι* signo interrogationis. Tum Theaeteto assignavit verba: *Πῶς γὰρ οὔ*; Ad quae rursus respondet Hospes: *Τὸ τρίτον δὴ μόνον λοιπόν.* In vett. editt. item verba *Πῶς γὰρ οὔ*; Theaeteto tribuuntur; illa autem *Ὅτι κίνησις — καὶ στάσιν κινεῖσθαι* adscribuntur Hospiti.

E. *τά γε δύο ἀδύνατον εὑρέθη*] Int. *συμμίγνυσθαι.*

γὰρ ἐκείνων τὰ μὲν ἁναρμοστεῖ που πρὸς ἄλληλα, τὰ δὲ ξυναρμόττει.

ΘΕΑΙ. Πῶς δ' οὔ;

ΞΕ. Τὰ δέ γε φωνήεντα διαφερόντως τῶν ἄλλων οἷον δεσμὸς διὰ πάντων κεχώρηκεν, ὥστε ἄνευ τινὸς αὐτῶν ἀδύνατον ἁρμόττειν καὶ τῶν ἄλλων ἕτερον ἑτέρῳ.

ΘΕΑΙ. Καὶ μάλα γε.

ΞΕ. Πᾶς οὖν οἶδεν, ὁποῖα ὁποίοις δυνατὰ κοινωνεῖν, ἢ τέχνης δεῖ τῷ μέλλοντι δρᾶν ἱκανῶς αὐτά;

ΘΕΑΙ. Τέχνης.

ΞΕ. Ποίας;

ΘΕΑΙ. Τῆς γραμματικῆς.

B ΞΕ. Τί δέ; περὶ τοὺς τῶν ὀξέων καὶ βαρέων φθόγγους ἆρ' οὐχ οὕτως; ὁ μὲν τοὺς συγκεραννυμένους τε καὶ μὴ τέχνην ἔχων γιγνώσκειν μουσικός, ὁ δὲ μὴ ξυνιεὶς ἄμουσος;

ΘΕΑΙ. Οὕτω.

P. 253. — *δυνατὰ κοινωνεῖν*] Sic optimi quique pro vulg. *δύναται*. Recte iam Bas. 2.

B. *κατὰ ταὐτὰ μίξεως*] *κατὰ τὰ τοιαῦτα* Bodl. Vat. Ven.

P. 253. *τῷ μέλλοντι δρᾶν ἱκανῶς αὐτά*;] Hic quoque *δρᾶν αὐτά* positum pro iterato *εἰδέναι*, sicuti recte vidit Heindorfius. Eundem usum loquendi iam antea ad p. 233. C. tetigimus. Saepe enim *ποιεῖν* et *δρᾶν* ad antecedentia refertur etiam ubi sermo est non de actione sed de *πάθει* aliquo. v. Phaedr. p. 268. B. extr. ibique Heindorf. ed. 2. quanquam is locus aliter explicandus. Phileb. p. 61. E. *ἆρ' ἱκανὰ ταῦτα — τὸν ἀγαπητότατον βίον παρέχειν ἡμῖν, ἢ τινος ἔτι προσδεόμεθα καὶ τῶν τοιούτων*; Prot. *ἐμοὶ γοῦν δοκεῖ δρᾶν οὕτω*. ubi *δρᾶν* refertur ad *ἔτι τινὸς προσδεῖσθαι τῶν τοιούτων*. Politic. p. 260. C. Aristoph. Lysistr. v. 1089. *ἦπου πρὸς ὀρθρον σπασμὸς ὑμᾶς λαμβάνει*; *Λ. μὰ Δί', ἀλλὰ ταυτὶ δρῶντες ἐπιτειρίμεθα*. Ibid. 1162. *ἀμμές γε λῶμες* (*διαλλαγῆναι*) *αἴ τι ἀμὶν τοὔνκυκλον λῇ τοῦτ' ἀποδόμεν — τὰν Πύλον, ὥσπερ πάλαι δεύμεσθα καὶ βλιμάττομες*. ubi alter respondet; *μὰ τὸν Ποσειδῶ τοῦτο μέν γ' οὐ δράσετε* (h. e. *οὐκ ἀποδοθήσεται ὑμῖν ἡ Πύλος*). His duobus Aristophanis locis, iam ab Heindorfio compara-

ΞΕ. Καὶ κατὰ τῶν ἄλλων δὴ τεχνῶν καὶ ἀτεχνιῶν τοιαῦτα εὑρήσομεν ἕτερα.

ΘΕΑΙ. Πῶς δ' οὔ;

ΞΕ. Τί δ'; ἐπειδὴ καὶ τὰ γένη πρὸς ἄλληλα κατὰ ταὐτὰ μίξεως ἔχειν ὡμολογήκαμεν, ἆρ' οὐ μετ' ἐπιστήμης τινὸς ἀναγκαῖον διὰ τῶν λόγων πορεύεσθαι τὸν ὀρθῶς μέλλοντα δείξειν, ποῖα ποίοις συμφωνεῖ τῶν γενῶν καὶ ποῖα ἄλληλα οὐ δέχεται; καὶ δὴ καὶ διὰ πάντων εἰ συνέχοντα ταῦτ' ἐστίν, ὥστε C συμμίγνυσθαι δυνατὰ εἶναι; καὶ πάλιν ἐν ταῖς διαιρέσεσιν, εἰ δι' ὅλων ἕτερα τῆς διαιρέσεως αἴτια;

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὐκ ἐπιστήμης δεῖ, καὶ σχεδόν γε ἴσως τῆς μεγίστης;

Cap. XXXIX. ΞΕ. Τίν' οὖν αὖ προσεροῦμεν, ὦ Θεαίτητε, ταύτην; ἢ πρὸς Διὸς ἐλάθομεν εἰς τὴν τῶν ἐλευθέρων ἐμπεσόντες ἐπιστήμην, καὶ κινδυνεύομεν ζητοῦντες τὸν σοφιστὴν πρότερον ἀνευρηκέναι τὸν φιλόσοφον;

ΘΕΑΙ. Πῶς λέγεις;

ΞΕ. Τὸ κατὰ γένη διαιρεῖσθαι καὶ μήτε ταὐτὸν D

Π. Sed Ven. *Π.* teste Bastio in marg. *κατὰ ταὐτὰ μίξεως ἔχειν.* v. annot. infra. In Bodl. Vat. praeterea *ἔχειν* desideratur.

C. *Τίν' οὖν αὖ προσερ.*] V. *τί*, invitis codicibus. Bodl. Vat. Ven. *Π. αὖ νῦν πρ.* male.

tis, addimus tertium Ecclesiaz. v. 1164.

B. *τεχνῶν καὶ ἀτεχνιῶν*] Sic p. 262. C. *πρᾶξιν οὐδ' ἁπραξίαν.* Legg. *Π.* p. 653. E. *τάξεων οὐδὲ ἀταξιῶν*, quae contulit Heindorf. — *τοιαῦτα ἕτερα*, item talia.

Τί δ'; ἐπειδὴ καὶ τὰ γένη—] H. e. *τὰ εἴδη*, s. notiones. Genitivus *μίξεως* pendet ex *κατὰ ταὐτὰ ἔχειν*, quod idem est atque *ὡσαύτως μίξεως ἔχειν.* conf. Matthiae Gr. §. 337. Frustra nonnemo *μετέχειν* legendum coniecit.

C. *εἰ συνέχοντα ταῦτ' ἐστίν, ὥστε* —] num haec ita contineant, ut possint commisceri et in unum coniungi. Pro *ταῦτ'* Heindorfius scripsit *τοιαῦτ'*, quod factum nollem. Nam ante *ὥστε* facile intellexeris *οὕτως.* — *διὰ πάντων* et *δι' ὅλων* est omnino, usu loquendi non ita raro. — Proxima verba hoc sibi volunt: ob durchgängig andere Ursache der Trennung sind.

D. *Τὸ κατὰ γένη* — *ἐπιστήμης εἶναι;*] Eodem modo dialectici officium describitur Phaedr. p. 265. C. D. E. 266.

εἶδος ἕτερον ἡγήσασθαι μήτε ἕτερον ὂν ταὐτὸν μὼν οὐ τῆς διαλεκτικῆς φήσομεν ἐπιστήμης εἶναι;

ΘΕΑΙ. Ναί, φήσομεν.

ΞΕ. Οὐκοῦν ὅ γε τοῦτο δυνατὸς δρᾶν μίαν ἰδέαν διὰ πολλῶν, ἑνὸς ἑκάστου κειμένου χωρίς, πάντῃ διατεταμένην ἱκανῶς διαισθάνεται, καὶ πολλὰς ἑτέρας ἀλλήλων ὑπὸ μιᾶς ἔξωθεν περιεχομένας, καὶ μίαν αὖ δι' ὅλων πολλῶν ἐν ἑνὶ ξυνημμένην, καὶ πολλὰς
E *χωρὶς πάντῃ διωρισμένας· τοῦτο δ' ἔστιν, ᾗ τε κοι-*

B. 273. E. De Rep, VII. p, 534. B. al.

Οὐκοῦν ὅ γε τοῦτο δυνατὸς δρᾶν —] Quatuor munera dialectici censet esse; primum ut videat unum genus complecti multas partes, quarum unaquaeque a ceteris seiuncta sit ac separata; alterum, ut partes istas inter se diversas (*ἑτέρας ἀλλήλων*) extrinsecus tanquam communi vinculo uno genere contineri animadvertat; tertium, ut unam rursus intelligat per cuncta multa cum uno colligatam esse; quartum denique, ut multas usquequaque seiunctas ac separatas esse sentiat. Locus non admodum difficilis intellectu est, quanquam idem Schleiermachero pariter atque Heindorfio magnam creavit molestiam. Agitur de notionum convenientia atque differentia, cuius observatione absolvi iudicatur dialectici virtus et praestantia. Et convenientia quidem notionum duabus partibus enuntiati prioribus illustratur. Tribuitur enim hic dialectico hoc, quod videat non modo, quaenam notio generalis per singulas species, inter se diversas ac separatas, regnet ac dominetur; verum etiam, quaenam species vel partes communi genere comprehendantur. Nam *ἰδέα μία* est generis notio, quae quatenus partes ipsi subiectas in se complectitur, dicitur *πάντῃ διατεταμένη διὰ πολλῶν*, siquidem *τὰ πολλὰ* sunt species sive generis partes, ut Phileb. §. 13. — 18. Sic p. 253. A. et 255. E. dicitur *χωρεῖν διὰ πάντων* et *διέρχεσθαι διὰ πάντων*. Menon. p. 74. A. *τὴν μίαν ἀρετήν* (generis virtutis notio), *ἣ διὰ πάντων τούτων ἐστίν, οὐ δυνάμεθα ἀνευρεῖν*. Vicissim igitur *αἱ πολλαὶ ἰδέαι*, h. e. singulae notionis communis partes, extrinsecus dicuntur *ὑπὸ μιᾶς περιέχεσθαι*, quae res nulla indiget explicatione. His expositis vero hoc quoque officii iniungitur dialectico, ut vicissim (*αὖ*) etiam differentiam notionum indagare conetur. Quod rursus duplici modo fieri significatur, quandoquidem primum quidem *μία ἰδέα δι' ὅλων πολλῶν ἐν ἑνὶ ξυνημμένη ἐστί*, deinde etiam *πολλαὶ χωρὶς πάντῃ διωρισμέναι εἰσίν*. Et hic quidem ante omnia exquirendum est, quidnam sint *τὰ ὅλα πολλά*. Ac nobis quidem videntur intelligi debere et res singulares sive individuae et species unicuique ideae s. notioni subiectae, quae in loco Philebi, quem antea significavimus, *τὰ ἄπειρα* appellantur, in Phaedone aliisque libris Platonis etiam *τὰ πολλὰ ἴσα, τὰ πολλὰ δίκαια, τὰ πολλὰ καλὰ κ. τ. λ.* vocari solent. Vult igitur hospes Eleaticus a dialectico etiam unamquamque ideam

νωτεῖν ἕκαστα δύναται καὶ ὅπῃ μή, διακρίνειν κατὰ γένος ἐπίστασθαι.

ΘΕΑΙ. Παντάπασι μὲν οὖν.

ΞΕ. Ἀλλὰ μὴν τό γε διαλεκτικὸν οὐκ ἄλλῳ δώσεις, ὡς ἐγῷμαι, πλὴν τῷ καθαρῶς τε καὶ δικαίως φιλοσοφοῦντι.

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ ἂν ἄλλῳ δοίη τις;

ΞΕ. Τὸν μὲν δὴ φιλόσοφον ἐν τοιούτῳ τινὶ τόπῳ καὶ νῦν καὶ ἔπειτα ἀνευρήσομεν, ἐὰν ζητῶμεν, ἰδεῖν

per se solam, nulla generis habita ratione, spectari, et quidem *δι' ὅλων πολλῶν ἓν ἑνὶ ξυνημμένην*, h. e. per cunctas partes ei subiectas cum uno iunctam, sive ad unitatem colligatam. Nam unaquaeque notio generi alicui subiecta rursus efficit unitatem, quippe alias in se complexa partes, quae cunctae ad eam consummandam sunt necessariae. Ita vero si idea consideratur, sane spectatur in se, nec quatenus *διὰ πολλῶν διατεταμένη ἐστίν*: ex quo sponte consequitur, ut seiuncta ac diversa ab aliis ponatur. Verum haec ipsa eius differentia etiam alio modo observari potest. Licet enim non tantum *μίαν ἰδέαν ὡς ἓν ἑνὶ ξυνημμένην* spectare, verum etiam *πολλὰς χωρὶς πάντῃ διωρισμένας* contemplari, hoc est, species inter se disiunctas comparare atque discernere. Quod ipsum quoque ab dialectico fieri debet, ne male confundat quae sunt inter se dissimilia. Iam his ita explicatis vide, quam simplex sit totius loci sententia, ac mecum mirare Schleiermacherum miris argutiis verba vexantem. Hoc enim dicit hospes: Qui potest *κατὰ μέρη διαιρεῖσθαι*, h. e. notiones recte dividere ac distinguere, is earum et necessitudinem et diversitatem facile perspicit. Nam videt ille, quomodo generalis notio cum partibus ei subiectis cohaereat et quomodo singulae partes universo genere contineantur; videt idem, qua ratione quaeque idea in se unitatem conficiat cunctis partibus in uno iunctis, et quomodo multae quaquaversus inter se discrepent. Veram esse hanc loci explicationem vel proxima verba docent: *ἢ τε κοινωνεῖν ἕκαστα δύναται καὶ ὅπῃ μή διακρίνειν κατὰ γένος ἐπίστασθαι*: docet item membrorum concinnitas. Nam verbis *μίαν ἰδέαν διὰ πολλῶν πάντῃ διατεταμένην* respondent haec: *μίαν αὖ ἰδέαν δι' ὅλων πολλῶν ἓν ἑνὶ ξυνημμένην*; ad illa autem, *πολλὰς ἑτέρας ἀλλήλων ὑπὸ μιᾶς ἔξωθεν περιεχομένας* apte referuntur *πολλὰς χωρὶς πάντῃ διωρισμένας*. Ita igitur huic loco, qui acutissimis virís ad interpretandum visus est longe difficillimus, tandem lucem suam affudisse videbimur.

